

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET PERPETUA ANNOTATIONE

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.



VOL. X. SECT. II.

CONTINENS

**LEGUM LIBROS QUINTUM, SEX-
TUM, SEPTIMUM et OCTAVUM.**

GOETHÆ ET ERFORDIÆ, MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270 STRAND.

PLATONIS
LEGES ET EPINOMIS.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.



VOLUMEN SECUNDUM.

GOETHÆ ET ERFORDIÆ MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270 STRAND.

II. 30

116

VI
18

18
18

II
18

Prolegomena

de

LEGUM FIDE ET AUCTORITATE. P. II.

Cap. XV. Segment. I.

Suscipitur dehinc disputatio de operis forma; ac primum exponitur de argumenti tractatione et disserendi artificio in his libris adhibito.

Tractavimus hactenus materiam operis, vidimusque, quid de rebus in eo expositis iudicari oporteat. Aggredimur igitur nunc ad formam eius considerandam. Quae quum in tribus potissimum rebus cernatur, in dialectica argumenti tractatione sive disserendi ratione, in dialogi ornatu et artificio scenico, denique in orationis habitu verborumque compositione, de his omnibus ordine deinceps explicare et quatenus ea cum ratione Platonis concordent aut discrepent, accuratius disquirere constituimus. Itaque primum disputabimus de argumenti explicatione ac ratione disserendi in Legibus usurpata

Et argumentatio quidem ac disserendi ratio, quae in Legibus regnat, ubi considerata fuerit paullo accuratius, dubitare nemo sane poterit, quin multa propria ac peculiaris habere iudicanda sit, quae ab

aliorum librorum Platonicorum usu et consuetudine longissime recedant. Nam primum quidem nullam fere usquam reperias partiendi distribuendique subtilitatem, quandoquidem quae sunt communia atque summa universae disputationis principia, ea non seorsum illustrantur aut accurate explicantur, quo deinde singula ad ipsa revocentur, sed commiscuntur quasi cum reliquis arbitrarie atque sine certo quodam ordine ac veluti per occasionem non tam subtiliter exponuntur quam paucis commemorantur leviterque attinguntur. Nam quum lectis iis, quae Libr. I. p. 631. A. — 632. E. proferuntur, iure expectaveris, primum quidem de virtutibus disputatum iri, quibus civitas tanquam fundamento suo iudicatur inniti debere, deinde autem futurum esse, ut demonstretur, quam necessitudine quum tota respublica, tum singulae leges, quibus temperata est, cum illis contineantur; tamen horum omnium nihil fere ita peragitur, vagaturque disputatio prima saltem specie tam incertis plane finibus, ut quaenam sit quaestionis universae ratio, distributio ac progressio, vix ac ne vix quidem conici posse videatur. Atque hoc quum iam per se solum fieri non possit quin legentibus perquam mirum accidat, tum etiam aliud quid est, quod eodem in genere unumquemque legentium, qui Platonicae subtilitatis haud ignarus sit, offendat non mediocriter. Nam sicuti accuratior partium universi operis descriptio et coagmentatio desideratur, ita etiam singularum rerum et sententiarum tractatio minus est subtilis laboratque non raro nescio qua difficultate et obscuritate gravissime. Nam ut taceamus illud, de quo iam in superioribus identidem admonuimus, raro altius repeti eorum, de quibus quaeritur, causas et rationes, ne disseritur quidem ubique satis subtiliter et accurate; imo multa non tam exquiruntur, quam sumuntur atque ponuntur, vel oratorio modo exornantur; non pauca porro enuntiantur potius et pro certis affirmantur, quam probantur atque demonstrantur; denique plurima, quum prolixo saepe longoque sermone proferantur, tamen longioribus confabulationibus extenuantur magis atque elevantur, quam argumentis confirmantur. Est enim oratio saepenumero tortuosior, perplexior et per longiores, quam res ipsa postulet, ambages circumducta,

quum interim multis locis, ubi copiosiore desideres rerum expositionem atque disquisitionem, eadem in angustius sit contracta, ut non raro desideretur explicationis constantia et aequabilitas. Sed ad haec etiam tertium quiddam accedit. Videtur enim omnis ista disputatio de legibus et civitate instituta perquam ieiuna ac propemodum humilis esse, quippe quum non modo tota versetur in rebus vulgaribus, verum easdem illas etiam populariter persequatur. Subsistit enim fere in explicanda et commendanda populari quadam prudentia et sapientia, raroque assurgit altius; nunquam autem ad illam philosophandi sublimitatem attollitur, quam in Platone, sicubi res illustrat natura sua tam graves, quam sunt quae in Legibus attinguntur, non sine maxima animi voluptate admiramur.

Haec igitur fere sunt illa, quae nobis argumentationem ac disserendi rationem in Legum opere expromptam considerantibus eamque cum arte ac solertia disserendi apud Platonem alibi usitata comparantibus mira sane planeque insolentia videri vel possint vel debeant. Quapropter nec defuerunt, qui haec ipsa deliberato consilio acriter exagitant, indeque argumenta repeterent, quibus universi operis auctoritas in malam fidem perduceretur; id quod post Astium imprimis fecit Zellerus Stud. Platonn. p. 23. sqq. Nec vero nos quidem diffitemur abhorere hanc rationem videri ab aliorum sermonum Platonicorum usu et consuetudine plurimum, adeoque ultro atque sponte largimur, esse hoc in genere, quae pro vitiosis ducenda sint. Nihilominus vero iidem in ea sumus sententia, ut, si quae vitiosa sint, ea existimemus ex operis indole, consilio, originibus atque fati posse vel declarari vel excusari; quae autem praeterea tanquam singularia notanda veniant, ea tantum abest, ut a Platonis ratione aliena esse ducamus, ut partim adeo pro insignis cuiusdam solertiae argumentis habenda videantur, utpote sapientissime attemperata totius scripti consiliis atque universae scriptiois rationibus. Quod quidem cur ita statuamus, dehinc eo modo docere animum induximus, ut iis, quae de argumentationis vitiis dicenda erunt, in posteriorem locum reiectis, ante omnia in

rimandis illis subsistamus, quae non tam pro vitiosis quam pro insolentibus et inusitatis habenda fuisse existimamus.

Cap. XV. Segment. II.

De simplicitate rationis disserendi in Legibus usurpata quid sentiendum sit.

Itaque primum quidem memorare placet, quod tertio loco posuimus. Conquesti enim sunt critici de insolita quadam sapientiae vel potius prudentiae et iustitiae tradendae simplicitate, quae in Legum libris dominetur. Cuius quidem caussae et rationes haudquaquam in obscuro latent. Etenim philosophus in explicandis rebus plane popularibus et ad vitae usum pertinentibus prudentissime profecto videtur etiam populari disputandi genere usus esse, quod non superaret eorum hominum captum, qui non interiora philosophiae penetralia ingressi essent. Quod quo iure ita statuamus, post ea, quae supra de argumento horum librorum explicavimus, non videtur longa indigere demonstratione. Etenim condidit Plato in Legum opere civitatem ad ipsius vitae humanae veritatem quam maxime comparatam, ita tamen, ut eandem vellet item esse optimam, quae pro rerum humanarum fortuna et conditione posset existere; dedit porro huic ipsi civitati magistratus eos, qui etsi vim legum praestantissimarum mentibus suis completerentur, tamen ad maiorem quandam philosophandi facultatem non instituti et eruditi essent, sed nihil nisi popularis sapientiae et virtutis laudem tuerentur; disciplinam praeterea privatam pariter atque publicam talem ei impertivit, quae Graecorum moribus et institutis esset conveniens; virtutem item ab ea exigit non excelsam illam, quae solorum sapientium propria est, sed popularem ac vulgarem; deorum cultum etiam ibi regnare voluit sincerum quidem et a crassa plebis superstitione immunem atque liberum, sed

eundem tamen cum populari religione propius coniunctum; mores porro pristinos et instituta patria multa voluit servari ac retineri; denique rempublicam eam descripsit, quae non esset plane abhorrens a legibus, moribus, disciplina et institutis dudum communi usu et consuetudine receptis atque consecratis. Haec igitur tenens atque etiam in disserendo respiciens philosophus ne voluit quidem altius escendere ad rerum divinarum, ab humanae vitae conditione remotiorum, quaestionem aut expositionem, verum satis habuit in vulgari sapientia eiusque explicatione subsistere, ratus nimirum verissime, succurrendum esse ipsius vitae rationibus atque hoc agendum, ut omnia quam facillime possent ad communem hominum usum transferri et accommodari. Nam verae civitatis eiusque perfectissimae exemplo etiam veris civitatibus, quales vulgo haberentur, prodesse voluit. Quod igitur Cicero in Legibus suis sequutus est, ut in popularibus rebus explicandis etiam loqueretur populariter, idem Plato quoque fecisse existimari debet, qui prudentissime disputandi genus cum rerum explicandarum ratione consentire oportere iudicavit. Quamquam ille vel sic eo modo disputavit, ut ingenii sui documenta exhibuerit luculentissima. Nam in iis quidem Legum partibus, quae ferrent dialecticam explicationem, quamquam disputavit quanta maxima potuit cum simplicitate, veluti in libris tribus prioribus ac libro decimo, tamen satis acute eleganterque disseruit. Aliis autem locis missa dialectica disceptatione prudentissime gravi et magnifica usus esse reperitur oratione, ut quum temperantiae, iustitiae atque pietatis officia laudat et commendat, id quod fit imprimis in prooemiis illis, quae legibus suis quum universis tum singulis praemisit. Nimirum istos locos atque alios quosdam similes legens durus sit profecto ac prope ferreus necesse est, qui non protenus sentiat, in summa ista, quae in Legibus dominatur, disputationis simplicitate atque tenuitate tamen vigere item sensum quandam sublimitatis ac magnanimitatis plane admirabilem, qui egregie comparatus sit ad homines etiam mediocres ultra vulgarem vitae humilitatem extollendos et maiorum celsiorumque rerum sensibus et cogitationibus imbuendos. Quocirca popularis sane sapientia est, quam

Plato in his libris prodidit; popularis item eius tradendae via et ratio et ad communem hominum intelligentiam accommodata. Verum tantum adest ut Platoni vitio vertendum sit, quod eam in hoc opere adhibuit, ut id sapientissime planeque convenienter ei consilio, quod unice sequutus est, fecisse existimandus sit.

Cap. XV. Segment. III.

De neglecta subtilitate dialectica.

Atque similiter etiam de altero illo iudicandum est, quod antea in vitiis horum sermonum numeratum esse diximus. Quod enim multis locis desideratur subtilitas dialectica, qua res in disceptationem vocatae subtilius exquiruntur et ita in varias versantur partes, ut ipsorum legentium ingenia animique mirifice moveantur, exerceantur et ad verum repertiendum excitentur atque acuuntur; id, ubi causas rei investigaveris, certe a Legum rationibus nequaquam alienum esse ultro fatendum erit. Nam primum quidem sermo, qui instituitur, similior est familiari alicui colloquio quam subtili disputationi, quandoquidem Clinias et Megillus, qui cum hospite Atheniensi colloquuntur, sicuti infra declarabitur, in dialecticis finguntur minus exercitati. Nimirum spectavit Plato ea re illud ipsum, quod perperam reprehenditur, ut omnia non tam subtilius disputata, quam familiari sermone exposita et tanquam narrata viderentur, prouti universi operis rationi fuit consentaneum, in quo doctrina civilis ad communem hominum intelligentiam accommodata explicatur. Quod si tenemus, etiam continuo intelligetur, nihil habere offensionis, quae alioquin plane videantur insolentia et in Platone, qualem aliunde cognitum habemus, prope intolerabilia. Patet enim inde, cur sermo hic et illic sit prolixior et copiosior. Quippe id familiari colloquio istius modi sanequam fuit convenientissimum. Patet item,

cur non omnia, quae edisseruntur, ad iustam probandi atque demonstrandi rationem perducta sint. Neque enim disputatio mere dialectica est, sed ad familiaris sermonis similitudinem comparata. Apparet denique etiam qui fiat, ut, sicubi exspectaveris accuratorem rerum explicationem, praeter spem et opinionem disputatio brevior et contractior fiat. Enimvero consulto evitantur quaestiones spinosae et argutae, quales potuerunt sane de legum causis et fontibus, de iuris vi et natura, de virtutum dignitate et cum republica necessitudine, aliis rebus similibus bene multis, institui. Talia enim magis significantur per sermonis familiaris opportunitatem, quam dedita opera exquiruntur, neque scriptori fuit propositum, ut ea more dialecticorum accuratius persequeretur. Quamquam non est existimandum, ea temere silentio esse transmissa; sunt enim, ut postea docebimus, alio modo et ad rem praesentem aptissime illustrata. Sed alia etiam causa est, cur Plato in Legibus hoc sermonis familiaris genere usus videatur. Est enim maxima pars earum rerum, de quibus agitur, non tam in ratione, quam in vitae usu et experientia posita. Quamobrem ne potuerunt quidem omnia atque singula subtilius disceptari, sed prorsus necesse fuit, ut plurima simpliciter ponerentur, describerentur, enarrarentur, missis dialecticis quaestionibus. Certe quidem non potuerunt plurimae illae leges, quae sancuntur, atque civitatum mores et instituta, de quibus exponitur, disserendo explicari aut ad causas et principia sua revocari, sed satius debuit videri, ista omnia simpliciter in medium afferre ac legentibus proponere. Atque hoc genus disputandi ne quis existimet a Platonis usu prorsus abhorrere, simile quiddam etiam in aliis libris animadverti licet, in quibus non de rebus in una mentis intelligentia et ratione positae explicatur, sed tractantur ea, quae ad rerum externarum observationem, usum et experientiam referuntur, atque eodem nituntur. Nam ut de partibus quibusdam Philebi, Politici, Reipublicae, Phaedri, aliorum librorum, taceamus, pertinet huc totus fere Timaeus, in quo de rerum natura explicatur similiter; id quod paucis ostendimus Prolegg. ad Tim. p. 37. Nam ibi quod scripsimus Timaeum quasi hierophantam quemdam

mundi arcana pandere ac monstrare potius, quam disserendo explicare, id etiam nunc verissime dictum arbitramur, licet extiterit, qui haec verba nostra maligne calumniaretur, temeraria cavillatione quaerens, hierophantae quomodo loquuti sint. Qua una re ille et voluntatis et doctrinae suae documentum edidit, quale ipsi nemo quisquam invideat. Sed istud quidem in praesenti mittamus. Addimus potius etiam aliam causam, cur Plato prope necessitate quadam ad usum huius generis sermonum coactus fuerit. Praemisit enim, ut vidimus, legibus suis prooemia, quibus spectavit hoc, ut ad legum vim atque necessitatem adiungeretur etiam cohortationis auctoritas et benevolentia, qua cives ad liberalem et honestam legum observantiam permoverentur. In his vero cohortationibus num eum putabimus locum dare potuisse disputationi ad dialecticae subtilitatis legem adstrictae? Enimvero hic quidem, si quid iudicare possumus, prorsus fuit necessarium, ut uteretur dicendi genere oratorio, eoque partim sublimi, excelso, magnifico. Atque hoc revera fecit, et fecit tanto elegantius, quod cum illo familiaris colloqui genere talis oratio facillime consociari potuit.

Haec igitur de dialectica in singularum rerum ac sententiarum explicatione nuper a criticis desiderata. Qui quidem locus infra etiam plus lucis accipiet, ubi de dialogi arte et ratione deque vitiis in argumentatione animadvertendis disputabitur.

Cap. XV. Segment. IV.

Ostenditur sine causa desideratam esse artificiosiores rerum expositionem aptamque argumentationis progressionem. Demonstratur item, quatenam sit universae disputationis coagmentatio, et quam sollerter virtutis et honestatis doctrina cum rerum civilium explicatione coniuncta sit. Praemittuntur quaedam de Platonis arte disserendi. Monetur denique de universi operis integritate.

Accedimus nunc ad tertium illud, quod supra primo loco commemoravimus. Desiderarunt enim

critici etiam rectam subtilemque universi argumenti tractationem, quandoquidem nihil fere apte partibus suis descriptum, nihil iusto ordine explicatum, nihil denique ex principiis suis tanquam fontibus ductum atque repetitum esse conquesti sunt. Enimvero censuerunt illi *) Platoni, vel potius ignoto isti, quem finxerunt, scriptori in rei propositae tractatione sic fuisse versandum, ut in priore parte operis omnino causas ac principia illustraret, quibus civitas legibus fundata ipsaeque leges niterentur, itemque rerum definitiones poneret, in posteriore autem ipsam civitatem atque leges eo conderet modo, ut, quatenus hae ab illis proficiscerentur, quam clarissime appareret; ita enim futurum fuisse, ut legumlatio omnis videretur ad rationem tanquam fontem et causam suam revocata esse. Apertum vero est, Platonem sane potuisse rem isto modo instituere, tentavitque eam viam quodammodo etiam Cicero in eo opere, quod de legibus composuit. Sed apertum item est, summum philosophum, etiamsi ipse Libr. I. p. 632. D. E. talem rationem designasse videatur, tamen aliud iter ingressum esse, idque quale sit, prius certe investigandum fuit, quam causa non satis cognita protenus in ipsum inertiae crimen coniceretur. Quod si ab iis, qui de ea re disputarunt, ita factum esset, profecto futurum erat, ut ipsi faterentur, eum quem crepant artis neglectum revera esse Platonici ingenii et elegantiae testem luculentissimum.

Verum age, explicare iam conemur rem controversam et plenam dissensionis inter homines doctissimos, sed aliquando tamen dispiciendam ac diiudicandam. Qua illustrata demum futurum erit, opinor, ut de universi operis, quod est de Legibus, arte et compositione rectius possit statui et iudicari, quam adhuc factum videmus, siquidem plerique omnes in ea fuerunt sententia, ut ordinem argumentationis in eo plane desiderari existimarent.

Atque illud quidem et notum satis hodie est et a nobis ipsis alio loco demonstratum, ad Platonis dialogos recte intelligendos plane esse necessarium,

*) Fecit hoc in primis Zellerus Stud. Plat. p. 29. 30. 34.

ut ad artem compositionis in iis regnantem diligenter animum advertamus. Ad quam quidem artem imprimis etiam hoc pertinet, quod philosophus, tanquam poëta aliquis scenicus, quum institutae quaestioni plurimum varietatis conciliare studeat, tum eandem post longiorem saepe circuitum ad id dirigit, quod ipsi est propositum. Quippe quaerit ille laudem varietatis fere his rationibus. Primum enim quemadmodum in fabulis scenicis cum parte primaria etiam partes secundariae consociantur, ita ille etiam in disputationibus suis cum quaestione primaria arctissime fere aliam coniungere solet quaestionem, quae illi natura sua cognata sit. Quod quidem plerumque ita ab eo institutum videmus, ut altera quaestio versetur in rebus ad philosophiae subtilitatem pertinentibus, altera occupata sit in rimandis ac discutendis iis, quae ad vitam civium communem, ad hominum mores et ingenia, ad aequalium iudicia et opiniones, pertineant. Quocirca altera quaestio fere refertur tanquam introrsum ad res in mentis intelligentia positas, altera plerumque tendit ad aliquid extrinsecus obiectum, pertinetque ad res externas, quae quidem cum philosophiae rationibus aliqua necessitudine sint copulatae. Ita in libris De Republica quaestio de iustitia coniunctissima est cum disputatione de praestantissima cuiusque hominis indole et optima civitate; in Phaedone, dum disseritur de animorum immortalitate, simul sapientis morientis imago depingitur; in Symposio una eademque opera et de amoris natura agitur et amor veri philosophi Socratis exemplo illustratur; in Critone dum Socrates a crimine illo defenditur, quo iuvenes ferebatur patriis legibus reddere immorigeros, simul docetur, bono et honesto viro in omni vitae conditione iustitiam esse colendam praestandumque obsequium publicis legibus debitum. Sunt autem quaestiones illae, quibus subinde etiam aliae accedunt, fere ita inter se iunctae et connexae, ut inter ipsas quasi certare et contendere videantur. Qui est secundus fons varietatis illius, qua philosophus scenicus sermonibus suis tanquam actionis dramaticae laudem conciliare studet. Etenim modo suscipitur et agitur haec, modo illa profigitur, proceditque omne dispu-

tandi negotium ea ratione, ut tanquam fortuito cursu huc et illuc feratur, legentesque dubii et incerti maneant, quorsum res denique evasura sit. Quod quidem eo magis ita eveniat necesse est, quo liberius subinde vagatur oratio, ut adeo plane a proposito aberrare videatur. Itaque cursus disputationis ac veluti iter callide occultatur, ita ut, qui viam eius minus diligenter animadverterint, ii facile omnem eius ordinem rationemque desiderent, quin etiam ambigere incipiant, quid tandem illud sit, de quo suscepta sit disputatio, quippe quum et plures quaestiones simul agitentur et disputationis cursus ferri insolenti libertate videatur. Veluti in libris de Republica a multis magnopere dubitatum est, quaeraturne potissimum de iustitia et perfecta virtute an de optima civitate; atque similis est ratio etiam Phaedri, Symposii, aliorum dialogorum. Verum enim vero quemadmodum poëta scenicus diversas fabulae suae, quam quidem ex artis legibus composuerit, partes, quamvis primo adpectu mire discrepantes, tamen denique apte inter ipsas copulat atque coniungit, ita ut postremo omnia atque singula ad unum eundemque finem contendere planeque inter sese convenire appareat, ita etiam Plato quae maxima varietate distinguuntur atque adeo omni ordinis lege et ratione videntur esse destituta, tam scite eleganterque inter ipsa coniungere et conciliare solet, ut, ubi lectis ad finem usque eius sermonibus singula accuratius rimatus fueris, mirabundus tandem videas et animadvertas nihil usquam reperiri, quod non ad unum eumque summum atque ultimum finem sapientissime attemperatum sit et communi quodam vinculo cum universo disputationis corpore contineatur. Enimvero diversae illae, quae videntur, quaestiones neutiquam seiunctae a se invicem aut plane separatae solent esse, sed potius ita comparatae, ut non modo mutua sibi invicem lucem affundant, sed etiam indissolubili quadam necessitudine inter ipsas contineantur. Liberiores autem sermonum vicissitudines, etiamsi legentes huc atque illuc deducant, tamen eosdem denique ad summum aliquem finem provehunt, unde aliquando totum liceat disputationis iter, atque universum campum, qui disputando peragratus fuerit, veluti uno obtutu lustrare, et quo quaeque loco

sint collocata quove nexu cum aliis cohaereant, clarissime cernere et animadvertere.

Hoc igitur est artificium Platonis plane admirabile, quod in plurimis eius scriptis diligenter oportet animadverti, siquidem futurum sit, ut ad rectam plenamque eorum intelligentiam perveniatur. Atque idem illud imprimis etiam in iudicandis Legibus est observandum, quod quidem opus amplissimum non aliam ob causam magis pro suspecto habitum putamus, quam quia non satis accurate observatum est, qua arte et ratione universae disputationis descriptio et coagmentatio instituta sit. Nimirum est sane istius rei animadversio paullo difficilior, sed est eadem ad operis praestantiam recte aestimandam longe item utilissima atque gravissima. Iam vero ubi sciscitamus, quidnam tandem sit, quod hoc in genere adeo sit memorabile, res universe quidem certe declarari potest verbis paucissimis. Etenim considerantes paullo diligentius omnem materiam operis eiusque tractationem nullo fere negotio animadvertemus, duplicem potissimum discernendam esse partem universae disputationis. Altera enim versatur in iudicandis moribus et institutis civilibus exquirendisque optimis legibus; altera ad causas et rationes pertinet, unde intelligatur, quibusnam fundamentis tum civitatis et legum rationes tum virtus civium ac magistratuum niti debeant. Haec duo igitur Plato acutissime inter ipsa coniunxit utpote ad optimae civitatis, quae quidem inter mortales aliquando condi posset, prorsus necessaria. Data autem scriptori haud dubie optio fuit, utram partem vellet praevalere et alteri quaestioni tamquam fundamenti loco subiectam esse. Nam potuit sane pro re nata aut principia et causas rerum civilium praemittere iisque deinde accommodare quae de legibus dicenda essent; aut rerum civilium enarrationem et diiudicationem ita exhibere et proponere, ut huic tanquam obiter intersererentur, quae ad rationes earum illustrandas facerent. Illam rationem desideraverunt nuperi critici, in primisque Zellerus Stud. Platon. p. 29. 30. 34. Alteram Plato sibi deligendam putavit. Nec id profecto temere. Noluit enim summus philosophus propter eas, quas supra diximus, causas ingredi subtiliorem harum rerum quaestionem. Itaque consequens

est, ut nobis disquirendum sit, quonam modo atque via consilium suum sit exsequutus. Iniquum enim est ei praecipere velle, quomodo ipsi fuerit disputandum. Videamus igitur, quonam artificio ab eo sit institutum, ut dum res civiles traduntur et constituuntur, veluti aliud agendo simul etiam ostendatur, quid de fundamento legum, hoc est, de virtute eiusque rationibus, sentiendum sit. Quod quidem videtur facillime consequuturi esse, si omnem disputationis viam denuo breviter perlustremus atque omnia et singula apte ac suo loco posita esse paucis demonstremus.

Itaque initio operis sive primo libro ante omnia censura agitur legum Minois et Lycurgi, doceturque eas non recte ad unam fortitudinem bellicam comparatas esse. Quod dum ita peragitur, non modo fortitudo vulgaris vel popularis adumbratur, verum etiam sapienter legum conditorem ostenditur non unam aliquam virtutis partem, sed totam atque integram virtutem ob oculos esse habiturum; quorsum pertinet locus Libr. I. p. 631. A. usque ad p. 632. E. Itaque statim ab initio sermonis sollerter indicatum est, omni legumlationi propositam esse oportere virtutem, ut iam principio non obscure illud significetur, ad quod denique omnia referenda sint, quae deinceps de legibus deseruntur. Atque haec rei significatio est profecto tanto gravior et ad omnem disputationem fructuosior, quod eodem isto loco simul etiam exhibetur universae de Legibus disputationis, quae deinceps sequutura sit, brevis descriptio, qua adeo ea, quae libro duodecimo de custodibus reipublicae exponuntur, tanquam summa quadam comprehenduntur. Nec tamen longius universae virtutis commendationi immoratur disputatio, sed quoniam popularis vel civilis virtus imprimis ex fortitudine et temperantia constat, exeunte libro primo protenus ad hanc properatur. Docetur igitur fortitudinem non tantum in vincendis hostibus externis positam esse, sed imprimis etiam cerni in eo, ut nostras ipsorum cupiditates et animi affectiones vincere et superare possimus. Quibus explicatis deinde commodissime transitur ad temperantiam, quae quasi cum altera hac fortitudinis parte interius cognata

est. Ibi vero institutis Doriensium ad fortitudinem comparatis tamquam e regione collocatur institutum quoddam Atheniensium, quo quum adiuvetur civium temperantia, tum etiam alia commoda afferantur reipublicae, hoc est, mos computationum (p. 641. sqq.). Quippe temperantiam philosophus vult efflorescere quasi ex libera quadam affectuum et cupiditatum moderatione: ex qua etiam quid lex sit publica declaratur I. p. 644. D. Quamobrem protenus defertur oratio ad temperantiae omnisque virtutis disciplinam, quae ope musicae et poësis nititur adiunctis choris et saltationibus. Huius autem vis ponitur in eo, ut voluptates doloresque moderari ac regere possimus, quo facilius quae expetenda sint sequi, et quae sint fugienda, fugere consuescamus; ex qua, quum ratio et libera animi assensio accesserit, virtus efflorescat. Apertum est igitur hactenus iam descriptas esse duas virtutes illas, quas supra vidimus prae ceteris omnibus requiri ad virtutem popularem eamque civilem; quae unae maxime etiam in Politia tribuuntur reipublicae custodibus, qui incolis civitatis in Legibus informatae fere aequales sunt. Apte vero et peropportune liberalioris institutionis ac disciplinae ratio inde a p. 655. A. Libr. II. declaratur sic, ut copiose de saltationibus et choreis disseratur. Nam ad musicam quae praeterea pertinent artes liberaliores, eae, sicuti iam supra significavimus, septimo demum libro in disceptionem vocantur. Quod cur ita institutum sit, re accuratius considerata haudquaquam obscurum erit. Opponitur enim hic temperantiae disciplina iis Doriensium institutis, quibus libro priore fortitudinem bellicam adiuvari demonstratum est, ideoque cum computationum mentione iunguntur musica instituta, imprimis saltationes et choreae, quibus cives apud Athenienses solebant ad temperantiam et humanitatis laudem conformari. Est igitur huius disputationis ratio prorsus eadem, quae locum habet in libris De Republica, ubi posteaquam custodum publicorum munus et officium descriptum est, continuo Libr. II. inde a p. 375. E. docetur, quomodo illi debeant erudiri liberaliter, ut cum ingenio vehementiore et ad fortitudinem proclivi etiam mansuetudinem et sapientiae moderationem coniungant. Et

haec quidem usque ad exitum libri secundi. Iam vero his explicatis facile quis expectaverit similiter deinceps etiam de ceteris virtutibus disputatum iri, praesertim quum Libr. I. p. 631. A. 632. E. tale quid significatum videatur. At enim vero quod ibi p. 632. E. scriptum legitur post fortitudinem *ἔρερον καὶ αὐτίς ἔρερον ἀσιτῆς εἶδος* illustratum iri, id non ita accipiendum est, ac si scriptor promiserit, sese singulas virtutes continuo ordine exploraturum esse, ex earumque vi et natura deinceps demonstraturum, quales leges esse debeant, quibus optimis usura sit respublica. Quod si qui sibi persuaserunt, ut fecit sane Zellerus Stud. Platon. p. 24. sqq., ii videntur iniuria a Platone tanquam debitum quoddam exegisse, quod nullo modo promiserit. Nam hic quidem, ubi rem accurate aestimes, nihil spondit aliud, quam quod ab eo revera praestitum esse res ipsa loquitur. Promisit enim hoc unum, velle se data opportunitate persequi reliqua, quae de ceteris virtutibus explicanda sint. Itaque tertio libro, posteaquam absoluta est de educatione ac disciplina musica disceptatio, repente transitur ad alia omnia. Narratur enim protenus de variarum civitatum ortu, gubernatione et fortuna, institutaque comparatione docetur statum et fortunam earum nunquam non aut prosperiorem aut infeliciorem extitisse, prouti imperantes, sive fuerint illi principes et reges sive universus populus, aut moderatiores ac temperantiores aut immoderatiores fuerint. Quocirca his omnibus ostenditur, etiam imperium rerum publicarum hoc habere debere, ut sit temperans et a prava lubricine alienum. Quod quis est quin ultro fateatur hoc ipso loco fieri aptissime? Quippe nihil profecto ad rem ipsam fingi potest accommodatius, quam quod de civitatum statu et imperio disputatur, posteaquam de civilibus earum virtutibus primariis explicatum est. Quod autem tota res collustratur historiae luce, prudentissime hoc factum putamus in eo opere, quod totum ad rerum humanarum experientiam atque vitae communis usum comparatum est. Itaque nec in his usquam desideramus iustum disputationis ordinem atque progressum, licet ille primo ad spectu alicui totus deesse videatur sitque transitio ad harum rerum expositionem utique paullo audacior.

Dum vero haec ita enarrantur atque diiudicantur, sermo tanquam per occasionem defertur etiam ad tertiam virtutem, hoc est, ad prudentiam vel sapientiam, de qua inde a p. 687. E. usque ad p. 693. C. ita disputatur, ut in legum ferendarum negotio illa nihil gravius esse ostendatur aut praestabilius, quippe quae una doceat, quid potissimum ad rerumpublicarum salutem et felicitatem conducibile sit. Atque haec quoque opportuno loco interponi quis est quin sua sponte animadvertat? Nam quum hic de gubernatione et imperio civitatum disseratur, profecto infertur prudentissime sapientiae explicatio et commendatio propterea, quod haec ipsa virtus maxime imperantium atque legum propria esse censetur, quibus regitur respublica. Quocirca hic simillima est ratio atque in duobus libris prioribus. Quemadmodum enim in his cum censura institutorum quorundam Spartanorum vel Creticorum et Atticorum scite coniuncta est disputatio de fortitudine ac temperantia, ita in tertio libro cum iudicio de initio, statu, regimine et fortuna celeberrimarum civitatum tanquam per occasionem consociatur adumbratio et descriptio sapientiae, quae reliquarum virtutum quasi regina quaedam esse iudicatur. Iam vero his inde a Libr. III. p. 693. D. adduntur etiam nonnulla de felicitate ac salute civitatum in libertate, concordia et sapientia posita, quae omnia unice ex virtutibus illis in unum coniunctis quasi efflorescant. Quocirca hic tanquam in transitu etiam de iis admonemur, quae in civitate virtutibus illis ornata ut praestantissima bona orientur. Haec igitur usque ad exitum libri tertii, qui etsi nonnulla habet, in quibus facile offendas, tamen cum universi operis compage omnino censeri debet coniunctus esse satis apte. Acceditur vero dehinc, h. e., ab initio Libr. IV. p. 704. A. — 712. A. ad describendas externas rerum conditiones, quibus nova civitas usura sit; quo loco simul data occasione plurima interseruntur civilis prudentiae praecepta. Quod quidem elegantissime ita esse institutum planeque suo loco, nemo, opinor, erit qui temere inficietur. Tum vero p. 712. A. usque ad Libr. V. p. 734. E. de legum prooemiis explicatur. Quod quidem ubi suscipitur, continuo etiam iustitia infor-

matur, cuius quae vis sit et magnificentia, egregie declaratur p. 715. E. sqq. generali illo et communi prooemio, quo cum cives tum magistratus grandi et magnifica oratione monentur, ut refrenatis et coërcitis cupiditatibus suis pravisque partium studiis legem pie sancteque reveantur, quippe quae sit mentis rationisque vicaria, atque iustitiam divinam, severissimam legum neglectarum vindicem, modeste suspiciant. Quod mirum est viros doctos ad hunc usque diem plane praeteriisse, quippe qui iustitiam existimarunt plane silentio transmissam esse *). At nimirum descriptam eam hic putamus luculentissime, et ita descriptam, ut simul appareat, quam arctam ea cum temperantia et pietate copulationem habeat. Et quis est quin id fateatur hoc ipso loco, in quo propius ad legum scriptionem et promulgationem acceditur, factum esse longe prudentissime? Etenim iustitiae vis et natura quum maxime cernatur in legum observantia et reverentia, profecto rationi plane est consentaneum, quod ibi de ea luculentius exponitur. Quamquam, id quod iam antea vidimus, etiam alibi reperiuntur quaedam per occasionem interspersa, quae ad vim naturamque huius virtutis declarandam valeant. Facere enim ita solet philosophus, ut rem eandem locis compluribus iterum iterumque attingat, quo eius descriptio paulatim efficiatur plenior et perfectior. Verum his missis pergimus ad alia. Pertexitur igitur filum disputationis deinceps hunc in modum. Absoluta enim communi illa civium cohortatione, de qua modo dictum est, deinde aliae quoque orationes consimiles subsequuntur, quibus exponitur de officiis ad virtutem civilem explendam gravissimis, de cultu et veneratione deorum, de pietate erga parentes, de iustis liberis, cognatis, civibus praestandis, aliis. Quibus omnibus p. 718. C. subiicitur disputatio de talium prooemiorum utilitate ac necessitate. Vult enim philosophus legum scriptionem non eam tantum esse, quae vi cogat ad obeunda civilia negotia, sed etiam moralem, quae animos civium ad virtutem ultro amplectendam et amandam incitet et ad legum ob-

*) V. Dilthey l. c. p. 16. sqq. Zeller. Stud. Plat. p. 52 sqq.

servantiam promptos et paratos efficiat. Iam vero haec quoque suo loco esse exposita, quis quaeso est quin ipse protenus animadvertat? Quippe his ita expositis, priusquam ipsae leges scribuntur, callido artificio proditur, quonam fundamento quum ipsae tum civium obtemperatio iis debita inniti debeat. Profligata vero harum rerum disputatione oratio inde a p. 722. D. revertitur ad alia prooemia generaliora. Exponitur enim primum, idque exempli exhibendi caussa, de coniugio; deinde vero inde a quinti libri initio de animi excolendi officio (usque ad p. 728. D.), de cultu et honore corpori debito deque veris corporis laudibus, de virtutibus quum privatim tum publice colendis, et quae his cognata sunt alia argumenta (usque ad p. 730. A.). Quas quidem admonitiones et cohortationes deinde excipiunt ea, quae ad unumquemque civem per se solum spectatum referuntur. Commendatur enim singulis veritatis amor sincerissimus, iustitiae studium constans et indefessum, temperantiae item ac prudentiae cultus assiduus. Porro praecipitur de iracundia et lenitate, de fastu ac nimio sui amore modestiae inimico, de moderatione affectuum imprimisque doloris et laetitiae, de tolerandis ac perfrendis malis et calamitatibus, denique de cupiditatibus et voluptatibus sapienter cohibendis atque moderandis (usque ad p. 734. D.). Quibus omnibus explicatis suscipitur tandem de ipsa civitatis constitutione et legum scriptione disputatio, quae proximis demum libris profligatur et absolvitur. Iam vero quaerentes nos, sintne haec omnia, de quibus diximus, loco opportuno universique operis consilio convenienter explicata, certe nullo negotio animadvertemus, ea nusquam fere alibi interponi rectius commodiusque potuisse. Quod enim hoc ipso loco per scripta leguntur, eo item luculentissimum fit, totam legumlationem, quae sit sequutura, vel maxime ad morum honestatem atque virtutem referri ideoque bona humana coniunctaque cum iis officia atque iura civilia revera suspendi ex bonis divinis, sicuti Libr. I. p. 631. D. praecipere meminimus. Quamobrem nihil profecto in medium attulisse existimandi sunt, qui Platoni opprobrio verterunt, quod in Legibus, interiore hominis natura neglecta, leges et instituta san-

xerit, quae non aliunde ducta sint nisi ex fortuitis vitae communis rationibus. De quibus opinionibus satis erit consuluisse Astium De Vita et Script. Plat. p. 385. Nam ut plurimae leges non singulatim ad virtutis rationem referantur, tamen illud quidem certum et exploratum habemus, ne harum quidem observantiam ex sententia Platonis boni et honesti studio et amore ullo modo vacare posse. Sed haec quidem satis sunt de hac parte operis. Progredimur ad ea, quae posthac inde a libro quinto med. et sexto sequuntur, quaeque propius pertinent ad rerum civilium constitutionem atque ipsas leges. Videmur autem non temere affirmare et contendere, in his quoque argumenti explicationem in universum quidem procedere rectissime, sicuti vel ex librorum istorum summa alia loco a nobis proposita apparere arbitramur. Quippe verissime sermo p. 736. orditur ab iis, quae sunt quasi generaliora pertinentque ad omnem reipublicae communitatem, atque paullatim transit ad ea, quae ad singulas vitae communis condiciones et peculiaria negotia referuntur, usque dum denique ultimo libro constituuntur publicae salutis custodes, quibus id curae demandatur, ut perpetuae civitatis incolumitati prospectum sit. Itaque inde a p. 736. ante omnia de externis iisque communibus civium rationibus explicatur, quales in vera civitate reperiantur plane necesse est. Deinde sexto libro creantur varii magistratus, duces exercitus, sacerdotes et ministri publici. Denique constituuntur iudicia, usque ad p. 772. in. Quippe leges priusquam ferantur, ante omnia reperiantur necesse est, qui earum tanquam ministri sint, easque rite tueantur. Horum vero potestate definita initium fit ipsarum legum promulgandarum. Quod peragitur eo fere ordine, qui verbis clarissimis Libr. I. p. 631. D. sqq. significatus fuit. Capitur enim initium ab iis rebus, quae ad ortum civium spectant, matrimoniis, dotibus, procreatione liberorum, denique iis, quae referuntur ad omnem vitam coniugum, admixtis etiam aliis quibusdam consimilibus. Nam magnam sane Plato discessionem hic ab iis fecit, quae de his rebus in Politia constituit, quandoquidem, sublata prorsus communione bonorum, uxorum et liberorum, familiae perpetuum vitae consortium, coniugi-

bus fidem, amorem parentibus, liberis pietatem restituit. Quocirca etiam de servitiis deque victu coniugum imprimisque mulierum explicatur, et quidem interposita p. 779. D. — 782. copiosiore disputatione de triplici naturae humanae indigentia, cibi, potus ac veneris, unde ne graviore quidam naturae morbi existant, lege cavendum esse dicitur, idque appariturum esse etiam ex conviviorum publicorum et viris et mulieribus communium caussis et rationibus. Nimirum respiciuntur iam hic illa, quae postea demum Libr. VIII. p. 835. C. sqq. de his rebus exquiruntur, ut quasi liberior quaedam sermonis digressio locum habeat, quam etiam ipse philosophus excusatam cupit. Iam vero his peroratis libro septimo recens nati tanquam ab incunabulis suscipiuntur atque educantur. Quamobrem hic consummantur quasi quae libro secundo de his rebus exposita sunt. Quippe hic tota hominis vita educationis et institutionis cura comprehenditur; aliam autem rationem vidimus obtinere libro secundo, ubi praecipue de temperantiae exercendae agitur disciplina. Ergo in his videmus orationem a familiarum atque gentium rationibus definiendis progredi ad educationem atque disciplinam eiusdemque adiumenta; in qua ratione certe nemo temere quidquam reprehendet praeter illos, qui quod non est disputatum reconditius, abstrusius et obscurius, id protenus Platone indignum esse vociferantur. His vero expromtis Libro VIII. p. 828. — 842. B. attinguntur ea, quae proxime cum illis cohaerent; disputatur enim de sacris et ludis solemnibus, quae quasi perpetuam quandam totius civitatis educandi disciplinam efficiunt. Tum autem de civium et inter se mutua et cum vicinis vivendi ratione deque communibus negotiis et commerciis agitur, attingunturque ea, quae homini nato atque educato in civili hominum communitate per totam vitam observanda sunt. Quae qualia sint, hic iterare nolumus. Illud unum tantum monuisse iuvabit, hunc quoque rerum ordinem Libr. I. p. 632. A. B. fuisse praescriptum, eundemque esse maxime probabilem, quandoquidem post domestica consentaneum fuit proxime communia ac civilia tractari negotia. Iam vero habita eorum omnium ratione, quae hactenus exposita sunt, rectissime deinceps leges promulgantur de criminibus eorumque

poenis; quod negotium libro nono ita peragitur, ut simul, interposita rursus subtiliore quaestione, damni et iniuriae itemque iusti et iniusti notiones subtilius pervestigentur. Defertur vero deinde sermo etiam ad ea crimina, quae adversus deos et religionem committi queant. Qua occasione rursus prudenter utitur philosophus ad faciendam uberiores digressionem, quandoquidem inde a p. 887. usque ad p. 907. egregie disputat de cultu deorum atque religione, eiusque publico usu. Cuius disputationis caussas et rationes iam in superioribus satis exploravimus. Apertum est autem eam hoc loco non minore cum arte explicari, quam quae antea suis locis de fortitudine, temperantia, sapientia et iustitia instituta est, praesertim quum pietas, ut Cicero alicubi interpretatur, nihil aliud sit nisi iustitia adversus deos. Quocirca ne nunc quidem quidquam videmus in sermonis progressionem et argumenti explicationem, quod iure importunum aut intempestivum dici queat, suntque adhuc omnia praeclare ordinata ac disposita. Verum enim vero de iis, quae comprehenduntur undecimo ac duodecimo libro, res utique videtur se habere multo aliter. Hic enim quae de negotiis civilibus maximam partem ad ius privatum pertinentibus deque institutis quibusdam publicis exponuntur, promiscue fere ac sine certo ordine in medium afferuntur, ut propemodum suspiceris esse haec quasi miscellanea quaedam necdum satis digesta et in ordinem redacta. Nisi forte ipsa varietas atque copia istarum legum philosophum permovit, ut aptam earum dispositionem nec tentaret nec magnopere curaret. Verum istud quidem utcunque se habet, illud certe apparet clarissime, plerasque unius fere generis esse, ut certe universae vix potuerint accipere locum aliquem isto aptiorem et opportuniorem. Explicantur vero earum enumeratione finita inde a Libr. XII. p. 949. D. — 952. D. etiam nonnulla alia, quae quum ad universae reipublicae disciplinam, tum ad utilitatem ex peregrinationibus in eam redundantem referuntur. Nimirum posteriora ista quorsum spectent, minime est obscurum. Praeparantur enim hac commentatione illa, quae statim post de custodibus civitatis exponuntur, quippe qui maiore quadam prudentia diuturniore rerum usu

collecta insignes esse debere iudicantur. Quocirca nec haec importune hic inculcata esse iure videmur statuere atque contendere. Postremo vero etiam ad mortem et res extremas devenitur, ferunturque leges de iustis et honoribus mortuis persolvendis. Atque hac ipsa re finitur tandem universae legum promulgationis negotium (p. 960. B.), ut facile intelligatur sermonem inde ab ortu hominis susceptum denique in rebus ultimis, quae homini expectandae sint, desinere ac veluti conquiescere. Sed, quamquam ita legum scribendarum muneri et officio abunde satisfactum videtur, tamen etiam nunc deest aliquid ad tuendam civitatis incolumitatem, de quo iam Libr. I. p. 632. A. sqq. fuit admonitum. Constituitur igitur denique conventus ille nocturnus custodum, qui quasi instar esse debere iudicatur mentis et praestantissimorum sensuum in animantium capite collocatorum. In incerto tamen relinquitur, quatenam, quando et quamdiu hi custodes civitatis discere debeant. Unde fuerunt qui protenus concluderent opus sine esse truncatum. At enimvero istud quidem sese habet multo aliter. Est enim opus utique perfectum atque absolutum. Nam quod nihil hoc in genere de custodibus definitur, fit illud propterea, quod procedente tempore, ipsa experientia magistra, certius intellectum iri iudicatur, quid de his rebus publice sciendum sit. Itaque hic quoque salva sunt omnia neque ulla imperfectionis aut vitii suspicio videtur locum habere posse.

Iam vero haec omnia, quae de argumenti tractatione exposuimus, mente et animo considerantes et quasi contuentes nonne fateri debemus iustam utique esse universae argumentationis progressionem atque singularum partium eam descriptionem et copulationem, quae elegantiam ac sollertiam ingenii Platonici plane contestetur? Etenim si discesserimus a paucis quibusdam iisque perquam exiguis operis partibus, in quibus aliquid neglectum aut praetermissum videatur, certe nihil quidquam usquam investigari poterit, quod in se aut inepte sit disputatum; imo omnia tam eleganter disposita, tam sollerter coniuncta, tam praeclare denique explicata et ad exitum perducta sunt, ut in maxima rerum variarum ac dissimilium enarratione ac disputatione tamen

omnia denique ad unum eundemque finem composita et ad legem unitatis, quam dicere licebit, conformata esse existimanda sint. Et quis est quin rationem et viam, qua ita factum est, ultro largiatur plane esse Platoniam? Etenim est certe rerum civilium atque ethicarum expositio tam artificiose contexta atque in unum coniuncta, ut nemo facile futurus sit, quin hic protenus simile disserendi artificium agnoscat, atque illud est, quod elegantissimi quique viri in libris De Republica aliisque scriptis Platonis semper maxime admirati sunt, siquidem ibi quoque rerum ad civitatem pertinentium atque ethicarum disputatio arte prorsus admirabili ac plane divina coniuncta et sermonum varietate inimitabili quasi complicata est. Quamquam utrumque opus etiam hac in parte habet, in quo pro consilii varietate alterum ab altero nonnihil differat. Nam in Legibus quoniam praevallet verae alicuius civitatis condendae et optimis legibus instruendae consilium, filium universi sermonis ita deducitur, ut primariae quaestionis, vel potius sermocinationis, argumentum a rebus politicis repetatur; ethicae disciplinae praeceptiones, quibus tamen illae nituntur, veluti secundariae suis locis interponantur. Quocirca in eo rerum civilium disputatio quasi staminis instar est, cui quae de moribus ac virtutibus aliisque rebus ad interiorem philosophiam pertinentibus disseruntur, tamquam subteminis loco intertextae sunt. Quamquam hoc artificiosissime ita factum est, ut utraque unum denique efficiant texturae opus idque longe pulcherrimum atque elegantissimum. Alia vero ratio est librorum de Republica. In quibus quoniam unâ eademque opera et optimi hominis et perfectae civitatis imago depingitur, illud, quo totius disputationis cursus regitur, non tam positum est in quaestione de republica, quam in iustitiae per investigatione, utpote utrique, tam civitati quam homini, per omnia communi. At nimirum etiamsi haec utriusque operis est diversitas haud sane exigua, tamen Leges pariter atque Rempublicam Platonici ingenii sollertiam atque elegantiam referre omnibus iam apertum fore confidimus.

Atque data hac rei opportunitate tanquam in transcurso etiam nonnulla exponere licebit de Legum integritate. Etenim si vera sunt, quae de disputationis

initio, progressu, exitu, deque sollerti singularum eius partium descriptione atque coniunctione exposuimus, certe non dubitandum videtur, quin compagem universi operis, etiamsi hic et illic labes aliqua haereat, tamen integram, plenam et consummatam habeamus superstitem. Quae sententia non mediocriter confirmatur etiam duabus aliis rebus. Nam primum quidem Libr. I. p. 631. A. — 632. E. universi operis ratio quasi primis lineamentis descripta est. Quam quum videamus adeo in postremis libri duodecimi partibus usque diligentissime servatam esse, facile intelligitur, quid inde de totius operis absolute iudicari debeat *). Deinde saepenumero fit, ut legentes in prioribus libris ad posteriores ac vicissim in his ad illos delegentur, atque adeo filum disputationis alicubi derelictum alio loco de industria rursus resumatur atque pertexatur ulterius. Ita Libr. VII. p. 810. B. sq. repetuntur quae Libr. II. p. 670. A. B. de choro Dionysiaco disputata sunt; Libr. VII. p. 803. C. remittitur ad Libr. I. p. 643. D. sqq. ubi de hominibus deorum tanquam ludicris agitur; Libr. VII. p. 804. B. significantur quae Libr. I. p. 644. D. sunt memorata; Libr. VIII. p. 832. B. C. respicitur ad ea, quae Libr. IV. p. 712. D. sqq. de variis reipublicae formis sunt exposita; Libr. VI. p. 781. E. remittitur ad initium libri tertii; Libr. VIII. p. 843. D. de poenis delegamur ad Libr. VI. p. 760. A. sqq. Libr. IX. p. 857. C. respicitur Libr. p. 720. A. sqq. Libr. X. p. 908. nocturnus conventus custodum civitatis iam memoratur, qui describitur multo post Libr. XII. extr., item Libr. VI. p. 768. C. promittuntur leges iudiciariae, quae Libr. XII. p. 956. demum exhibentur; ac Libr. II. p. 673. D. delegamur ad Libr. VII. p. 796. D. sqq. Libr.

*) Errat Diltheius l. c. p. 49. desiderari putans instituta omnia, quae scriptor ad servandam rempublicam retulerit. Nam nocturnus quidem conventus omnino constitutus est. Quod autem philosophus in incerto reliquit, qua ratione et quamdiu custodes in sapientiae studiis versari debeant, et quae alia sunt huius generis, consulto id fecit. Censet enim temporis experimentum capiendum esse. Nec desiderantur leges iudiciales Libr. VI. p. 768. promissae. Eae enim extant Libr. XII. p. 956. B. — 958. C. Erravit etiam Hermann. Hist. Philos. Plat. I. p. 708.

XII. p. 956. E. manifesto ad Libr. IX. p. 865. D. E. et Libr. XII. p. 956. E. ad Libr. VIII. p. 846. itemque Libr. IV. p. 714. E. ad III. p. 690. A. sqq. Libr. IV. p. 705. D. ad I. p. 630. C. sq. Libr. IV. p. 710. B. ad III. p. 696. D., Libr. IV. p. 714. D. ad III. p. 690. A. et Libr. IX. p. 857. D. ad IV. p. 720. A. respicitur. Disputationis filum autem subinde intermitteri ac deinde aliis locis resummi, iam in superioribus animadvertimus, veluti quum Libr. VII. profligantur ea, quae secundo libro sunt inchoata. Haec vero quis quaeso est qui sibi persuadeat ita fieri potuisse in opere plane lacero, perturbato necdum ad iustum ordinem disposito et elaborato? Nimirum omnino quidem dubium esse non potest, quin Legum opus, etiamsi non plane perpolitum sit, tamen totum atque integrum superstes habeatur, quippe quum plane in se unum sit atque partibus suis absolutum.

Cap. XV. Segment. IV.

De his, quae in dialecticis Legum dotibus merito desiderantur atque opus non plane ab auctore perpolitum esse arguunt.

En, habes sententiam nostram de rerum tractatione in Legum libris usurpata. Quam si qui mancam esse dixerunt aut plane perturbatam, ii ordinem ipsius rationemque parum recte aestimavisse existimandi sunt. At vero, inquit aliquis, nonne tamen non pauca sunt, quae quis iure meritoque dicat minus accurate ac subtiliter esse disputata? Nimirum id quidem certis quibusdam conditionibus sine ulla dubitatione concedendum putamus. Reperiuntur enim in singulis operis partibus utique, quae si minus apte subtiliterque exposita esse dixeris, nemo temere repugnaverit. Quippe alia iusto fusius et prolixius disputari videntur, veluti illa Libr. I. et II. in de computationibus imprimisque Libr. I. p. 638. C. sqq. et VI. p. 779. D. — 782. D. ubi agitur de sexus

muliebris genere vivendi; itemque illa VII. p. 797. A. — 798. D. 810. C. sqq.; alia pro rerum tractatarum gravitate in angustius, quam velles, contracta sunt, quorsum praeter alios pertinet locus Libr. I. p. 631. A. usque ad p. 632. E. qui omnino non satis videtur elaboratus esse; et Libr. II. p. 672. A. — D. ubi facile aliquid desideres; sunt porro, quae non satis subtiliter acuteque explicata videantur, veluti illa Libr. I. p. 637. B. C. et p. 639. A. — C. ubi v. ann. aut etiam perplexa obscureque exposita, ut Libr. II. p. 657. C. sqq. de quibus item v. Commentar., et Libr. I. p. 630. E. sqq. V. p. 732. E. sqq.; alia nonnihil aberrant a proposito interponunturque ea ratione, ut quorsum pertineant, non usquequaque intelligi liceat; qualia reperiuntur in copiosa illa disputatione de rerumpublicarum ortu, progressu et fatiis, quae tertio libro explicatur, veluti p. 686. C. — 688. E. et p. 696. A. sqq. et Libr. VII. p. 823. B. ubi de variis generibus venationis agitur, atque Libr. VIII. p. 837. A. B. ubi quorsum amor aequalitatis spectet facile dubites; IX. p. 857. B. sqq.; alia sunt longius accessita nec satis accommodata ad rem praesentem, ut Libr. VI. p. 779. D. usque ad p. 782.; alia etiam eiusmodi sunt, ut prope ad res minutas parumque graves descendant, quum satius fuerit rerum genera potius complecti quam rimari singula ac prope pusilla; quod quum de aliis locis, veluti Libr. VII. p. 788. D. — 791. C. 794. D. — 795. D. tum maxime etiam de copiosioribus illis legum enumerationibus iudicandum est, quae duobus libris postremis continentur; sunt etiam, quae posita esse videantur abruptius, ut cum reliqua disputatione non satis apte cohaereant, veluti quum initio tertii libri repente ac sine ulla legentium admonitione transitur ad enarrandas res et fortunam rerum publicarum. At enim vero haec quum ita comparata esse negari non possit, tamen tantum abest, ut singula ista universi operis fidem et auctoritatem elevare videantur, ut facile intelligatur quatenus caussae extiterint, cur isti naevi operi ceterum eximio inhaerant. Nam primum quidem vel ista magnam certe partem excusationem paratam habent ex iis, quae supra de populari argumentatione sunt exposita. Deinde meminisse nos oportet, Platonem hos libros scripsisse senem, cui

facile potuerit in talibus aliquid humani accidere. Tum vero etiam verisimillimum est, opus amplissimum et ex magna doctrinae varietate conflatum non uno tenore sed per intervalla scriptum esse, in cuiusmodi descriptione quis est quin ipse expertus sciat quam facile argumentorum nexus et cohaerentia interrumpi ac turbari queat? Denique si vera sunt, quae alio loco vidimus de Philippo Opuntio horum librorum post obitum Platonis editore memoriae prodita esse, non modo verisimile, sed propemodum certum est, Platonem ipsum operi non admovisse ultimam manum, utpote in elaborando illo morte oppressum. Itaque philosophus multa videtur eo consilio scripto mandavisse, ut postea refingerentur, immutarentur, supplerentur, auferentur, emendarentur. Hinc igitur facilem habent explicationem, si quae minus polite scripta ac parum subtiliter disputata reperiuntur. Haec vero si ita sese habent, certe nec ista omnia quidquam valent ad evertendam operis auctoritatem, quippe quod ceteroquin ingenii Platonici signa refert longe evidentissima.

Cap. XVI. Segment. I.

Ostenditur quid in dialogo a criticis reprehensum sit.

Pergimus ad considerandas dialogi dotes, in quibus item fuerunt, qui elegantiam ingenii Platonici desiderarent. Ex quo genere non pauca sunt quae operi sunt vitio data. Desideratur, inquiunt, inter oratores, qui colloquentes inducuntur, Platonice Socrates, in eiusque locum praeter morem et consuetudinem incertus quidam Atheniensis substituitur, qui quis sit, prorsus in incerto relinquitur. Colloquentium mores et ingenia non depinguntur accuratius vel etiam inepte et inscite deformantur. Tota ista civitas Magnesia, quae conditur, plane est ficticia et subditiva, quum tamen Plato soleat exordiorum ornatum a veris locis ac personis repetere. Scena dialogi praeter morem

Platonis non Athenis, sed in Creta insula est constituta. Actio sermonis tanquam dramatis alicuius parum est motoria nimisque tarda ac difficilis. Sermo saepenumero mirum quantum hincit et tantum non machinis quibusdam violenter adhibitis promovetur ulterius. Idem ab initio est ineptus atque importunus, in reliquis autem partibus caret eleganti varietate rectoque progressionis ordine, quandoquidem subinde laborat nimia prolixitate atque adeo abit in oratoriam declamationem, habet item locis quibusdam agrestem quandam rusticitatem, quum oratio Atheniensis istius, qui loquens inducitur, quasi praecipientis alicuius magistri neque vero cum ceteris familiaribus consultantis amici esse videatur. Laborat porro sermo frigidis verborum ac sententiarum lusibus, distinctusque est veluti flosculis quibusdam inficetis dictionibus, absurdis imaginibus et insulsis comparationibus. Praeterea per universum sermonem insolita quaedam gravitatis affectatio animadvertitur, quae mirum quantum distat a festivitate illa atque hilaritate, quae in aliis Platonis libris reperitur. Accedit cognatum his vitium, quod quae sunt trita, vulgaria, usitata, mire adaugeantur et extolluntur; itemque quae sunt per se clara et perspicua, ea sesquipedalibus verbis formulisque fere calamistratis temere exornantur, hoc est, inani orationis pompa infuscantur. Nec deest denique morosa quaedam ac tristis gravitas et severitas, maxime assumpta a religiosae pietatis affectatione, qualem si quis in ceteris Platonis scriptis demonstret, is magnus Apollo habendus fuerit.

Haec igitur sunt fere, quae in dialogi arte reprehenduntur. Ingens vero criminationum copia ac multitudo, ut alicui eam intuenti propemodum ultro in mentem veniat illud: Criminare audacter, ac semper aliquid saltem haerebit. Nec vero nostrum putamus ad ista omnia respondere singulatim. Id enim immensam fere disputationis prolixitatem requireret. Illud potius agemus, ut quae magis universa sunt, ea brevi examini subiiciamus, si quidem singularia, si qua opus videatur, in Commentariis rimabimur. Versari autem in hac disputationis parte ita placet, ut primum dicamus de ornatu see-

nico dialogi; deinde de sermonis progressu et tanquam itinere exponamus; denique de colore dialogi, quem in singulis partibus refert singularem, universoque eius habitu disseramus.

Cap. XVI. Segment II.

De scenico dialogi ornatu, loco, tempore, personis.

Et scenicum quidem apparatus dialogi considerantibus recordandum nobis hic quoque est illud, de quo iam saepe diximus, Platoni in his libris hoc fuisse propositum, ut eam conderet civitatem, quae etsi propius ad ipsius vitae veritatem accederet, tamen item sic esset comparata, ut virtute ac praestantia sua ultra vulgarium civitatum laudem emineret, et exemplo aliquo luculentiore patefaceret ac declararet, qua ratione quae revera reperirentur republicae sapienter emendari et ad maiorem quandam cum perfectae civitatis specie et imagine similitudinem provehi et converti possent. Quid igitur? ubinam terrarum quaeso illam putabimus recte potuisse ab eo condi atque fundari? Num forte Athenis? At istuc quidem perquam fuisset inficetum ac prope ridiculum. An in vicina aliqua Graeciae regione, Thebis, Spartae, Corinthi? Id vero apertum est non minus futurum fuisse absurdum. An in terra aliqua peregrina, quae barbaros aut minus notos haberet incolas? Atqui isto modo Plato non potuisset popularibus suis, quibus unis scripsit, Graecae civitatis exemplar ante oculos ponere, quale illis intuendum spectandumque proposuit. An denique in regione vel terra aliqua incerta, qualem hodie Utopiam fingere solent? Nimirum ut alias taceamus difficultates, quibus ea ratio laboratura fuisset, ne hoc quidem pacto Graeca aliqua civitas, qualis est haec Platonis, commode potuisset depingi et legibus optimis ornari. Itaque sapientissime philosophus Cretam fecit novae civitatis sedem, hoc est eam terram, quae et Graeca esset, et a continente longius disiuncta Graecisque

ceteris minus frequentata, et inde ab antiquissima aetate bonarum legum et praeclarorum institutorum fama maxime nobilitata. Atque hoc quidem tanto prudentius fecisse putandus est, quod civitatis suae fundamentum, ut antea vidimus, Doricum esse voluit. Ibi igitur in regione quadam insulae ab incolis deserta, quae quidem luculente describitur Libr. IV. p. 704. B. sqq. condi iubet civitatem Magnetum, quam identidem appellat, ut L. VIII. p. 848. D. IX. p. 860. E. XI. p. 919. D. XII. p. 946. B. 969. A. Quod quidem neutiquam temere ita confictum est, sed cum historiae fide aliquatenus saltem coniunctum. Nam Magnetas olim habitavisse in Creta insula, priusquam migrarent in Asiam minorem ibique Magnesium ad Maeandrum conderent, verissime collegit Boeckhiius De Plat. Min. et Legg. p. 68. ex Plat. Legg. XI. p. 919. D. XII. p. 946. B. Strabon. XIV. p. 943. Scholiast. Apollon. Argon. I. 584. pluribus testimoniis confirmavit Meursius Cret. p. 88. et postea Carol. Hoeck. in docto opere: Kreta. Ein Versuch zur Aufhellung der Geschichte, Religion u. Verfassung dieser Insel. Vol. II. p. 409. sqq.

Iam vero scena dialogi in Cretam insulam translata de Socrate quid faciendum fuerit, adeo est apertum, ut res vix admonitione indigeat. Fieri enim nullo modo potuit, ut ille loquens induceretur in terra versans remotiore, quippe quem in vulgus notum esset vix unquam fines Atticae esse egressum. v. Plat. Criton. p. 52. E. sqq. Huc accedit, quod persona eius videri debuit etiam propterea ab his sermonibus esse alienior, quod de iis rebus agitur, quarum disputatio ab eius ingenio et moribus fere abhorruerit. Itaque Plato, amandata Socratis sui persona, hospitem quendam Atheniensem, forte in Creta commorantem, cum Crete Clinia, cui secundum Libr. VI. p. 951. a civibus suis cura coloniae in Magnetum regionem deducendae commissa erat, et cum Megillo Lacedaemonio loquentem induxit. Quod quam scite et eleganter fecerit, qui universi operis rationes diligenter secum perpenderit, facile ultro fatebuntur. Etenim significatur ita statim ab initio operis ipso colloquentium delectu, eam fore civitatis de novo condendae virtutem ac praestantiam,

ut ex elementis vel Doricis vel Atticis sit composita. Quippe id ipsum iam antea intelleximus Platoni in his libris scribendis inter alia fuisse propositum, ut luculento aliquo exemplo doceret, facto demum sapienti ingeniorum pariter atque legum et institutorum inter Graecas gentes vigentium temperamento videri effici posse, ut olim perfecta aliqua civitas, quae ad virtutis quam maximae laudem accederet, revera constitueretur, iuncta cum morum Doricorum gravitate legum et institutorum Atticorum humanitate et sapientia. Iam vero Plato Atheniensem illum, quem disserentem fecit, quod non certo aliquo nomine insignivit aut moribus ornavit propriis quibusdam ac peculiaribus, quibus certius dignosceretur, in eo profecto minime fuit haerendum. Nisi forte etiam in eo offendas, quod in Politico et Sophista hospes ille Eleaticus, qui primarias ibi habet disputandi partes, aut Timaeus, Parmenides et Philebus, qui in cognominibus dialogis oratoris primarii munere funguntur, omissa accuratiore morum et ingeniorum ipsis propriorum notatione loquentes introducuntur. Enimvero ad rem praesentem certe satis fuit nominari Atheniensem, ut critici etiam temere curiosius anquisiverint, quisnam ille intelligendus sit. Quamquam non inepte Scholiasta ad Legg. I. in. ex Libr. V. p. 739. B. collegit ipsum Platonem sub eius persona latere. Scilicet voluit Plato Atheniensem suae ipsius sententiae esse interpretem, ut recte iudicavit Cicero Legg. I. 5. Errore autem Aristotel. Polit. II. 4. p. 77. = II. 4. c. 3. §. 1. ed. Schneider. et plerique posteriorum scriptorum in locum Atheniensis istius sufficiunt Socratem, quippe huius nomine fere semper principalem personam insignientes, quae in Platonis dialogis loquens inducitur. Sed haec quidem satis sunt de principali persona dialogi.

Quemadmodum vero Atheniensis ille quisnam sit, in incerto reliquitur, ita etiam Clinias et Megillus videntur fictae esse personae. Quod nos quidem censemus iniuria moleste ferri. Nam sicuti in aliis Platonis scriptis propter argumenti, quod in iis tractatur, naturam, ita fieri solet, ut noti homines producantur in medium, qui vel factis vel dictis vel studiis et consiliis suis aliquam adepti sunt famae laudisque

celebritatem, ita in Legum opere disputationi merito visum est longe aptissimum, certae alicuius reipublicae cives ut oratores producere, qui de patriae suae legibus et institutis cum Atheniensi colloquerentur. Quia videtur ipsa res, de qua agitur, diligentiorum notorum hominum designationem prope modum prohibuisse, praesertim quum nec inter Lacedaemonios nec inter Cretenses clari nominis viri extiterint, qui oratorum partibus recte commodeque fungerentur. Itaque prudentissime Clinias et Megillus omnino, alter ut Lacedaemonius, alter ut Cretensis, sermonis participes nominantur.

Sed quamquam personae dialogi omnes ignotorum ac fictorum hominum sunt, tamen nostro quidem iudicio multum a recto aberraverit, si quis eos existimet nulla ex parte certius describi aut accuratius designari. Hoc enim, quantum quidem per ipsam rei rationem fieri potuit, utique satis eleganter factum est. Nam primum quidem omnes, et Atheniensis ille, et Megillus et Clinias, identidem senes vocantur et senili more disputantes inducuntur, veluti Libr. I. p. 625. B. 634. D. 635. A. E. II. p. 657. D. III. p. 685. A. IV. p. 715. D. VI. p. 752. A. 769. A. 770. A. VII. p. 799. D. X. p. 892. D. XII. p. 957. A. Quod quam scite eleganterque sit institutum, res ipsa loquitur. Nam primum quidem ad constituendam atque legibus ornandam talem civitatem, qualis est haec Platonis, necessario requiritur diuturnior rerum usus atque prudentia civilis longioris vitae observatione collecta, qualis profecto in unam maxime aetatem proveciore cadit. Id quod philosophus ipse quum alibi tum Libr. IV. p. 715. E. et Libr. XII. extr. non obscure significat. Nimirum antiquitas nondum credidit, quod nostri scilicet sapientes iam decantant, senectutem ideo mente et ingenio minus valere, quia cerebro laboraret iamiam exsiccatum atque arefactum; sed eam prudentia et rerum usu ceteris mortalibus longissime antecellere voluit. Praeterea etiam in vulgus notum est apud Spartanos quidem certe iunioribus publice fuisse interdictum, ne de rebus ad rempublicam pertinentibus disputarent aut instituta publica ullo modo reprehenderent; id quod verbis disertis Libr. I. p. 635. A. admonemur. Quocirca satis apertum est philo-

sophum etiam hac caussa motum senes induxisse de rebus civilibus sermocinantes. Nec vero negligendum est, Platonem ipsum, quo tempore hoc opus litteris consignavit, iam ad grandem pervenisse aetatem. Fecit igitur senex senes colloquentes, ut quasi proprii vim ingenii animique exprimere et repraesentare voluisse videatur.

Iam vero haec ipsa res dici non potest quantum etiam ad omnis sermonis colorem et quasi habitum iudicandum referat. Effinxit enim philosophus hanc ipsam ob causam sermonis senilis quasi speciem quandam et imaginem, ideoque colloquentibus tribuit disputationem eam, quae, etsi videatur *προσβυτῶν ἑμφορῶν τις παιδία*, sicuti est Libr. VI. p. 769. A. coll. III. p. 671. E. neque careat venustate atque suavitate sua, tamen item praese fert singularem quandam severitatem, a iuvenilis aetatis hilaritate utique alieniorem, utpote nescio quid habentem insolentioris gravitatis, quaeque subinde lentius incedit prolixioris sermonis, qualem senes amant, ambagibus retardata. Nimirum insignis est omnis oratio sane iis virtutibus, quae artis ratione talibus sermonibus possint conciliari. Quod qui reprehendere sustinuerunt, ii neutiquam videntur satis reputavisse, quid auctor ea in re sequutus sit et quanta cum arte eam tractaverit. Enimvero ille finxit sermonem non modo eum, qui senum ingenii et moribus videretur convenientissimus, quippe quibus deesset grata illa atque suavis robustioris aetatis facilitas (Libr. II. p. 637. D. *ἐπειδὴ τὸ παρ' ἡμῶν ἄλαργόν ἐκλείπει νῦν*); verum etiam hoc est consequutus, quod universi consilii sui rationibus respondebat vel maxime, ut omnia posset explicare simplicius et ad communem hominum intelligentiam accommodatius, quandoquidem senilis iste sermo ferebat etiam maiorem quandam copiam tum verborum tum sententiarum, quam quae alias admitti posset. Quocirca Plato omni ex parte prudentissime instituisse videtur, quod senes finguntur esse, qui familiares sermones conferunt.

Sed quum istud quidem colloquentibus omnibus commune sit, tum etiam singulis sua atque propria attribuuntur, ex quibus morum et ingeniorum varietas quaedam oritur. Depingitur enim uniuscuiusque

indoles atque natura, quantum ad disputationis institutae rationes satis fuit. Nam Lacedaemonius quidem Megillus plane refert mores patrios. Est enim patriae suae amantissimus. Quamobrem, quantum fieri potest, patrias leges, patrios mores, patria instituta ubique laudat, defendit ac tuetur; v. Libr. I. p. 636 sqq. Est item studiosus argutae nervosaeque brevilloquentiae (v. Libr. I. p. 641.) adeoque utitur etiam subinde formulis loquendi atque dictionibus Laonicis, ut I. p. 626. C. 642. C. v. Boeckh. l. c. p. 70. Praeterea excellit maiore quadam rerum patriarum peritia, ut omnino neutiquam incuriosus esse videatur rerum civilium. Quapropter ipsi merito partes dicendi primariae attribuuntur, sicubi de rebus Lacedaemoniorum explicandum est. Accedit huc, quod, quum sit rerum patriarum studiosissimus, tamen item aliarum civitatum bona aequi bonique aestimat. Imprimis vero de Atheniensibus sentit honorificentissime, quorum virtutem plane divinam proficitur iam inde a prima pueritia sese admiratum esse, quandoquidem maiores sui cum Atheniensibus hospitalitatis vinculo coniuncti fuerint. v. Libr. I. p. 642. B. sq. Atque ex hoc postremo imprimis etiam clarum fit ac perspicuum, cur tam lubenter cum Atheniensi de rebus ad rempublicam pertinentibus sermocinetur. Itaque huius quidem mores apparet satis venuste expressos esse, ut ad dialogi artem vix quidquam desideres.

Ac similiter etiam Cliniae Cretensis depingitur indoles et ingenium. Est enim ille in reipublicae administratione magna cum laude versatus et rerum civilium perquam studiosus. Quamobrem a civibus suis id negotii mandatum accepit, ut coloniam in Magnetum terram deducat eiusque coloniae civitatem constituat. Imprimis tamen rerum patriarum gnarus est, unde Libr. I. p. 626. B. appellatur *καλὸς γεννασμένος πρὸς τὸ διδέναι τὰ Κορηῶν νόμια*. Nec tamen his unis ita favet, ut aliena negligat. Imo quo maius est munus ipsi a civibus suis mandatum, tanto maiore studio ab Atheniensi hospite audire avet, quid ille de civitatis quam praestantissimae condendae ratione sentiat. Quamobrem adeo non fatigatur huius sermonibus, ut vel finitis illis extremo libro duodecimo eum enixe roget, velit sibi

in coloniae condendae negotio consiliis suis usque adesse. Quippe audit Clinias quoque Atheniensem tanto lubentius de rebus civilibus verba facientem, quod nec ipsi ignota est Atheniensium virtus ac sapientia. Nam ex quo tempore inter Cretenses et Athenienses per Epimenidem arctior quaedam extiterit necessitudo et coniunctio, factum esse proficitur, ut Athenienses in dies magis diligere et admirari didicerit. v. Libr. I. p. 642. D. Haec igitur de Cliniae ingenio et moribus exponuntur. Quae quis est quin fateatur ipsa quoque aptissima esse ad universae disputationis rationes?

Verum ad haec accedit etiam aliquid utriusque, tam Cliniae quam Megillo, commune, quod diligentissime animadvertendum est, siquidem futurum sit, ut sermonis elegantiam recte percipiamus neque illud ipsum pro vitioso habeamus, quod sollertissime a scriptore inventum est et excogitatum. Nam ambo isti Dorienses quum rerum publicarum bene gnari sint, tamen disserendi facultate fere carent, utpote more popularium suorum magis in arte gymnastica et vitae actione quam in doctrinis liberalioribus imprimisque philosophiae studiis exercitati. v. Libr. II. p. 673. VI. p. 769. coll. Libr. I. p. 639. D. E. 644. D. III. p. 680. C. VI. 769. B. VII. p. 805. B. 818. E. X. p. 886. B. 893. A. XII. p. 962. C. 965. C. Quocirca illi propemodum nihil aliud in medium afferunt quam quod refertur ad rem publicam et civitatis suae instituta; de ceteris fere taciti audiunt quae Atheniensis longiore saepe et copiosiore sermone explicat. Hac ipsa autem re quod necessario efficitur, ut sermo minus habeat gratae iucundaeque varietatis, id magnopere cavendum est ne temere pro inertiae argumento habeamus. Nam re diligentius considerata istud ipsum quoque facile apparebit esse eiusmodi, ut universo sermone longe sit accommodatissimum. Quum enim in his libris fere exponatur de iis rebus, quae non tam disserendi subtilitatem, quam explicandi et enarrandi facultatem et sollertiam requirunt, sapienter profecto Plato colloquentium personas finxit eas, quae huic rationi optime inservirent ac vel moribus et ingeniis suis eam sustentarent.

Sed satis haec de Clinia et Megillo. Monet res ipsa, ut paulisper revertamur ad Atheniensem, quem iam supra intelleximus prudentissimo consilio in his libris loquentem induci. Et is quidem sustinet in his sermonibus, sicuti par est, partes primarias. Est enim in dialecticis pariter atque in rebus politicis omnium optime versatus. Quamobrem ei hoc muneri datum est, ut unus fere omnem et novae civitatis condendae et legum sapienter ferendarum rationem illustret, atque adeo ipsius legumlatoris personam sustineat. Ex qua una re maxime iudicanda sunt, quae ei tanquam priva et peculiaris adscribuntur. Nam primum quidem pro more Atheniensium est *πολύλογος τε καὶ φιλόλογος*, sicuti ipse non sine faceto lepore fatetur Libr. I. p. 641. D. E. significans videlicet, sese promptum paratumque fore ad explicanda ea omnia, in quae forte sermo inciderit. Deinde perquam humaniter praestat quod familiaribus pollicitus est, quandoquidem indefesso studio illis impertit, quidquid de re in quaestionem vocata ipse noverit. Qua de caussa subinde etiam admonere non dubitat, familiares talium rerum notitia non videri esse imbutos: cuius rei exempla sunt Libr. I. p. 634. A—D. 638. E. sq. 640. A. 641. E. III. p. 688. B. sqq. 694. C. 696. D. 711. A. IV. p. 705. D. sqq. VI. p. 780. D. X. p. 886. B. 892. D. sqq. 897. D. 898. C. Nimirum id ille non inficere aut inurbane ita facere existimandus est, sicuti visum est Zellero Stud. Plat. p. 55. sq. et p. 69. Abest enim longissime ab importuna ista rusticitate, qua ipse magister familiarium videri cupiat aut iis nolentibus suam sapientiam moleste obtrudere. Imo agit potius ea in re liberaliter atque morigeratur illorum voluntati utpote vehementer optantium, ut ab ipso de rebus longe gravissimis et auditu suavissimis quam premissime edoceantur. Quin etiam quod interdum memorat amicorum imperitiam, id non gloriandi caussa facit, sed ut urbane et humaniter excuset, si quid praeter necessitatem explicaturus videatur. Neque cum Zellero l. c. p. 69. sq. ad vanam iactantiam retulerim, quod interdum sibi ipse tribuit diligentiorum rerum notitiam et usum, ut Libr. I. p. 636. B. 637. D. sq. 642. D. II. p. 656. D. 659. D. p. 674. A. III. p. 677. D. E. V. p. 747. C. VI. p.

776. C. sq. 777. C. VII. p. 804. E. XII. p. 953. E. et Libr. III. passim; aut quod hic et illic suae disputationis rationem illustrat et commendat, ut Libr. I. p. 638. B. sqq. III. p. 701. C. V. p. 744. B. VI. p. 751. B. VIII. p. 739. D. seduloque cavet, ne quid ridicule aut parum accurate dictum videatur (VI. p. 778. E. VII. p. 789. B. E. 790. A. 792. E. 800. B. VIII. p. 830. D. X. p. 892. D. et de dictionis accuratae cura Libr. I. p. 626. D. 627. C. II. p. 655. A. V. p. 728. C. 744. C. 745. E. VI. p. 755. C. VII. 808. A. X. p. 886. A.) aut denique easdem sententias vel eadem dicta repetit frequentius, veluti quum eade profert de voc. *νόμος* L. III. p. 700. B. C. IV. p. 2. D. VII. p. 799. E. ac de discrimine *τοῦ λόγου* et *τοῦ νόμου* Libr. VII. p. 788. A—C. et 793. B. VIII. p. 835. E. et iudicatum L. VI. p. 767. A. tum 768. C. monet esse inter magistratus numerandos adeoque bis per iocum pronunciat disciplinae et institutionis praefectum ipsum quoque disciplina et institutione vel maxime indigere, Libr. VII. p. 809. A. et 810. A. Enimvero sunt haec omnia a superbia et vana iactantia utique libera, neque aliam habent causam et rationem, quam quod Atheniensis fere unus omnem rerum vim atque copiam cum Megillo et Clinia communicasse narratur; in quo profecto non est cur magnopere offendamus. Ceterum ita informata eius persona est, ut omnino ipsum intuentes sapientis alicuius senis Atheniensis imaginem cernere videamur. Verum hoc quidem et alia similia, quae de eo animadverti possint, satius erit silentio transmisisse, ne vel ea addidisse videamur, quae ab ipso Platone non diserte indicata sunt.

Iam vero ista omnia, quae hactenus de colloquentium personis sunt exposita, si cum veritate consentiant, certe etiam sponte intellectum iri putamus, quid de hac parte ornatus scenici existimandum sit. Etenim tantum abest, ut in ea absurdi quid aut inficeti reperiat, ut omnia egregia cum arte adumbrata sint. Nam quod oratorum mores et ingenia non depinguntur accuratius, id certe nec in fictis personis satis aptum fuit nec ad rem ipsam ullo modo necessarium. Etenim quamnam tandem ea res utilitatem fuisset habitura? Itaque argutum quidem est nec tamen ulla ex parte verum, quod Zel-

Ierus l. c. p. 57. scripsit, auctorem operis tentasse quidem morum picturam accuratiorem, sed tentasse eam irrito conatu. Nempe pari iure idem prorsus de Philebo, Cratylo, Sophista, Politico, aliis Platonis scriptis, dixeris, in quibus talis picturae lineamenta quidem aliqua exhibentur, plena autem eiusdem elaboratio et perfectio omnino desideratur.

Verum satis de personis dialogi. Pergimus ad alia, quae pertinent ad opportunitatem eius habendi atque tempus, quo peroratus fingitur. Et illa quidem perquam apta informantur. Dicuntur enim tres illi senes, de quibus explicavimus, pedestri itinere a Gnoso urbe ad antrum templumque Iovis commeasse et crebro inter viam consistentes, interdum etiam in amoenis locis requiescentes, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus hos miscuisse sermones, in quos ideo potissimum inciderint, quia Clinias Cretensis in terram Magnetum iussu popularium suorum novam coloniam deducere voluerit; v. Libr. I. in. et III. p. 702. B. sqq. De quibus omnibus vix est cur aliquid admoneamus. Quis enim est quin vel non monitus intelligat, praeclare esse inventum, quod hospites communiter proficiscuntur ad antrum templumque eius dei, qui veteri fama ferebatur legum Creticarum auctor esse? Quod autem illi narrantur inter viam interdum constitisse et identidem in locis amoenioribus requievisse, pertinet id sine dubio ad sermonum amplitudinem, quorum enarratio postulavit sane tempus longius ac diuturnius. Quamquam num illi uno die an pluribus perorati sint, nusquam clare indicatur. Illud unum liquido perscriptum extat, colloquium habitum esse paucis diebus ante solstitium aestivum, de quo v. Libr. III. p. 683. C., et sermonem usque ad Libr. IV. p. 722. C. expositum inde a matutino tempore usque ad meridiem fere eiusdem diei pertinuisse, siquidem ibi Atheniensis: *σχεδόν γάρ, inquit, ἐξ ὅσον περὶ τῶν νόμων ἠγομεθα λέγειν, ἐξ ἑωθινοῦ μεσημβρία τε γέγονε καὶ ἐν ταύτῃ παγκάλῃ ἀναπαύῃ τινὶ γεγονάμεν οὐδὲν ἄλλ' ἢ περὶ νόμων διαλεγόμενοι.* Nec tamen praeter verisimilitudinem Cicero Legg. II. c. 27. video enim, inquit, Platonem idem fecisse, omnemque orationem eius de legibus peroratam esse uno aestivo die. Quippe id

ipsum Plato iis, quos indicavimus, locis haud ita obscure prodidit, quandoquidem altero significavit tempus, quo maxima solet esse longitudo dierum, altero sermonem usque ad libri quarti exitum profligatum esse ostendit circiter usque ad meridiem; nam illud *σχεδόν* ibi procul dubio connectendum est cum *μεσημβρία γέγονε.*

Cap. XVI. Segment. III.

De dialogi initio, progressu et exitu.

Et hactenus quidem de ornatu dialogi scenico, quem qui acrius reprehenderunt, ii profecto cupide magis quam vere iudicavisse existimandi sunt. Progreddimur ad sermonis expositionem, initium, progressum, exitum, in quibus cernitur dramatis quasi philosophi perfectio et absolutio. Consideranda enim haec quoque sunt diligentius, quandoquidem Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 387. sq. et Zellerus l. c. p. 57. sqq. plurima in iis graviore censura notaverunt.

Distinguendus autem in harum rerum diiudicatione diligentissime est universi sermonis progressus et exitus a singularum partium tractatione. Apparet enim illum satis rectum et laudabilem esse posse, etiamsi singula minus sollerter sint elaborata, ac vicissim singulas sermonis partes scite et eleganter esse posse tractatas, quum totus sermo laboret inertia. Itaque de utroque seorsum dicemus.

Et de universi quidem sermonis ratione licebit nobis esse brevioribus. Etenim ex iis, quae antea de dialectica argumenti tractatione disputavimus, iam perspicuum fore putamus, universi colloquii tanquam actionem omnino esse talem, quae artis legibus bene conveniat. Nam quorsum statim ab initio dirigitur omnis disputationis cursus, eo non est dubium, quin in ipso operis exitu ita perventum sit, ut totum argumentum denique plene explicatum esse appareat, quandoquidem nihil amplius superest, quod pro con-

silio scriptoris explicari et illustrari adhuc debuerit. Initium autem dialogi itemque progressio atque exitus, etsi multa sunt artificiose interposita, quae per longiores ambages ducere videantur, tamen rectissime sese habent, suntque ita comparata, ut etiam singularis cuiusdam sollertiae laudem mereantur. Quamquam hoc ut recte perspiciatur, teneatur necesse est singularis illa Platonis ars, qua in maxima rerum varietate atque copia sermonis cursum ita moderatus est, ut omnia denique in unum tanquam corpus coniuncta videantur. Verum de hac re quoniam satis dictum est antea in artis dialecticae examine, hic certe non est, cur denuo exponamus. Properamus igitur ad alterum, quod dicebamus hoc loco in disceptationem vocandum esse.

Fieri enim potest, ut in singulis crimen inertiae et negligentiae haereat, etiamsi totum disputationis iter sine offensione procedat. Atque hoc re vera ita se habere, non videtur recte negari posse. Laborat enim dialogus hic et illic iis difficultatibus, ut neutiquam videatur ad elegantiae laudem usque esse perpolitus. Cuius sententiae si qua argumenta requirerentur, vel ea opinor sufficient, quae supra de dialectica rerum tractatione exposuimus. Nam quae nomine subtilitatis dialecticae tanquam manca et vitiosa notata sunt, eadem certe manifestum est etiam ad impediendam aut tollendam dialogi facilitatem, perspicuitatem et elegantiam valere. Sunt tamen etiam non pauca de hoc genere nuper a criticis iniuria reprehensa. Quorsum magnam partem eorum referimus, quae protulit Zellerus Stud. Platon. p. 57. sqq. Veluti quod ille p. 59. contendit p. 632. E. sqq. fortitudinis et temperantiae rationes temere confusas esse, id nostro quidem iudicio a veritate abhorret. Nec Libr. I. p. 655. A. inepte interposita videntur, quae de coloribus in arte musica usurpatis admonita sunt, sicuti viro doctissimo visum est. Sed singulis istis, quae certe melius in Commentariis attingentur, hoc loco transmissis, ea potius, quae sunt generaliora et communia, exploravisse iuvabit. Reprehendit igitur Zellerus p. 58. totum sermonis exordium, propterea quod scenico dialogi ornatu nondum satis descripto protenus de rebus civilibus suscipiatur disputatio. Nimirum optat ille, sicut videtur,

ut initio sermonis protenus omnis exhibeatur personarum descriptio, temporis notatio, locorum pictura, et quae sunt id genus alia, iisque expositis demum ad dialecticam rerum disceptationem transeat. At nos quidem nihil in istis videmus, quod aut per se habeat reprehensionem, aut a Platonis more et consuetudine abhorreat. Nam quod statim ab initio tanquam in medias res, de quibus disputandum est, perducimur ac tantum non rapimur, simillima certe ratio est exordii Menonis, Cratylis, Sophistae, Philebi, in quibus libris omnibus continuo tanquam imparati iubemur disputationi interesse, de personis dialogi eiusque opportunitatibus nihil dum edocti. Nec vero in Legibus videmus quid ea res afferat molestiae, quandoquidem protenus quinam loquantur et ubi locorum sermo instituitur, vel ipsis loquentium personarum locorum atque temporum descriptio postea demum data rei opportunitate exhibetur, id nec per se ineptum esse patet, nec Platonis rationi ullo modo adversarium aut contrarium. Nam qui Philebum, Cratylum, Euthyphronem, Menonem, alios libros, attente legerint, ii in his quoque libris concedent ex variis locis veluti colligenda esse singula, quae ad morum designationem atque alias scenici ornatus partes referuntur. Sed praeter exordium sermonis sunt etiam alia quaedam, quae generatim sunt vituperata, quum tamen nostra sententia paratam habeant facilem vel excusationem vel defensionem. Nam dialogum dicitant graviter laborare molesta difficultate atque tarditate; subinde asperum esse et hiulem; non raro premi obscuritate; et quae sunt id genus alia. Nimirum primum quidem de talibus rebus omnino difficile est iudicium, quoniam eae magnam partem solo elegantiae sensu continentur. Deinde magnopere veremur, ne multa, quae huc relata sunt, propterea sint in dubitationem adducta, quod omnino universi dialogi ratio non usquequaque pervestigata atque explorata fuit. Quod quo iure ita statuamus, post ea, quae de hac re iam supra sunt exposita, non opus esse putamus ut hoc loco peculiari opera disputemus, praesertim quum etiam mox res denuo attingenda sit. Tum hic quoque iuvabit meminisse, vitia eiusmodi, si quae extant,

videri partim exinde orta esse, quod opus ab ipso auctore non est plane ad exitum profligatum accurateque perpolitum. Denique etiam oratio Platonis multis magnisque criticorum atque scribarum erroribus contaminata est, qui quidem errores partim etiam eo valuerunt, ut dialogi venustas et elegantia vel depravaretur vel obscuraretur, id quod in Commentariis criticis et exegeticis non uno loco demonstravimus. Atque haec si vere disputavimus, ne ista quidem eam vim habere apparet, ut universi operis fidem et auctoritatem convellant aut labefactent.

Cap. XVI. Segment. IV.

De dialogi universi proprietatibus quibusdam.

Sed mittamus haec atque transgrediamur ad considerandas quasdam universi sermonis proprietates, in quibus quasi singularis quidam color ipsius cernitur. Ac primum quidem Zellerus Stud. Platon. p. 68. sq. et Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 388., sicuti iam antea significavimus, graviter sermonis incessum notarunt, qui veluti pompae habeat tarditatem planeque careat admirabili illa facilitatis gratia, qua alii Platonis sermones insignes sint. At enim vero istud quidem neutiquam simpliciter pro vitio ducendum esse, vel ex iis apparere arbitramur, quae antea de ornatu scenico dialogi sunt exposita. Senes enim decebat etiam sermo sedatior atque moderatior. Praeterea nec argumentum ferebat maiorem interrogandi respondendique varietatem, praesertim quum illud fere ad communem intelligentiam accommodate ac populari ratione explicatum sit. Nec vero ista dialogi tarditas, si qua est, ab aliis Platonis libris omnino abesse videtur. Animadvertitur saltem simile quiddam etiam in Politico, Philebo, Timaeo, quorum librorum omnium ut quisque versatur in argumento difficiliore et ad disserendi varietatem minus apto et idoneo, ita etiam dif-

ficiliorem habet sermonis progressum atque minus crebram interrogandi et respondendi vicissitudinem. Itaque nos quidem in ea re nihil inesse putamus, quod a Platonis arte et ratione abhorreat. Accedit, quod nec absurdi quid aut inepti cum ea coniunctum est, quod scribentis arguat aliquam incogitantiam aut inertiam. Quod certe longe aliter se habet in iis dialogis, quos Platoni vel errore vel mala fraude suppositos esse exploratum habetur. Enimvero comparere mihi quaeso cum Legibus vel parvos istos dialogos, qui communi criticorum sententia Platonis nomen mentiuntur, Theagem, Hipparchum, Rivales, Minoem, alios, et facile animadvertes, quid distent aera lupinis. Quippe in Legibus etsi simplicitas sermonis ea est, quae urbanitatis et elegantiae venustatem non magno opere consecetur, quaeque per omnia senile quiddam referat, tamen nihil usquam reperias talium ineptiarum, quales in illis libris reperiuntur innumerabiles. Sed aliud quid est, quod Zellerus l. c. p. 71 sqq. et Astius p. 388. tanquam proprium sermoni in Legibus habito notaverunt. Regnare enim per eum animadverterunt gravitatis quandam affectationem, quae abeat saepe etiam in insolentiorum austeritatem ac tristitiam, a dialogorum Platoniorum festivitate et hilaritate prorsus alienam. Nec vero negari ullo modo potest, verissime id a viris egregiis animadversum esse. Sed quod inde collegerunt, eam rationem ab arte et ratione Platonis esse alieniorem, de eo habere videmur cur iure quodam nostro nostrum iudicium ab ipsorum sententia seiungamus. Quippe rem gravem sane ac severam in hoc opere egit Plato, dum verae civitati leges scripsit. Certe ea res multum diversa fuit ab illo negotio, quod in exquirenda optima civitatis specie et imagine suscepit atque gessit. Nam hic quidem omnem leporis et urbanitatis vim atque copiam poterat explicare, quum et ipsa quaestio esset suavissima et nulla duccenda eorum hominum ratio, quibus scriberetur. Alia autem fuit Legum ratio. In his enim philosophus legumlatoris personam sustinere coactus fuit, cum qua festiva illa hilarisque disputandi ratio minus conveniebat. Itaque in Legibus gravitatem atque severitatem orationis eam adscivit, quae decere videretur vel maxime eum, qui veram civitatem con-

dere et legibus ornare conaretur; idque profecto tanto rectius fecisse videtur, quod ipse quoque universi operis consilium et rationem ad ipsam aequalium suorum vitam et conditionem civilem retulit. Atque hanc ipsam ob causam antea vidimus ab eo etiam senes loquentes inductos esse. Hoc autem quum ita facere animum induxisset, num putabimus fieri ullo modo potuisse, ut eos fingeret lepide iocantes, festive ludentes, hilariter altercantes, denique rei severae atque gravis, de qua disputarent, immemores aut incuriosos? Nimirum istos quidem decebat potius gravis ac severa disputatio, qualis fere est quae iis revera tribuitur. Quamquam Plato eam nec lepore et urbanitate omnino vacare voluit. Elucet enim saepenumero in senum sermonibus senilis quidam lepor ac festivitas, quandoquidem interdum suaviter iocantur et facetis utuntur verborum lusibus acutisque dieteriis, qualia quidem in senes conveniunt. Quin etiam tota ista, quam agitant, quaestio non inficete ab ipsis suavis et incundus lusus nominatur, veluti Libr. I. p. 636. C. III. p. 685. A. ubi dicitur *παιδιά προεβυτικὴ σώφρων*, et Libr. VI. p. 769. A. quo loco vocatur *προεβυτικῶν ἔμφρων παιδία*, coll. III. p. 688. B. 690. D. X. p. 885. C. Nimirum res adeo gravis ac severa, qualis haec est, de qua disquiritur, ipsis verum affert limpidumque gaudium ac sincerissimam voluptatem, ut adeo eius tractatio pro lusu habenda videatur. Quod aliter accipiens Zellerus l. c. p. 73. nescio quid affectati in hac ratione inesse criminatur. Ceterum etiam valde erraverit, si quis existimet, nusquam alibi apud Platonem ita fieri, ut oratio similem severitatem, gravitatem et austeritatem prae se ferat. Nam reperitur hic tanquam color disputationis profecto etiam in aliis libris, sicubi res ac sententiae eum ferre aut postulare videantur. Quam in rem satis erit testes memorasse Philebum, Parmenidem, Alcibiadem primum, Timaeum. Verum satis haec sunt de sermonum gravitate atque austeritate, quam critici moleste tulerunt.

Coniunctum vero cum his illud est, quod nuperi critici animadverterunt, etiam sensum quandam insolitae pietatis religiosae per hos sermones diffusum esse, qualem in aliis Platonis scriptis vix reperias. De

qua re disputat Zellerus Stud. Plat. p. 72. sq. Enimvero inducuntur sane in Legibus senes ita colloquentes; ut non modo de pietate et religione gravissime disputent, verum etiam in ipso sermone rerum divinarum verecundiam verbis factisque identidem prodant ac testificentur. Nam crebro memorant vim numenque deorum, veluti Libr. III. p. 682. E. V. p. 722. C. al., crebro item felicem ac prosperum disputationis suae successum ex numinis divini favore et auxilio suspensum fore fatentur, unde toties usurpant suum istud, *ἐὰν θεὸς ἐθέλη*, ut Libr. I. p. 632. E. III. p. 688. E. V. p. 739. E. VI. p. 752. A. VII. p. 799. E. VIII. p. 841. E. crebro denique aliis modis suam erga deos et res divinas reverentiam declarant. Verum enim vero hoc quum facile largiamur Legum operi tanquam privum esse ac peculiare, quamquam nec in aliis libris desunt similia, ut quum in rerum gravium ac difficilium disputatione deorum imploratur auxilium Phileb. p. 25. B. p. 61. B. Tim. p. 27. C., tamen quo iure ista pietatis testificatio dicatur inepta et a Platonis ingenio et ratione aliena, haudquaquam intelligimus. Est enim illa nostro quidem iudicio Legum argumento et proposito longe convenientissima. Nam si verum est, quod supra demonstrare conati sumus, Platoni ita fuisse persuasum, ut in ea civitate, quae revera possit in ipsam hominum vitam introduci, potentissimum virtutis praesidium et adiumentum in pietatis ac religionis disciplina positum iudicaverit; profecto etiam consentaneum fuit, ut eosdem illos, quos introduxisset cives suos ad pietatem instituentes atque cohortantes, ipsos quoque pios et religiosos fingeret. Hoc ipsum autem quis est quin fateatur convenire imprimis in senes istos, qui inter ipsos de optimis legibus graviter copioseque colloquuntur? Enimvero similem certe Plato finxit etiam Cephalum illum senem De Rep. I. p. 328 — 331., qui quum aliis virtutibus amabilis est, tum placet imprimis etiam pia illa grataque deorum veneratione, quam modo sacrificiis iis oblati palam fecit. Habes igitur, si quod desideres, apud ipsum Platonem etiam alterum pii ac religiosi senis exemplum. Quamquam in tali quidem causa exemplis nihil opus est. Sufficit enim intellexisse, omnia sollerter et primario operis con-

silio convenienter instituta esse atque adornata. Quod quidem si etiam in hac sermonis parte revera ita factum esse censemus, nihil videmur affirmare atque contendere, quod ab ipsa veritate alienum sit.

Atque haec quidem de dialogi arte et ratione. In qua etsi quaedam sunt singularia aut minus artificiosa ac polita, tamen item reperiuntur plurima, quae sollertiae et elegantiae Platonicae manifestum faciant indicium. Id quod speramus ab omnibus concessum iri tanto lubentius, quanto quisque diligentius indolem rationemque universi operis examinauerit.

His vero utcumque disputatis tempus est aliquando transire ad considerandum genus dicendi Legibus proprium, quo clarius appareat, quid hoc quoque nomine de operis amplissimi rationibus existimari oporteat.

Cap. XVII.

Agitur de dicendi genere et orationis forma Legibus peculiari, et primum quidem generatim.

Sunt autem tria imprimis capita, quae in harum rerum quaestione maxime spectanda videantur. Nam primum quidem universe describendum erit genus orationis, quod philosophus his in sermonibus pro argumenti et consilii universi operis rationibus diligendum iudicaverit. Deinde disputare debebimus de eloquentione verborum tam grammaticae quam rhetoricae artis habita ratione. Quibus locis peruestigatis postremo explicandum erit de singularibus, si quae reperiantur, vel vitiis vel virtutibus, quibus oratio videatur insignis esse. Nam his omnibus demum accuratius consideratis fieri denique poterit, ut

de dotibus oratoriis operis certius statuatur, indeque de eius fide et auctoritate idoneum repetatur iudicium.

Itaque nunc id primum agamus, ut formam quasi atque imaginem orationis in Legibus usurpatae paucis adumbremus. Quod ut prospero operae successu fieri queat, ante omnia una maxime res tenenda erit, quae dici non potest quantum ad dicendi genus Legibus privum atque proprium recte aestimandum valeat. Etenim diligenter nos meminisse oportet, Platonem in iis esse antiquitatis scriptoribus, qui propter materiae scriptorum suorum discrepantiam, propter temporum, quae respexerunt, varietatem, denique etiam propter aetatis, qua scripserunt, diversitatem stilum suum adeo variaverunt, ut in aliis scriptis saepe plane alii videantur et propter illas causas adeo sint sui dissimiles, ut difficile videatur ipsos ubique pro iisdem agnoscere. Quod quidem in Platone longe profecto est evidentissimum, cuius libros nobis legentibus admirabilis plane apparet doctrinae et rationis, artis et compositionis, denique dictionis atque elocutionis diversitas. Idem enim in aliis dialogis est simplex et popularis, in aliis acutus et subtilis, in aliis elatus et copiosus, in aliis denique mixtum habet dicendi genus et varie temperatum, pro uti res in iis tractatae variae sunt atque multiplices. Nimirum causae rei primo ad aspectu perquam mirabilis, dummodo ne praeeudicatis opinionibus capti teneamur, ad iudicandum non adeo videbuntur difficiles. Nam primum quidem scripta philosophi propter aetatem, qua sunt composita, perquam diversa sunt, quandoquidem alia sunt adolescentis, alia maturae aetatis, alia senescentis, ut vel eo nomine maximum inter ipsa discrimen obtineat. Deinde sollertissimus dialogorum artifex etiam id est sequutus, ut orationem argumentorum varietati prudenter attemperaverit, quandoquidem facile sibi persuasit aliud dicendi genus proprium esse oportere subtilibus rerum abstrusarum disputationibus, aliud convenire explicationi eorum, quae ex communi vitae usu deprompta essent, aliud aptum esse popularibus sermonibus, aliud decere rerum magnarum atque gravium commentationem vel suasionem, alia aliis disputandi rationibus esse accommodata. Denique feruntur enim

inter libros Platonis quidam ab auctore inchoati tantum neque absoluti, ut non sint ultimam artificis limam experti neque usquequaque perpoliti, quos quidem mirandum certe non est item singularem quandam subinde ostendere orationis speciem atque formam. Haec igitur eos, qui de Platonis elocutione ac dicendi genere prudenter iudicium facere velint, sanequam tenere oportet, quandoquidem alioquin facillime evenire potest, ut quamvis omnia rimeris subtilissime, tamen de summa re denique in fraudem et errorem inducaris. Atque idem illud imprimis etiam in iudicanda oratione Legibus propria diligenter est observandum, cuius omnis indoles atque ratio ita demum plane perspicitur, si bene meminerimus, esse eam tum operis materiae et argumento tum scriptoris consiliis et aetati plane consentaneam. De qua quidem re breviter exposuisse iuvabit.

Et illud quidem omnino fatendum est, prima saltem specie nihil esse inter se dissimilius, quam librorum, qui sunt de Legibus, et ceterorum Platonis sermonum orationem, ut profecto minime mirandum sit, quod haec ipsa res magnis multisque de illorum ortu et auctoritate dubitationibus ansam praebuit. Nihilominus autem recte videmur statuere et asseverare, esse istam orationem plane Platoniam, atque ita comparatam, ut omnis eius indoles atque virtus ex universi operis argumento, consilio, aetate, fortuna denique declarari queat. De qua re non tam copiose disputare quam breviter admonere consultum duximus, quandoquidem rem ipsam putamus etiam sine diserta argumentorum expositione audientiam sibi esse facturam. Sunt autem haec potissimum, unde quid rei sit, intelligi atque iudicari posse arbitramur.

Etenim primum quidem omnis fere horum librorum disputatio in exquirendis tradendisque rebus civilibus atque legibus scribendis versatur, siquidem philosophus, depicta optima et in se absolutae civitatis imagine, descendit ad informandam eam rempublicam, quae esset quidem et ipsa optima, sed tamen ea conditione optima, ut non videretur a vitae veritate alienior. Quocirca hoc nomine ipsi omnino opus fuit eo sermone, qui legum lationi esset conveniens

ideoque multum diversus ab ea oratione, quae subtilibus de sapientiae disciplina disputationibus accommodata est. Refert igitur ille iuxta cum tenuitate atque subtilitate passim etiam gravitatem quandam atque dignitatem ex ipsarum rerum magnitudine tamquam ultro nascentem, ideoque nec spernit verba insolentiora, sonitu pleniora, antiquiora, denique grandiora et specie honestiora, qualia legum dignitatem deceant. Ex quo manifestum est vel hanc ob causam fieri non potuisse quin magna illius ab aliorum dialogorum consuetudine diversitas existeret. Iam vero leges atque instituta civilia in hoc opere etiam eo modo sanciantur, ut simul commendentur proemiis, hoc est, orationibus suasoriis, quibus eorum caussae, utilitates, effectus denique salutare disertissimis verbis declarantur, ita quidem, ut imprimis etiam virtutis tum civilis tum moralis et religiosae ratio ducatur. Quod certe fieri non potuit aliter, nisi ea ratione, ut subinde etiam stilus grandior adhiberetur, qui referret quiddam celsius, sanctius, magnificentius, quandoquidem id rei ipsius dignitati atque maiestati videri debuit consentaneum esse. Itaque talibus in locis saepenumero cum amabili rerum ac sententiarum simplicitate atque sermone plane populari sollertissime iuncta est atque copulata singularis quaedam verborum sublimitas, granditas, maiestas, ut oratio, relicta vulgari loquendi consuetudine, aliquando exsurgat altius atque etiam maiorem quemdam assumat ornatum ac splendorem, adhibitis etiam artificiosis rhetoricis, quibus verborum ordo, periodorum structura, numerorum sonus, insolentiores efficiuntur, nec verbis et dictionibus poeticis contentis aut neglectis. Quae quidem omnia rursus talia sunt, unde facillime aliam causam intelligere liceat illius diversitatis, quae inter Legum et aliorum scriptorum Platoniorum dicendi genus intercedit. Sed ad haec etiam tertium quiddam accedit. Sunt enim ii, qui sermocinantes inducuntur, in Legibus tales, qui quum ipsi senes sint, tum etiam senili more ideoque prolixo et simul communi hominum captui accommodate de rebus civilibus colloquuntur. Nimirum popularem istam sermonis simplicitatem colloquentibus tributam philosophus sine dubio ei civitati convenientem esse iudicavit, quae non a sapientibus

philosophis, sed a civibus prudentibus et mediocriter eruditis gubernaretur, quippe quum ipsi legum sapientia velut extrinsecus sustentarentur. Senes autem quod loquentes induxit, prudentissime ista ratione significavit ad gravissimum civitatis sapienter constituendae et legum ferendarum negotium utique requiri prudentiam atque sapientiam longo rerum usu collectam, adeoque subobscurè prodidit, quod iam veteres suspicati sunt, semet ipsum senem amplissimum de Legibus opus condere instituisse. Hinc vero alia rursus orta est proprietates dictionis in eo usurpatae. Nam studium istud res non subtiliter et acute sed populariter et ad communes hominum sensus accommodate tractandi peperit sane insolentiorum quandam orationis simplicitatem a philosophi ratione alibi expressa non quidem plane abhorrentem, sed tamen alieniorem. Senilium autem sermonum imitatio orationi subinde attulit nescio quid languoris et quasi lassitudinis vel etiam prolixitatis, ut denique totum opus paene senile quiddam referat. Ex quo evenit, ut quamvis universae orationis color sanus sit, tamen enuntiatorum structura atque compositio licentior videatur atque gratam quandam vel subinde etiam ingratam negligentiam referat studiosius quaesitam. Nimirum hoc quidem unde originem traxerit et quibus causis niti dicendum sit, id clarius intellectum iri arbitramur, ubi adhuc unum quiddam animadverterimus, unde Legum orationem certius iudicare atque aestimare licuerit. Scripsit enim philosophus, ut alio loco ostendimus, opus Legum iam senex grandis aetate factus neque illud utpote morte oppressus perpolire potuit, unde post eius obitum demum ex ipsius tabulis transcriptum et in vulgus editum est a Philippo Opuntio. Id quod non ita multo post eius mortem, quae incidit in Olymp. 108. ann. 1. = 348. a. Chr. n. factum sit necesse est, quandoquidem iam Isocrates in Oratione ad Philippum Macedonem missa p. 93. ed. Bekker. = p. 84. E. ed. Steph. §. 12. Legum pariter atque Politiae mentionem iniecit, quam orationem compositam esse Olymp. 108. 2. — 346. a. Chr. n. ex ipsius argumento intelligitur. Itaque suspicari sane licet, tum senectutis tarditatem moleste offecisse alienae orationis eiusque plane insuetae expressioni, ut vere seni-

les sermones vel invito scriptore emergerint, tum prohibitam et interclusam emendandi et perpoliendi operam effecisse, ut non modo in rerum tractatione sed etiam in orationis structura et compositione relinquerentur, quae ipse philosophus, si in vivis mansisset, haudquaquam relicturus erat. Verum enim vero etiamsi haec ita sese habeant, tamen qualis forma et species orationis in his libris expressa sit, omnino quidem satis certo perspicere possumus. Mixtum enim est ac veluti temperatum dicendi genus, quod in illis regnat, ita ut modo sit tenue, subtile, tranquillum, moderatum, modo celsum atque grande, modo etiam medium inter utramque orationis formam teneat. Quippe est illud, ut diximus, plane attemperatum ipsarum rerum, quae exponuntur, rationibus atque personis colloquendum, ut utrinque suum colorem suumque habitum nactum sit. Nec vero dubium est, quin illud referat item Platonis ingenium, morem, rationem. Nam licet in eo subinde tarditas quaedam et quasi lentitudo animadvertatur, quae caret grata illa facilitate, quam alibi apud philosophum admiramur, tamen vel sic per omnia viget mens quaedam divini, qualis in aliis eius scriptis cernitur; regnat item generosa sensorum celsitas, quae fontem habet animum magnarum rerum meditatione repletum; dominatur denique ea dictorum et cogitatorum convenientia, unde facile intelligas scribere ista non alium potuisse nisi hominem divina quadam ingenii virtute praeditum. Nec vero inter cetera Platonis scripta plane desiderantur, quae similem orationis formam atque speciem referre iudicanda sint, ut Philebus, Politicus, Timaeus, dummodo meminerimus, hos libros et in aliis rebus tractandis versari et alia aetate litteris consignatos esse.

Iam vero haec omnia si probabiliter a nobis exposita sunt, certe nihil impedit quominus dicendi genus Legibus proprium omnino quidem prorsus Platonicum esse nobis persuadeamus, ut nulla inde suspicio de adulterina operis origine ducenda videatur. Hoc vero quum iam per se magnum quiddam sit, tum etiam alio nomine ad praesentem quaestionem est longe gravissimum. Valebunt enim quae modo disputavimus etiam eo, ut quae deinceps de dictione operis singulatim explicanda sunt, facilius

certiusque expediri possint, quandoquidem iudicium de usu singulorum verborum et loquendi formularum deque enuntiatorum ac periodorum structura et compositione magnam partem inde suspensum est, ut universi dicendi generis tamquam speciem quandam animis informatam teneamus. Itaque nunc ad explorandas singulorum verborum et universorum enuntiatorum usum aggredimur.

Cap. XVIII.

Disseritur de dicendi genere Legibus proprio singulis eius partibus consideratis.

Nullum facile signum et argumentum est, unde de antiquorum operum fide et auctoritate certius repetatur iudicium, quam quod cernitur in usu loquendi. Qui si est rectus, purus, castus, et cum more eius scriptoris, cui scriptum aliquod tribuitur, bene conveniens, nihil illo reperiri potest, quod ad fidem faciendam plus valeat; sin autem est male fictus, artificiose quaesitus et affectatus, denique ab eius scriptoris, cuius esse putatur, arte et ratione alienior, saepenumero una vocula sinistre usurpata, unum verbum prave positum, una vocabuli forma ac species praeter aetatis morem et consuetudinem adhibita, unum vitium contra rectum temporum vel modorum rationem praesertim crebrius admissum satis est ad arguendam fraudem, si qua in opere aliquo sub falso nomine prodendo admissa sit. Quo studiosius nobis hoc erit agendum, ut quid de Legibus eo nomine existimari oporteat, accuratius exquiratur. Qua in re ita versabimur, ut initio quaestionis a singulorum verborum usu, qui suspectus visus est, facto deinde transeamus ad considerandas loquutiones atque formulas ex singulis verbis compositas, quae criticis iniecerunt dubitationes; ab his autem transgrediemur denique ad explorandas rationes integrarum sententiarum ac periodorum, siquidem in iis visum fuerit aliquid singulare inesse, quod pos-

sit dubitationem iniicere. Ea vero omnia ita disceptabimus, ut non modo communis atque proprius, sed etiam artificiosus et improprius orationis usus respiciatur, siquidem in tali caussa et mentis cogitata et animi sensa pariter in censum venire consentaneum est. Itaque initium disputationis ducamus a cognoscendo singulorum vocabulorum usu, unde critici malas de universi operis suspiciones repetierunt, si forte fieri possit, ut, quid de eo existimandum sit, certius explorare possimus.

Cap. XVIII. Segment. I.

Agitur de usu singulorum verborum in Legibus notato.

Quoniam autem quattuor potissimum res sunt, quas critici in singulorum verborum usu tamquam singulares notarunt, raritas quorundam vocabulorum atque insolentia, crebrior formarum nonnullarum earumque rariorum usurpatio, inusitatarum significatorum attributio, denique nominum abstracte positorum frequentia, haec omnia singulatim per partes persequemur atque ita illustrare conabimur, ut nullam causam esse demonstremus, cur inde malae de Platonici operis originibus suspiciones repetantur.

Ordiamur igitur a lustrandis iis vocabulis, quae quoniam in unis Legibus Platonis reperiuntur et vel rariora sunt vel ficta audacius atque poetica, criticis dubitationem caussas praebuerunt; quorum quidem vocabulorum recensum quum partim egerit Zellerus l. c. p. 85 sq. tum nosmet ipsi, ne quid ad praesentem quaestionem deesset, etiam aliquando pleniorum exhibuimus, quamquam sunt etiam, quae consulto nunc omisimus, melius illa cognoscenda ex commentariis. Enumerabimus autem illa sic, ut una opera etiam usum eorum per se seorsum spectatum omnino bene Graecum esse doceamus utpote confirmatum ab optima Graecitatis auctoribus atque vete-

ribus Grammaticis munitumque analogiae legibus. Quo facto eorum usum nec alias ob caussas in his libris esse suspectum ostendemus.

Itaque primum quidem ubi de nominibus substantivis insolenter usurpatis sciscitatur, singularia in Legibus haec fere reperiuntur. Primum enim Libr. XII. p. 954. E. offendit *ἀλλοδημία*, notatum iam a Polluce Onom. III. 54. qui *ἀλλόδημος* memorat, quod quidem dictum est ut *ἀποδημία*, a quo tamen nonnihil vi et significatione discrepat. Atqui eodem isto nomine etiam Hippocrates De inter. affect. 210, 14. Dio Cass. 54, 19. Iamblich. Vit. Pyth. c. 35. usi sunt, ut eius probitas non modo codicum Platonis auctoritate, sed etiam locupletissimorum scriptorum testimonio abunde firmata sit. Porro Libr. IX. p. 868. E. notabile visum est *ἀπειναύτης* vel potius *ἀπειναύτεις*, sicuti vere correxit Ruhnken. ad Tim. p. 39. Quo nomine qui praeterea usus sit, novimus sane neminem. Sed quum *ἀπειναύτισμος* Hesychio s. v. eximie dicta sit *ἡ εἰς ἐνιαυτὸν γυγὴ τοῖς φόρον δράσασιν*, de qua poena v. Petiti Legg. Attic. p. 614 sqq. ed. Wesesling, quidni item recte dicatur *ἀπειναύτεις*, praesertim quum verbum *ἀπειναύτίζειν*, de quo v. Pollux. I. 7. 58. Suidas, Etymol. Magn. Tim. Gloss. s. v., satis testatum habeatur? Praeterea Libr. I. p. 635. C. offensioni fuit quod extat *γλυκύνθια*. Quod tamen frequentarunt Plutarchus (Moral. p. 476. D. 970. B. 982. A. 1104. D. al.) Iamblichus, alii, maxime Platonici; neque vero de Attico eius usu ullo modo dubitabunt, qui adiectivum *γλυκύνθιος* legi meminerint apud Aristoph. Lysistr. 551. Nubb. 705. al. quo iam Homer. usus est Iliad. v. 467. Insolentius vero est Libr. VI. p. 765. A. nomen *διαθετής*, h. e. ordinator, moderator, de eo, qui choros instruit ac moderatur. Verumtamen quum similiter dicatur *ὁ διαθετής* atque verbum *διατιθέναι* hoc in genere fere solemne sit atque proprium, nec illud habet ullam dubitationem, praesertim quum eo usus sit etiam Themistius loco evidentissimo Orat. XXVI. p. 321. D. = 388. ed. Dind. *τὸν διαθετῆρα καὶ δημογόρον*. Porro Libr. IV. p. 716. A. et V. 744. B. *εὐμορμία* tamquam singulare notatum est iam a Moeride

Atticist. p. 149. et Harpocrat. p. 196. Sed idem illud legitur etiam in ipsius Platonis Sympos. p. 218. E. placuitque item Xenophonti, Euripidi, Luciano, aliis, ut de Attico eius usu nulla plane possit esse controversia. Rarius vero vocabulum est *θρασύβεια* Libr. IX. p. 879. E. positum ad designandam peregrinorum insolentiam. Quod num quis alius usurpaverit, nos ignorare fatemur. Notavit autem illud et interpretatus est Pollux Onom. II. 113. et III. 58. *ἀηδέστερον* quidem appellans, sed Platoni sine ulla dubitatione vindicans. Iam quod Libr. VII. p. 793. E. p. 794. C. p. 785. A. 796. C. *κόρος* de puero vel iuvenculo dictum est, id quum cognatum sit Ionico *κοῖρος*, tum propter conjunctionem cum *κόρη* facilem habet excusationem, praesertim quum vocabuli usus nec poetis ignotus ac similiter apud Lacedaemonios celebratus fuerit, de quo v. Ruhnken. ad Tim. p. 150 sq. Nec vero Libr. XI. p. 935. B. *μεγαλόνοια* ullam habet offensionem, quod nec Lucianus Piscat. 22. sprexit, et illustratum est a Grammaticis, Polluce Onom. VI. 148. Photio, aliis. Ac similiter iudicandum est etiam de voc. *παιδουργία* Libr. VI. p. 775. B. quo non modo Sophocles Oed. Tyr. 1248. sed etiam scriptores optimi quique posterioris aetatis usi esse reperiuntur. Haec igitur sunt fere nomina substantiva Legum operi priva et peculiaris. Progredimur ad nomina adiectiva. Ex quibus item nonnulla in unis Legibus a Platone usurpata sunt, aliis tamen scriptoribus haudquaquam incognita. Pertinet huc *ἀίστωρ*, inscius, Libr. VIII. p. 845. B. in lege quadam perscriptum, et a Grammaticis, Suida, Hesychio, Timaeo, notatum, quod legitur etiam apud Euripidem Andr. 683. ubi fuerunt qui *ἀνίστορες* corrigerent, de quo v. Lobeck. ad Phrynich. p. 630. Quod vocabulum quominus attrectemus, certe illud prohibet, quod legum linguae antiquiori potuit esse proprium. Ac simile quiddam coniecere licebit etiam de voc. *βιοδότος* Libr. XI. p. 921. A. ubi poetica cum licentia de deo dictum est. Quamquam poetae dixisse fere reperiuntur *βιοδάτης* et *βιοδάτωρ*, quod ipsum tamen est rarissimum, enotatum ex Orph. Hym. 28, 3. 72, 2. Epigr. Anthol. Palat. IX. 525. 3. Nec vero a poetico di-

cendi genere abludunt *εχθοδοπός* Libr. VII. p. 810. D. quod usurparunt Sophocl. Aiac. 931. Philoct. 1135. Aristoph. Acharn. 226. alii posteriores, illustratum a vet. Grammaticis compluribus; atque *ήιθρος* Libr. VIII. p. 848. D. IX. p. 877. E. XII. p. 947. C. vocabulum Homericum, etiam ab aliis poetis celebratum, quod philosophus scite adhibuit ad designandam inuptorum castitatem, quam significat fere nostrum: Iunggesell. Reliquum est denique adiectivum *χρονίος* Libr. IX. p. 855. B. pro *πολυχρόνιος* positum in verbis: *χρονίους δεσμούς*. Scilicet mutuum sumsit philosophus hunc usum a Pindaro, Aeschilo, aliis poetis, postea etiam a prosae orationis scriptoribus, Aristotele, Theophrasto, aliis, ascitum, ac frequentatum imprimis Aesculapii filii, qui hodie quoque *τάς χρονίας νόσους* fere in ore habent. Quamquam hic usus loquendi apud Xenophontem, Oratores Atticos, alios, nusquam reperitur, ideoque ut rarior notatus est ab Hesychio s. v. et Polluce V. 150. Et haec quidem de adiectivis nominibus. Sequitur ut de adverbis dicendum sit praeter vulgarem morem positum. Quorsum pertinent *άνασι* sive *άνατι*, impune, Libr. IX. p. 871. E. XI. p. 917. C. 935. B. quod interpretantur Timaeus s. v. et Harpocration s. v. quorum hic eodem vocabulo etiam Isaeum in Oratione adversus Apollodorum usum esse testatur. Atque idem illud Aristophani in Ecclesiazus. 754. probabiliter vindicavit Valesius ad Harpocrat. p. 269. ed. Lips. Dicitur pro eo etiam *νηποιεί* vel *νηποιεί* Libr. IX. p. 874. C, quod in codd. quibusdam extat etiam apud Xenoph. Hieron. III. 3. et reperitur in Inscript. Amphipol. Corp. Inscriptt. Vol. II. p. 63. n. 2008. ed. Boeckh. ubi est *νηποιεί τεθνάσαι*. Quippe utrumque facile patet ex antiquo legum usu a Platone assumptum esse, ut nihil mirum sit, quod in unis Legibus apud eum perscriptum extat. Iam vero etiam verba, quae angustiore sensu dicuntur, sive *ήήματα*, spectasse iuvabit insolentius in Legum libris usurpata. Pertinet huc ante omnia *άθύρειν*, exultare, ludere, tripudiare Libr. VII. p. 796. B. Atqui usum huius verbi praeciverunt philosopho poetae, Homerus, Pindarus, Euripides, quem postea nec refugerunt scriptores pedestres, fre-

quentarunt autem posterioris aetatis auctores, ut Himerius, sine ulla dubitatione, sicuti ostendit Ruhken. ad Hymn. in Cerer. v. 19. Porro dubitationem non levem criticis iniecit *άίσσειν* Libr. IV. p. 709. A. ubi pro *άίξειν ειπείν* maluerunt *άρξειν ειπείν*. Sed recte nostra sententia codices Platonis omnes *άίξειν*, quandoquidem *άίσσειν* est cum impetu ferri ad aliquid, et cum infinitivo iungitur, ut apud Diog. Laert. VI. 87. *άίξειν επί φιλοσοφίαν* *πυρρίην* cum *επί* et accusativo copulatum est. Verbi usum ceteroquin illustrat Ruhken. Epist. Critic. p. 34. unde intelligitur eum et ipsum aliquid poetici habere. Singulare autem est verbum *εὐθήμερον* *μαί* Libr. VI. p. 758. B., quod Photius interpretatur *εὐ τίθεσθαι ἢ συγκρίσθαι*, cuius activam formam Tzetzes Hist. I. 367. habet, scribens: *γνάθους εὐθήμερον*. Sed habet illud tanto minus offensionis, quo certius constat de probitate nominum *εὐθήμερον*, quo usi sunt Hesiodus OO. et DD. 471. Xenoph. Cyrop. VIII. 5, 7. et *εὐθήμερον*, quod praeter alios habet Aeschylus Choephor. 8. active illud usurpatum in verbis: *δμοῖαι γυναῖκες δωμάτων εὐθήμερον*. Quocirca illo nec ceterioris Graecitatis scriptores uti dubitaverunt, Platonis illi hic quoque sequuti auctoritatem. Notatum praeterea est ut rarius *παρὰποδίζεσθαι*, implicari, irretiri, i. e. iudicio suo transversum agi, ex Libr. II. p. 652. B. quod extat etiam Epistol. Platon. VII. 330. B. Quod certe rectissime dictum est et optime explicatum a Polluce Onom. II. 194. IX. 134. ut nec mirandum sit, quod idem illud frequentarunt etiam Polybius, Sextus Empiricus, Galenus, Iamblichus, alii, quorum testimonia hic afferre piget. Neque enim verbi usus ullum iniecit scrupulum. Nec vero dubitationem movet *σέβειν* bis active positum Libr. I. p. 644. A. et VI. p. 777. D., quum alibi apud Platonem unum *σέβεισθαι*, verbum medium, usurpari consueverit. Enimvero quum verbo activo non modo poetae, imprimis scenici, sed etiam Thucydides II. 43. Xenophon Mem. IV. 4, 19. et Lucianus, Pausanias, Plutarchus, alii, usi sint, quid tandem caussae esse dicemus, cur Platoni verbi activi usu interdictum velimus, praesertim quum philosophus etiam aliis ver-

bis modo activa modo media forma usus esse reperitur? Porro semel tantum apud Platonem legitur *τημελεῖν*, curam adhibere, Legg. XII. p. 953. A. ubi sacerdotes dicuntur *τῶν τοιοῦτων ἐπιμελεῖσθαι καὶ τημελεῖν* debere. Quod tamen rectissime dictum esse patet, quandoquidem *τημελεῖν*, *τημέλη*, *τημέλεια* non tantum de curatione alicuius rei, sed etiam de eiusdem custodia, cultu et ornatu usurpari consuevit. Nec vero usus verbi destituitur gravissimorum scriptorum auctoritate, quem celebrant Euripides Iphig. Taur. 311. Iphig. Aul. 731. ac postea etiam Plutarchus, Sextus Empiricus, Philo, Hierocles, alii; atque aperte ut probum agnovit etiam Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 66, 14. Quocirca ne hoc quidem verbum per se habet quod ullo modo reprehendatur. Reliquum denique est verbum *τητᾶω*, privo, spolio, VII. p. 810. B. passive positum, ut sit carere, destitutum esse, sicuti dudum explicarunt Hesychius atque Photius. Usus vero illo est primus Hesiodus Opp. DD. 26. quem deinde secuti sunt alii poetae, imprimis tragici. Sed transiit eius usurpatio mox etiam ad pedestris orationis scriptores, ex quibus illud iam ante Platonem ad rem suam adhibuit Xenophon Cyrop. VIII. 4, 33. ubi sine ulla dubitatione cum Lud. Dindorfio *ἀλλὰ τητῶνται* refingendum est pro *ἀλλὰ ἠτῶνται* vel *ἀλλ' ἀπατῶνται*, quod est etiam in manu scriptis codicibus.

Atque haec quidem sunt fere vocabula, quae hic ut rariora in Legibus notanda fuerunt. Quid igitur? putabimusne ea esse eiusmodi, ut ex usu eorum verisimiliter coniectura aliqua de adulterina Legum Platoniarum origine capi queat? Nimirum sunt illa profecto, sicuti vidimus, per se spectata adeo proba atque sincera, ut ne praestantissimis quidem Graecitatis auctoribus displicuerint, qui illis partim etiam vehementer sunt delectati. Sed quod non minoris momenti est, sunt illa etiam universo dicendi generi in hoc opere usurpato et propter singularem argumenti rationem delecto plane convenientia. Alia enim linguae ad legumlationem comparatae omnino videntur fuisse propria: alia valent ad eiusdem penuriam et inopiam levandam vel amovendam, quandoquidem rerum notionibus accuratius ac subtilius designandis inserviunt; alia accommodata sunt gran-

ditati illi et magnificentiae orationis, quam philosophus quum omni legum descriptioni tum imprimis legum prooemiis propriam esse voluit, vel etiam suavis et venustis senum colloquentium confabulationibus aliquid venustatis attribuunt, ex quibus unis maxime fontibus dictionis poeticae usus repetendus videtur; denique omnia atque singula tam eleganter sunt delecta, ut quod in iis sit absurdum aut ineptum, nulla ex parte demonstratum sit; cur autem sint usurpata, singulis locis accuratius consideratis nullo fere negotio perspiciatur. Quum igitur ea nec grammaticae nec rhetorice spectata quidquam habeant, quod merito displiceat, certe nulla caussa est, cur inde malas de universi operis originibus suspiciones assumamus, praesertim quum nec multitudo eorum excedat numerum vocabulorum in aliis philosophi scriptis simili licentia usurpatorum. Nam in Sophista quidem, in Politico, in Parmenide, in Philebo, in Timaeo, in aliis denique scriptis philosophi, si verum quaerimus, pro horum librorum ambitu etiam maior prostat copia eorum verborum, quae apud Platonem aut semel tantum leguntur aut omnino nove ficta atque procusa sunt. Nimirum vidit philosophus penitusque sensit novum quodque scribendi genus etiam nova sibi deposcere vocabula, ideoque scribendi libertatem suam intra angustos certi alicuius sermonis leges atque fines contineri noluit.

Iam vero his utcunque dilucidatis pergimus ad ea vocabula, in quorum forma ac specie Zellerus l. c. p. 85. sq. sibi videtur aliquid singulare animadvertisse, ita ut inde quoque operis Platonici suspectandi argumenta desumeret. De quibus quidem brevior erit disputatio, quandoquidem post ea, quae modo exposuimus, una eademque opera ostendere licebit, ea nec grammaticae nec rhetorice ullo modo esse inepta aut inficeta. Observavit autem criticus primum in unis Legibus a Platone usurpata esse *βλάβος* pro *βλάβη*, *άβιος* pro *άβιωτος*, *άχαριστος* pro *άχαρις*, *δούλειος* pro *δουλικός*, *παιδειος* pro *παιδικός*, *έξαγοιῶ* pro *έξαγοιάνω*, *ιλεούμαι* pro *ιλάσκωμαι*, et Libr. IX. p. 933. E. *σωφρονιστής*, correctio, quod est Ionicum. Acute vero atque docte ista omnia. Sed quid inde? Nimirum haec vocabula omnia quum per se proba sint atque casta, neque ab optimis scri-

ptoribus repudiata, tum aut synonyma sunt reliquis, ut Platoni haud dubie optio eorum concedenda sit, aut ab aliis, quae videntur iis synonyma, vi et significatione sua nonnihil diversa sunt, ut usus eorum fuerit necessarius. Nam ut a vocabulo *βλάβος* exordiamur, *βλάβην ἐκπίνειν* iustissimis de caussis nemo quisquam dixit; quamobrem Libr. VIII. p. 843. C. necessario dicendum fuit: *τό βλάβος ἀποτινέτω*, damnum restituat, qua ipsa formula usus est etiam Demosthenes adv. Midiam p. 528. ut nec audiendi sint Moeris p. 103. et Thomas Mag. p. 154., *βλάβος* dicentes esse *Ἀττικόν*, et *βλάβῆ κοινόν*: ad quos v. interpretum annotat. Nec vero Legg. IX. p. 873. O. pro *αἰσχύνῃ ἀπορος καὶ ἀβίος*, h. e. inexsuperabilis, intolerabilis, dici potuit *ἀβίωτος*, h. e. non vitalis et vitae fructu destituta, quod subabsurdum foret. Porro *ἀχάριστον*, quod legitur bis Libr. VI. p. 761. D. et XI. p. 935. A. etiam in Menexeno est p. 248. C. atque frequentatur item a Xenophonte aliisque scriptoribus, ut non exputemus, cur visum sit insolentius, praesertim quum ne potuerit quidem cum *ἄχαρι* permutari, quod uno loco Phaedri p. 265. D. reperitur. Iam vero quod Libr. VI. p. 770. E. *δούλειον ὑπομείνασα ζυγόν*, et VII. p. 790. A. *γυναικεία καὶ δούλεια ἢ θῆ γυναικῶν*, memorantur, quum Politic. p. 309. A. *τὸ δουλικόν γένος*, et Theaet. p. 175. E. *δουλικά διαζονήματα* inveniamus, quid rei sit, quum facile pateat ex iis, quae Buttmanus Grammat. Amplior. Vol. II. Part. II. p. 338 sq. §. 119. 70. de discrimine adiectivorum in *ειος* et *ικος* terminatorum disputavit, tum clarius etiam perspicias ex Homer. Odys. 24, 251. *δούλειον εἶδος*. Aeschyl. Sept. 75. *ζυγοῖσι δουλείοισι*. Eurip. Androm. 302. *ζυγὸν δούλειον*. Troad. 1331. *δούλειον ἡμέραν βίον*: in qualibus locis certe *δουλικόν* nusquam reperias, ut *δουλικὴ τύχη* apud Malal. 401, 14. ceterioris demum Graecitatis proprium videatur. Neque aliter existimandum de eo est, quod Libr. V. p. 747. B. *παιδείον μάθημα*. VII. p. 810. A. *παιδείαι τιμαί*, et I. p. 643. B. *παιδεία οἰκοδομήματα*, dicuntur de iis, quae pueris propria sunt, quum Libr. II. p. 664. C. *χορὸς ὁ παιδικός*, II. p. 653. A. *τῶν παιδῶν παιδικὴ αἰσθησις, ἠδονὴ καὶ λύπη*, VIII. p. 833.

C. *ἄθλημα παιδικόν*, scripta legantur. Sed his missis videamus de forma *ἰλεουμένοι*, quae extat Libr. VII. p. 804 B. Ibi vero manifesto oratio ad rationem poeticam propter rei quae agitur magnitudinem est conformata, ut nec mirum sit, quod poetica verbi forma, qua usus est Aeschylus Suppl. 123. 134., ad rem praesentem adhibita est. Solet enim scriptor talia, sicuti antea ostendimus, prudenti consilio tinguere colore poetico, quod quidem etiam vocabulorum formis prodere non dubitavit. Paullo alia autem ratio est Ionicae dictionis *σωφροσύνης* *ἐνεκα* in legis formula quadam Libr. XI. p. 933. E. adhibitae. Nimirum ibi vetusta legum lingua imitatione expressa est, in qua dialecti Ionicae reliquiae sine dubio superstites mansissent. Denique nec *ἐξαγοῶ* Libr. IX. p. 870. A. et XI. p. 935. A. quod alibi *ἐξαγοιῶ* dicitur, quidquam habet dubitationis, quandoquidem utraque forma pariter usitata et ab optimis quibusque scriptoribus celebrata fuit. Itaque facile iam intelligitur, opinor, ista omnia ita esse comparata, ut eandem habeant elegantiae laudem, quam in Platonis dictione etiam alibi admiramur. Verum attulit Zellerus, ut est ingeniosus in investigandis iis, quae Legum fidem aliquo modo labefactare posse videantur, p. 86. etiam alias vocabulorum formas, unde caussas malae suspicionis repetere liceret. Mirum enim accidere ait, quod operis huius auctor cupidius sectatus sit usum nominum substantivorum in *μα* et *σις* terminatorum, quo nomine memorat de priore genere undeviginti haec: *ἀγωνισμα, ἀσέβημα, βάμμα, γεώργημα, διαπανμα, ἐθισμα, ἐπιθύμημα, ἐστίαμα, ζημίωμα, θηρευμα, ἴδουμα, κατηγόρευμα, κιβδηλέμα, κοσμημα, κομφοδημα, ομίλημα, πολιτευμα, σκάμμα, τάφουμα*; posterioris autem generis quinque nomina affert: *βλαψις, ἐπιβουλεύσις, ἐπικούρησις, λουδορησις* et *παράγγελσις*. Praeterea etiam notavit illud, quod scriptor praecipuo quodam studio verbis cum praepositionibus compositis abutatur, ut quum dixerit *ἐνειργω, ἀνοσιουργέω, ἀποβλάπτω, διαγορευώ, διανομοθετέω, διατροφέω, διατρέγω, διεύρηται, διενλαβεῖσθαι, εἰσπράττω, ἐκδικάζω, ἐκλαμβάνω, ἐξιλιάσκουμαι, ἐπαιδέουμαι, ἐπωφελείν, καταβλάπτειν, καταχρίνειν, καταμιαίνειν, καταφθείρειν* &c. &c. Enimvero de his formis omnibus quid

existimandum sit, considerato universi operis argumento, minime dubium videri poterit. Nam quum nomina in *μα* exeuntia vel opus effectum vel rem factioni subiectam designent atque magnam partem simillima sint Latinis nominibus in *entum* desinentibus, qualia sunt munimentum, impedimentum, ornamentum, coronamentum, temperamentum, nutrimentum, alia multa; sponte intelligitur, in eo scripto, in quo agitur potissimum ne rebus ad vitam vel privatam vel publicam pertinentibus atque in rerum usu et experientia positus, fieri non potuisse, quin eorum usurpandorum necessitas multo saepius quam in aliis libris obveniret, habetque ea res tanto minus molestiae, quod Graeci omnino imprimisque poetae istiusmodi nomina crebrius usurpare consueverunt, id quod dudum demonstrarunt Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 1498. Hippolyt. v. 406. Lennep. ad Phalar. p. 167. Intpp. ad Gregor. De Dialect. p. 182. alii. Atque idem plane etiam de nominibus in *σις* terminatis iudicari oportet; quae quum ipsam actionem vel effectum rerum significant, profecto in tali descriptione vel maxime fuerunt necessaria. Neque inconsulto factum arbitramur, quod creberrime verba cum praepositionibus composita usurpantur, ubi quis verba simplicia expectaverit. In quo tamen optimorum scriptorum lex et ratio observata est, qua composita neutiquam mere pro simplicibus, ut quondam vulgaris erat opinio, usurpantur. Quippe ponuntur quidem apud illos verba simplicia, ubi composita expectaveris, sicubi quod scriptis deest ex universa orationis serie intelligendum relinquitur; nec vero composita usurpantur pro simplicibus, quoniam non modo absurdum sed prope furiosum videtur, id quod dixeris tamen indictum velle; quo in genere interpretes veterum scriptorum saepe mirifice ruerunt. Hoc ipsum igitur etiam in verba composita in Legibus usurpata convenit planissime, quae certe non aliam ob causam reperiuntur posita esse, quam quia res et sententiae accuratorem definitionem vel descriptionem exequerent, veluti quum dictum est *δεισθηται*, pertractatum est, quod certe aliud quid significat quam simplex *εισθηται*. Sed haec quidem paucis significasse satis erit, quandoquidem singulorum

verborum usum si expendere singulatim vellemus, copiosiore opus foret disputatione, quam quae per huius libelli angustias nobis concessa est. Itaque properamus ad ultimum, quod critico in usu formarum, quibus vocabula in Legibus usurpata insignia sint, notabile visum est. Animadvertit enim p. 87. mirum accidere, quod dativi numeri pluralivi toties in *οισι* et *αισι* terminati sint. Atqui usus hic dativi Ionici non sine idonea causa admissus videtur. Convenit enim ille egregie linguae legum ideo, quia ita legentes ipsis vocabulis antiquius quiddam ac plenius sonantibus graviter admonentur venerandam et augustam legumlationis maiestatem. Quod quidem ita se habere perspicue intelligitur ex eo, quod hae formae in iis maxime partibus operis usurpantur, ubi leges promulgantur, hoc est, inde a libro quinto; in prioribus libris aliquanto rarius inveniuntur, quamquam nec ibi plane exulant, quum Plato iis nec alibi, imprimis sicubi oratio est grandior et magnificentior, usquam abstinuerit.

Itaque hactenus quidem vidimus in usu verborum singulorum Leges Platonis nulla ex parte vitiosas aut ineptas censi posse, praesertim quum nec in formis eorum quidquam repertum sit, quod alium scriptorem operis arguat quam ipsum philosophum, et quod imprimis dignum est observatione, ne grammaticae quidem quidquam vitiosum reperiatur nisi in locis scribarum socordia depravatis. Sed praeterea animadvertit Zellerus l. c. p. 86 sq. et 88 sq. etiam aliud quid, quod facile alicui dubitationem iniiciat. Contendit enim, subinde in Legibus ita fieri, ut usitatis vocabulis aut plane novae et inauditae significationes adscribantur aut saltem insolens ac parum definita vis figurate tribuatur, quae communis loquendi consuetudinis commendatione prorsus careat. Quod quidem si revera ita esset, sanequam fatendum foret, iustissimas suppetere causas, cur de germana Legum origine Platonica dubitetur. At enim vero licet primo aspectu reperiuntur, quae praeter morem vulgarem dicta sint, tamen rebus omnibus diligentius perpensis nemo erit quin ultro fateatur haec quoque ita esse comparata, ut, dummodo recte fuerint explicata, non modo cum universi operis rationibus atque elocutione eis accommodata

optime convenire, sed etiam per se spectata vitio libera esse censi debeant. Sed videamus de singulis, et quae sit eorum explicatio, accuratius dispiciamus. Itaque primum offensionem fuit illud, quod Libr. VI. p. 751. D. *ἀγνώτες ἀλλήλων* dicitur active, ut sit: qui se invicem non noverint. Atqui eandem dictionem habent Sophocles Oed. Tyr. v. 677. ed. Br. *σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνώτος*, te nactus eum, qui me non noveris. Thucyd. III. 53. §. 4. *ἀγνώτες μὲν γὰρ ὄντες ἀλλήλων*. Xenoph. Oecon. 20, 13. Lucian. De dea Syr. c. 13. ut alios taceamus, quorum minor est auctoritas. Quocirca liquidum est hanc loquendi rationem ab optimorum scriptorum usu ne tantillum quidem discrepare, mirificeque falsos esse eos omnes, qui *ἀγνώς* semper putaverunt passive dictum significare ignotum. Porro molestiam creavit quod Libr. VIII. p. 841. D. *ἀθύτος* dicatur ea vi et potestate, ut sit: sacrificiis non sacratus, nicht durch Opfer geheiligt. Atqui eum usum neutiquam esse singularem aut a Graecitate abhorrentem, liquido docent Grammatici. Audias enim Suidam p. 146. ed. Bernh. *Ἀθύτος ἀνευ θυσιῶν. καὶ γήμας ἀθύτους τε καὶ ἀγάμους γάμους κ. τ. λ.* quod exemplum, sicuti ex p. 1302. sub *διαξαινεῖν* patet, ex Aeliano de Providentia depromptum est: *Ἐδεῦτο μὲν οἱ τὸ σῶμα κρωφαγίας, ἀθύτου δὲ οὐκ ἠέσχετο μεταλαβεῖν*, quae verba Damascio debentur. Ut igitur rarior sit haec loquutio, tamen suspicari licet, eam in illa ipsa re, de qua in loco Legum agitur, fuisse sollemnem. Suspectus porro visus est usus voc. *ἀμορφος* Libr. IX. p. 855. C. ubi inter poenas memorantur *ἀμορφοὶ ἔδραι ἢ στάσεις*: et Libr. XII. p. 960. A. ubi *δακρύνει τὸν τετελευτηκότα ἐπιτάττει ἢ μὴ*, iubere defunctum plorari vel non plorari, *ἀμορφον* dicitur. At nimirum utroque loco *ἀμορφον* per *μείωσιν* quandam vocatur turpe ac foedum, quemadmodum alias *ἀνωφελές* et *ἀχρηστον* damnosum, *ἀκερδαλέον* i. q. *βλαβερόν*, *οὐδαμῶς προσφιλέ*s execrabile significat, de qua re v. nostra ad Protagor. p. 334. A. Quocirca etiam Plutarchus Consol. ad. uxor. T. II. p. 690. B. *ἀμόρφους καθίσσεις* dixit eodemque modo locutus est etiam II. p. 145. C. 158. D. 205.

C. 636. B. C. 719. D. 1007. C. 1014. B. F. al. Iam vero mirum etiam visum est et plane singulare, quod Libr. III. p. 680. B. regimen patrumfamilias vocatur *δυναστεία*. Sed qui philosophi sententiam de originibus variorum imperiorum ibi expositam diligentius consideraverint, ii certe fateantur necesse est, aptiore nomine rem vix ac ne vix quidem insigniri potuisse, vellemusque indicatum esset, quodnam aliud vocabulum ad rem apte designandam eligendum fuerit. Non magis vero haerendum fuit in eo, quod Libr. III. p. 688. B. cum *τῇ φρονήσει* copulatur simpliciter *δόξα* non addito *ἀληθής*. Id ipsum enim intelligi ex disputationis rationibus clarum fit et perspicuum, praesertim in eo opere, in quo quid quantumque opinioni (*τῇ δόξῃ*) tribuendum sit in vita communi, variis modis significatum est. Quocirca nec illud mirandum, quod Libr. I. p. 642. C. in virtutis disciplina etiam *τῇ θεῖα μοίρᾳ* suis honos habetur, in quo criticus p. 87. et 109. identidem haesit. Sed de hac quidem re quoniam iam Prolegg. Vol. I. p. CXXIX. commentati sumus, verbo significasse satis erit, quae nostra sit sententia. Progreddimur igitur ad aliud quid, quod huic argumento affine et cognatum est.

Reprehendit enim Zellerus eodem fere nomine etiam tropicum usum verborum singulorum. Quo de genere haec fere ab eo animadversa sunt. Primum enim nota censoria dignum putat, quod sermones, quos hospes Atheniensis cum Clinia et Megillo instituit, tam saepe dicantur *μῦθοι*, quod ipse interpretatur: *begeisterte, poetische Reden* (v. p. 88.). Quam in rem affert Libr. IV. p. 719. B. (C.) VI. p. 752. A. 773. B. VII. p. 790. C. 812. A. IX. p. 872. D. X. p. 903. B. XI. p. 927. D. VI. p. 771. C. Deinde miratur vocabula *παράμυθιον* et *παράμυθισθαί* in quovis cohortationis genere poni, quum Plato ipse scilicet ea non usurpare soleat nisi de consolatione; quo nomine memorat Libr. VI. p. 773. E. IX. p. 880. A. X. p. 885. B. XI. p. 923. C. I. p. 625. B. X. p. 899. D. XII. p. 944. B. Simile quid notat etiam de *ἔδειν* et *ἐπέδειν*, quod pro *λέγειν* usurpari ait IX. p. 854. C. VI. p. 773. D. VIII. p. 837. E. XII. p. 944. A. B. itemque de *ὑμνεῖν* IX. p. 870. E. VI. p. 653. D. et

χορηγωδὲν IV. p. 712. A. Tum insolens esse dicit Libr. III. p. 690. A. et D. ἀξιώματα τοῦ ἀρχεῖν et ἀξιώματα πρὸς ἀρχοντας, quod interpretatur: rationes imperandi parendique. Nec minus haeret in verbis: Libr. V. p. 744. B. οἱ κατὰ πόλιν καιροί, quae accipit de distributione civilium iurium et officiorum (Vertheilung der bürgerlichen Lasten und Rechte). Porro offendit in αἰών pro βίος posito Libr. III. 701. C. in μουσα metonymice pro μουσική s. μάθημα usurpato, ut II. p. 655. C. 658. C. al. in voc. ὄνθυμὸς V. p. 728. E. quod ibi de modo et ratione dictum censet: in ὀνειράτα III. p. 695. D. quod interpretatur levia s. exigua vestigia, schwache Spuren; in φῶς καὶ σκότος V. p. 738. E. quod vult esse: Bekanntschaft und Unbekanntschaft. Denique moleste fert epitheta στόμα σωφρονοῦν IV. p. 711. E.; δίζη εὐώνυμος VI. p. 754. E. ἤθος εὐθύπορον VI. p. 775. D.; αἰνυλὸς ἔρωσ VII. p. 823. E. οὐσία μουσική V. p. 729. A. ἕμουσα ἀμαρτήματα IX. p. 863. C. ἀταφοὶ πράξεις XII. p. 960. B. ἀμουσίαν πικράν III. p. 691. A. πονηρὰ ἀναισχυντία III. p. 701. B. ῥαστώνη αἰσχρὰ VI. p. 779. A. ἀνδοσία ἢ θεία VII. p. 824. ἀπαιδευσία ἢ κακῆ IX. p. 870. A. καπηλεία ἢ ἀνελεύθερος XI. p. 919. E. Nimirum ista omnia num quid habeant vitiosi et inepti, propter criminationum gravitatem utique dispiciendum est. Itaque primum quidem ubi quaeritur de usu voc. μῦθοι, criticus acutissimus illum non videtur usquequaque iusta lance ponderavisse. Non enim eo nomine insigniuntur sermones poetici et enthusiasmo pleni, sed sermones, qui versantur in exponendis rebus experientiae subiectis ac verisimilibus neque dialectice exploratis, ut VI. p. 773. B. VII. p. 790. C. p. 812. A. IX. p. 903. B. XI. p. 927. C. De quo usu loquendi diximus ad Politic. p. 304. C. et Phaedon. p. 61. B. ubi consulas etiam Wyttenbachium. Atque hinc sponte habet explicationem locus Libr. IX. p. 872. D. de quo dicemus alibi. Diversa tamen ab his sunt illa Libr. IV. p. 719. C. παλαιὸς μῦθος ἐστὶ, ubi sponte apparet, cur μῦθος memoretur, et VI. p. 752. A. μῦθον ἀέροςολον καταλείπειν, quod patet non aliter dictum esse atque ὁ μῦθος ἀπόλετο, ὁ μῦθος οἴχεται, alia similia. Ita-

que μῦθοι isti certe salvi sunt planeque Platonici, ut iniuria videantur sollicitati esse. Similiter vero etiam de παραμυθεῖσθαι et παραμύθιον indicari oportet, quod vehementer miramur quo pacto quis dicere potuerit a Platone de una cohortatione consolatoria usurpari consuevisse. Nam quid rei sit, docebit annotatio nostra ad Phaedon. p. 70. B. et Politic. p. 268. B. Nolumus enim hoc loco rem denuo disceptare. Iam vero si quaeritur de usu verbi ἐπαδεῖν, toto coelo aliquis a recto aberraverit illud pro simplici λέγειν usurpari existimans, sicuti Libr. VI. p. 773. D. IX. p. 854. C. Etenim hoc quoque verbum eleganter et more plane Platonico usurpatum esse contendimus de persuasionem, consolationem, admonitionem, demulcendam et quasi incantandi vi praeditam. Neque simili elegantia caret usus vocabuli ὑμνεῖν et χορηγωδὲν, id quod diligentior locorum interpretatio facile evincet. Porro quod dubitatur de verbis ἀξιώματα τοῦ ἀρχεῖν et πρὸς ἀρχοντας, ista quomodo intelligenda sint, comparato loco Libr. IV. p. 714. D. minime obscurum est, quandoquidem ibi sine ulla dubitatione pro vulg. ἐν ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων ἀρχῆς refingi oportet ἐν ἐκείνων τῶν ἀξιωμάτων, cuius interpretatio est quod alii voluerunt δικαιωμάτων. Quippe vocantur ἀξιώματα iudicia, quibus quis vel sibi ipsi vel aliis aliqua re dignus esse videtur, unde Germanice reddi potest: Ansprüche auf etwas. Ita etiam Plutarchus I. p. 644. A. p. 922. A. p. 986. F. p. 992. B. identidem ἀρχῆς ἀξίωμα dixit, in quo manifesto auctoritatem Platonis sequutus est. Ac similiter dicitur ἀξίωσις Thucyd. III. 9. οὐκ ἀδικὸς αὐτῆ ἢ ἀξίωσις, ubi plura Dukerus. conf. etiam Thomas Mag. p. 78. sqq. ibique intpp. Verum satis haec ad confutandum commentum illud, quo ἀξιώματα τοῦ ἀρχεῖν et πρὸς ἀρχοντας significare iudicata sunt rationes imperandi parendique. Pergimus ad aliam dictionem similiter vexatam. Mire enim interpretatus est sollers criticus τοὺς κατὰ πόλιν καιροὺς eo modo, quo supra dictum est; qui quales sint, vel Latinum illud: tempora reipublicae, admonere poterat. Sed hoc quidem tamquam intranscursu. Iam vero illa III. p. 701. C., quae suspectata sunt, poetica esse propemodum in oculos

incurrit. Quamobrem *αἰών* pro *βίος* dictum est ut Protagor. p. 345. C. et Gorg. p. 448. C. in quibus locis nemo quisquam haeserit nec unquam iure haerebit. Porro *μοῦσα* si quaeris qua ratione dictum videatur, nec uni Platoni proprius hic usus est nec ab huius consuetudine ullo modo alienus, sicuti ostendimus ad Politicum p. 309. D. Phileb. p. 67. B. Quamquam in Legibus ea metonymia est frequentior, quam in aliis Platonis sermonibus. Sed singularis est formula *κατὰ τὸν αὐτὸν ὄνθυμὸν ἔχει*. Prudenter tamen monuit Henr. Stephanus, *κατὰ ὄνθυμὸν* fieri dici solere, quidquid certo ordine, iusto modo, idonea proportionione fiat, allato etiam testimonio scriptoris Problematum Aristotel. Thesaur. Ling. Gr. Vol. III. p. 724. Venimus iam ad p. 605. C. libr. III. ubi pristinae divisionis regni Persici dicuntur etiam nunc superesse *σμιχρὰ ὄνειρατα*. Constat vero *ὄνειρατα* dici res evanidas et inanes. Quidni igitur quae ad nihilum fere redacta sunt recte potuerint vocari *ὄνειρατα*? Ita certe *ὄναρ*, atque item somnium apud Latinos, usurpatum est. Plat. Symp. p. 175. E. *φάνη καὶ ἀμφισβητήσιμος ὡςπερ ὄναρ οὐσα*. Plutarch. Thes. c. 32. *ὄναρ ἐλευθερίας* al. Pergimus ad. *φῶς* et *σῶτος* Libr. V. p. 738. E. *ὅπου γὰρ μὴ φῶς ἀλλήλοις ἐστὶν ἀλλήλων ἐν τοῖς τρόποις ἀλλὰ σῶτος κ. τ. λ.* Quem locum rursus aliter accepit Zellerus, *φῶς* notitiam et familiaritatem, *σῶτος* ignobilitatem vel obscuritatem significare ratus. At vero nos quidem si quid iudicare possumus, verba hunc in modum interpretanda sunt: ubi enim non in clara luce inter cives ipsorum mores positi sunt, sed latent in tenebris, ut non ab omnibus animadverti et iudicari possint etc. Habes igitur ibi usum verborum satis tritum et vulgarem, in quo profecto nihil est, quod quem morari aut offendere queat. Sed mittimus talia, quibus certe etiam illa Libr. I. p. 649. A. *ὄνκ ἐν θοίνῃ λέγω*, non in censum refero, Libr. VIII. p. 838. D. *ἄλλως ἀναπνεῖν παρὰ νόμον*, Libr. XII. p. 969. A. *παιδείας — τῆς νῦν κερνημένης*, Libr. I. p. 644. D. *ἐξέρχασθαι*, iustos fines egredi, alia similia, addi potuerunt. Veniamus tandem ad epitheta illa, quae visa sunt singularia. Ea vero etsi partim nonnihil

coloris poetici referunt, tamen tantum abest, ut inficeta sint aut orationi tumorem ac languorem perspicuitati inimicum afferant, ut bene perpensa etiam urbana et elegantia videri queant, dummodo item, sicuti par est, reliquorum verborum, quibuscum una perpetuitate iuncta sunt atque copulata, diligens ratio habeatur. Nec vero intelligimus, quid ea per se spectata inepti habeant. Nam *σωφρονοῦν στόμα, δίχη εὐάννημος, εὐθύπορον ἦθος, αἰνυλὸς ἔρωσ, αἰουσα ἀμαρτήματα, ἀταφοὶ πράξεις*, satis perspicua sunt. Quod autem ad reliqua pertinet, sunt illa certe vere ornantia, ponunturque partim similiter ut in *κακὸς θάνατος, κακὸς μόρος*, mala febris, mala cicuta, qualia constat etiam in quotidiano sermone fuisse frequentata. Sed haec quidem quasi praetereundo; pertinet enim eorum explicatio propius ad disputationem de iunctorum verborum usu.

Itaque his missis transgredimur tandem ad quartum locum, quem illustrare hac disputatione nostra constituimus, quandoquidem restat, ut etiam de nominum, quae abstracta vocantur, usu in Legum libris frequentiore disputandum sit. Hunc igitur usum primum paucis lustremus, exemplis eius in certa quaedam genera descriptis. Quo facto disquiremus, num quid in eo insit inepti aut molesti et quibus caussis eius frequentia in Legibus nitatur.

Potest autem usus nominum abstractorum, quae vocantur, pro concretis positorum, siquidem spectatur extrinsecus iudicaturque ex forma et specie grammatica, omnino duplex discerni. Aut enim nomina illa ponuntur pro aliis substantivis nominibus sed iis concretis, quae vulgo dicuntur, aut usurpantur pro adiectivis et participiis, quae alii nomini praedicati vel attributi loco adiunguntur. Utriusque generis exempla in Legibus reperiuntur plurima, quamquam aliquanto maior copia est eorum nominum, quae loco substantivorum posita sunt. Et ad prius quidem genus haec fere pertinent. Dicitur *ὑπαρξεία* pro *ὑπηρέται* Libr. VI. p. 753. B. XII. p. 956. E. Porro *φυγαί* pro *φυγάδες*, exsules, Libr. III. p. 682. E. *μηχαναί* pro machinatores malarum artium Libr. X. p. 908. D. *ἡ δούλεια* pro *οἱ δοῦλοι* Libr. VI. p. 625. B. *πρεσβεία* pro *πρεσβεῖς*

L. XII. p. 950. D. βασιλείαι τοῖς ὄμοισιν pro βασιλείς L. III. p. 648. A. et βασιλείαι pro regnorum incolae tam cives quam reges. Ibid. p. 682. E. ὀλιγαρχία et δημοκρατία pro ὀλιγαρχοὶ z. τ. λ. L. VI. p. 714. A. ἡ τυραννίς pro οἱ τυραννεύοντες Ibid. p. 714. D. δυναστεία pro δυνασταί Libr. III. p. 711. D. 714. A. D. 715. A. VI. 755. B. πολιτεία pro πολῖται Libr. VI. p. 714. C. δικαστήριον pro δικασταί Libr. V. p. 740 A. IX. p. 876. B. 880. D. XI. 932. C. p. 933. E. γερονσία pro γέροντες Libr. X. p. 905. C. γενεαὶ homines aliqua aetate viventes Libr. III. p. 679. D. μαινόμενα κηδεύματα pro γυνῆα μαινομένην Libr. XI. p. 926. A. πονηρίας σχήματα i. e. τῶν πονηρῶν Libr. II. 656. A. ξεική παράδοσις pro ξένοι παραδόντες Libr. XI. p. 915. D. σύστημα de civitatibus foedere iunctis Libr. III. p. 686. C. Ad posterius vero genus referas haec: Libr. I. p. 625. B. κνπαρίτων ὕψη τε καὶ κάλλη θανάσια, i. e. κνπαρίττοι μεγάλοι καὶ καλά θανάσιως. μέγθος τι ὠφελείας ἄξιον πολλῆς σπουδῆς Libr. I. p. 653. A. τὰς τῶν ἐορτῶν ἀμοιβάς, h. e. τὰς ἐορτὰς τὰς ἀμειβομένας Libr. II. p. 653. D. πόλεων δυνάμεις pro πόλεις δυνάμεναι Libr. IV. p. 707. A. ἡ χρεια τῶν παιδῶν liberorum indigentia, pro liberi indigentes tutela, Libr. XI. p. 924. C. Ibid. p. 924. C. παιδῶν ἰκανότης — ἀρόγη καὶ θήλια pro παῖδες ἰκανοὶ ἀρόγες τε καὶ θήλια. Nec abluunt ἢ τοῦ στρατοπέδου διανεμηθεῖσα κατασκευή, h. e. τὸ κατασκευασμένον στρατοπέδον διανεμηθέν Libr. III. p. 685. D. et τὸ ἔθος τῆς ἡμετέρας ἀπειρίας pro τὴν ἡμῶν εἰωθῆσαν ἀπειρίαν.

Haec igitur sunt fere, quae de utroque genere nominum abstractorum huc afferenda putavimus. Ea vero si quaeritur num sint pro ineptis aut vitiosis ducenda, videmur certe non audacius agere fortiter id negandum esse existimantes. Quod quidem quo clarius appareat quo iure ita statuamus, primum quidem illud monuisse non supervacaneum erit, quod hodie multi non satis tenent, nominum abstractorum usum non modo Platoni in aliis quoque libris admodum esse frequentatum, sed omnino Graecis mirum quantum placuisse. De qua re praeter eos, quos

memorat A. Matthiae Gr. Gr. §. 429., copiosius exposuerunt etiam Poppo Prolegg. ad Thucyd. p. 256. interpretes tragicorum Graecorum non uno loco, Bernhardy Syntax. Gr. p. 45 sqq. 53 sqq. quibuscum componas quae exposuit Ferd. Handius De Stilo Lat. p. 164. Praeterea vero etiam iure nostro videmur contendere et affirmare, eundem illum in libris Legum tam sapienter esse temperatum, ut non modo nihil quidquam habeat, quod referat posterioris aetatis hoc in genere saepe nimis declamatoriae licentiam, verum etiam plane respondeat legibus dicendi atque scribendi ab optimis quibusque melioris aetatis scriptoribus diligenter observatis. Certe quidem nihil tale reperias, quale est illud apud Curtium. De rebus Alex. M. VI. 5. quorum urbs obsessa erat a defectione, h. e. a partibus eorum, qui defecissent; unde iure quondam Niebuhrius coniecturam de aetate Curtii posteriore capi posse censuit. Etenim prioris quidem generis nomina abstracta, quae aliorum nominum substantivorum eorumque concretorum vicibus funguntur, omnia atque singula ei mori et consuetudini convenienter usurpata sunt, qui unus fuit legitimus, observatis etiam legibus elegantiae et subtilitatis. Nam quum illa omnino hoc habeant, ut quae nominibus concretis tamquam singulis rebus vel hominibus adhaerentia significantur, ea sic extollant, ut per se ac vi sua consistere nec iam rebus adiuncta esse videantur, tum inde varius ac multiplex eorum usus profectus est, qui partim etiam in vita communi viguit. Etenim alia ita usurpantur, ut aliquam hominum classem atque totam eorum multitudinem significant, ut quum dicitur ὑπηρεσία, die Dienerschaft, δουλεία, die Slavenschaft, πρεσβεία, die Gesandtschaft, βασιλεία, das Königthum, δυναστεία, die Herrschermacht, γερονσία, die Greisenschaft, πολιτεία, der Staat. Quae certe aliud quid significant, quam si dicitur: ministri, servi, legati, senes, domini, reges, cives. Nam haec si ponuntur, cogitatur de singulis; illis adhibitis iubemur cogitare de toto genere tamquam in se absoluto et in unum comprehenso. Cognatum vero cum hoc loquendi genere illud est, quo nomina abstracta societatem aliquam vel corpus

aliquod et collegium significant, adiuncta subinde etiam significatione gravitatis officii atque dignitatis muneris. Quorsum pertinent τὸ δικάστηριον, das Gericht, pro οἱ δικάσται, ἡ ἀρχή vel αἱ ἀρχαί, die Obrigkeit pro οἱ ἀρχοντες, itemque alia similia, quorum supra iniecta mentio est: ut quum nos dicimus: das Gericht hat entschieden; der Obrigkeit ist Jeder Gehorsam schuldig, al. Quippe etiam in talibus quum concreta, quae vocantur, nomina singulos homines significant, tum ea, quae sunt abstracta, omnem vim officii, muneris, collegii tamquam in unum comprehensam et ad generalem speciem evectam designant ac tamquam uno mentis obtutu spectandam proponunt. Iam vero ad haec etiam tertium accedit genus superioribus utique simillimum, sed tamen item nonnihil ab iis diversum. Indicant enim nomina abstracta interdum etiam genus eorum, quae in uno eodemque fortunae statu et conditione vel etiam communi actione versari cogitanda sunt. Huc vero pertinent superiora illa: γενεαί, homines unius aetatis, ut in πολλῶν γενεῶν ἄνθρωποι, quod simul est synecdochicum; γενή, tota exulum multitudo, alia. Denique etiam eos significant, qui toti aliquid sunt vel esse videntur. Quorsum pertinent μηχαναί, homines, qui sunt toti malarum artium artifices, et nomina in μα terminata, ut ἄλμα, νύμφημα, κηδεύμα, alia plurima, quae quam crebro isto modo usurpentur, ostenderunt interpretes ad Sophocl. Oed. T. 85. 1244. Aiac. 281. Antig. 756. Eurip. Hippol. v. 400. Phoen. 1498. Gregor. Corinth. p. 182. Nec abluunt inde talia: Plat. Gorg. p. 464. D. θηροῦνται τὴν ἀνοίαν, sectatur homines stoliditate insignes; er macht Jagd auf den Unverstand: et Aristophan. Rann. 676. οὐ σοφαί μυρία κάθηται, wo tausende von Weisheiten sitzen, quod facete dictum est de spectatoribus opinata sapientia inflatis, ut unusquisque eorum sibi videatur ipsam sapientiam tamquam repraesentare posse. Habent igitur omnia, quae supra de hoc genere commemoravimus, explicationem plane idoneam; neque παράδοσις ξενίη loco illo, ubi ista leguntur, diligentius pervestigato, quidquam difficultatis habebit, quandoquidem id conversione

quadam oratoria ita dictum est, ut notio traditionis vel redhibitionis extollatur. Ac tanto minus illa videntur admittere ullam perversitatis aut ineptiarum suspicionem, quod pleraque omnia etiam ex Thucydide, Xenophonte, aliis probae Graecitatis scriptoribus, exemplis consimilibus illustrari atque confirmari possunt.

Sed istud quidem, ne longior evadat disputatio, nunc placet omittere. Progredimur potius continuo ad considerandum eum nominum abstractorum usum, quo attributorum et praedicatorum munere funguntur. Ponuntur enim nomina substantiva abstracta primum loco attributi, ubi attributi vis maxima est, ita ut etiam in eo, quod praedicati locum obtinet, non tam substantivi quam attributi vis maxime spectetur. Quod etiam a Latinis ita fieri constat, veluti quum dicunt: gloriae magnitudo Ciceroni multam conflagavit invidiam, ubi non tam gloria, quam magnitudo gloriae invidiae causa extitisse narratur; vel: fortitudo Scipionis Carthaginem devicit, quod minime idem est, quod Scipio fortis devicit Carthaginem. Praeterea vero nomina abstracta etiam pro praedicato, quod vocant grammatici, usurpantur, ita ut locum nominis concreti obtineant. Quod quidem ea lege et conditione fieri consuevit, si rei vel personae alicui id, quod ei ut concretum quiddam possit attribui, tamquam totum et plane consummatum adscribitur, quasi ea illud ipsum totum sit, quod de ipsa praedicatur. Quod genus loquendi et ipsum satis frequens est. Ita in vulgus notum est illud Horatianum de Maecenate: O et praesidium et dulce decus meum, quod certe aliud quid significat, quam si dicatur: O Maecenas, qui mihi praesidio et ornamento es. Nec aliter Satir. I. 1, 67. Sulcius et Caprius, accusatores, magnus uterque timor latronibus vocantur. Iam vero hunc utrumque loquendi usum tenentes facillime iudicare poterimus de nominibus in libris Legum Platoniarum isto modo usurpatis. Ac de nominibus quidem abstractis ad personas translatis nunc non est quod post ea, quae iam supra exposita sunt, iterum dicamus. Itaque restat, ut de alterius generis exemplis explicandum sit. Pertinent vero huc illa Libr. I. p. 653. A

ubi certe liquidum est rectissime scriptum legi: *μεγεθός τι ἀρεθείας ἀξίον πολλῆς σπουδῆς*, quandoquidem primaria vis in magnitudine continetur, qua ipsa demum effici illud iudicatur, ut utilitas studio digna sit. Neque aliter interpretanda sunt illa: *ζυπαριτίων ὕψη τε καὶ κάλλη θαυμάσια*, ut quum Germanice dicimus: die wunderbare Höhe und Schönheit der Cypressenbäume, quod aliquantum differt a vulgari isto: wunderbar schöne und hohe Cypressenbäume, quandoquidem nomine abstracto virtus pulcritudinis et altitudinis in se spectata magis extollitur graviusque significatur. Cuius generis alium locum plane consimilem nuper in Phaedro Platonis communi codicum consensu a criticorum dubitationibus vindicavimus p. 229. D. ubi rectissime legitur: *καὶ ἄλλων ἀμυγᾶνων πλήθη τε καὶ ἀτοπία τερατολόγων τινῶν φύσεων*. Atque eadem plane ratio est etiam verborum: die Götter ordneten den Wechsel der Feste an, pro eo quod dici item potuit: wechselnde Feste, aliorumque, quae antea memorata sunt; quae iam singulatim percensere non opus videtur. In quibus quidem locis quod subinde etiam adiectiva nomini abstracto consociantur, quae proprie concreto nomini conveniunt, ut quum dicitur *παίδων ἰκανότης ἀφ᾽ ἑνὸς καὶ θήλεια*, habet istud quidem aliquid poetici; nec tamen in sermone pedestri, qui non sit a gravitate et sublimitate alienior, temere reprehendendum esse facile sibi persuadebunt qui quae de hoc dicendi genere disseruit God. Bernhardy Syntax. Graec. p. 52. sq. bene perpenderit.

Verum satis haec pro nostro consilio de nominibus abstractis in libris Legum usurpatis, quibus explicandis iam id effecisse videmur, ut hunc usum nihil vitiosi aut inepti et male affectati habere quam clarissime appareat.

Reliquum est igitur, ut aliquid de eius frequentia in his libris insolentiore adiciendum sit, quippe quae criticis visa sit suspiciosa. De ea vero quid existimari oporteat, cognito iam et perspecto ipso loquendi usu, haud sane difficile erit certius decernere. Nam ut nihil dicamus de eo, quod illa per se spectata in opere adeo amplo non tam magna est quam primo adpectu videatur, tulit certe etiam Le-

gum argumentum sic, ut hac loquendi ratione saepius esset utendum. Quis enim est quin sponte largiatur, usum eorum nominum, quibus aut collegia aut societates aut imperia aut dignitates aut hominum aliqua necessitudine coniunctorum status generatim designantur, legum latori non modo utilem atque commodum sed etiam necessarium fuisse, ut eo carere nullo modo potuerit? Et quis infitiabitur eundem illum etiam reliquae disputationi longe esse accommodatissimum, quippe qua eae res sint illustratae, quae absque illo vix ac ne vix quidem potuissent apte exprimi atque describi? Huc vero accedit, quod etiam universum genus dicendi Legum libris proprium, utpote subinde oratorium adeoque poeticum, hoc dicendi genere nullo modo destitutum esse potuit. Ex quibus omnibus certe clarum erit ac perspicuum, usum nominum abstractorum cum argumento et consilio horum librorum tam arcte esse coniunctum, ut nec eius frequentia quemquam iure morari posse videatur.

Atque his ita expositis tandem hanc partem disputationis finire licebit. Videmur enim iam abunde exposuisse, quid de usu singulorum verborum in Legibus Platonis eiusque probitate existimandum videatur, eademque opera etiam illustri aliquo exemplo ostendisse, quanta cautione opus sit, si quis ex usu loquendi de antiquorum scriptorum fide et auctoritate iudicium facere sustineat.

Cap. XVIII. Segment. II.

Disputatur de vocabulis coniunctis atque loquendi formulis.

Pergimus igitur ad vocabula coniuncta et nascentes inde dictiones, in quibus Zellerus item non pauca sibi visus est animadvertisse, quae genus loquendi minus Platonicum arguerent ideoque documento essent, Leges parum verisimiliter ad Plato-

nem auctorem referri: de quo loco disputat in Studiis Platonicis p. 88 — 100. ubi omnia, quae huc pertinent, concisa brevitate perstrinxit. De his igitur quid nos sentiamus, dehinc ita exponere conabimur, ut et ipsi quam maximae disserendi brevitati prospecturi simus.

Et illud quidem neminem putamus miraturum esse, quod in hoc opere reperiuntur etiam integrae dictiones et loquendi formulae, quae non modo minus tritae ac vulgares sunt, verum etiam aliquid habent insolentiae et audaciae. Quum enim Plato in eo talem effinxerit orationis formam ac speciem, qualem antea descripsimus, fieri profecto non potuit, quin etiam hoc in genere aliqua novaret, praesertim quum etiam senes eosque non modo Athenienses, verum etiam Dorienses, loquentes induxerit. In quibus rebus iudicandis rursus iusto longius processit Zellerus, qui non modo quae satis trita sunt et prope vulgaria pro inusitatis venditavit, verum etiam rariora et elegantiora notavit tanquam vitiosa.

Et inter ea quidem, quae a viro doctissimo malo errore tamquam singularia aut minus usitata reprehensa sunt, haec referimus. Iniuria ille p. 95. duram vocat constructionem nominum verbalium cum casu dativo. Eam enim Platoni longe esse usitatissimam quum ad Legg. I. p. 631. D. II. p. 670. A. 657. C. tum ad Cratyl. p. 437. C. Remp. VI. p. 493. D. V. p. 465. B. Parm. p. 128. C. Euthyphr. p. 13. D. 15. A. al. ostendimus. Porro p. 91. et 93. insolentem dicit usum genitivi in talibus: *φιλίας ὁμολογία* VIII. p. 840. E., *μανία ὀργῆς* IX. p. 869. A., *ἀνανδοίας δειλίαν* p. 873. C.; *λαιμαργία ἡδονῆς* X. p. 888. A. *χειμῶνων ἀνεποδησία* I. p. 633. C. Sed ut ille in aliis libris Platonis rarior sit, tamen non est moleste ferendus; significat enim rem, unde quid habeat originem suam. Nec vero ille apud Platonem adeo rarus est, sicuti dudum videmur ostendisse ad Politic. p. 294. B. 305. B. Legg. IV. p. 723. D. VI. p. 776. C. VIII. p. 848. B. IX. p. 870. A. al. De aliis vero Matthiae Gr. §. 375. adeundus. In eodem fere numero habenda sunt quae p. 93. monentur de loquutione: *μετὰ τὴν δόξαν τῆς διανομῆς*, de qua v. Comment. ad Libr. V. p. 746.

D. VII. p. 812. B. 794. C. al. Ac referimus sine ulla dubitatione eodem etiam illa, quae p. 91. sq. de periphrasi per *φύσις* ac *δύναμις* facta exponuntur. Quae quidem periphrasis adeo est pervulgata apud Platonem aliosque scriptores, ut rara aut insolens dici nullo modo debuerit. v. ad Phaedon. p. 79. B. Symp. p. 191. Legg. Libr. V. p. 747. D. III. p. 691. al. Iniuria porro p. 94. tamquam insolens notatur complurium genitivorum complicatio, qualis est I. p. 648. E. II. 665. B. 672. B. VI. p. 768. C. VII. 802. B. IX. 861. E. al. aut illa genitivorum coniunctio, qua fit, ut alius ex alio pendeat, ut Libr. II. p. 672. D. IX. 861. E. XII. 943. C. al. Est enim ea structura orationis adeo crebra, ut hic quidem exempla eius afferre poeniteat. Nec vero huc trahendum fuit illud *γινόμενον γίγνεται ἄν* II. p. 660. D. VII. p. 791. C. XII. p. 908. C. X. p. 906. E. al. Est enim haec verbi *εἶναι* et *γίνεσθαι* coniunctio cum participiis scriptoribus Graecis tam usitata, ut nec in Legibus, etiamsi ibi crebrius usurpetur, ullo modo displicere aut offendere possit. Accedit quod in talibus *γινόμενον* fere idem est quod *εἰ γίγνεται*, ut rectissime cum *γίγνεται ἄν* sit coniunctum. Praeter necessitatem porro tanquam singularia quaedam planeque mira reprehenduntur illa Libr. IX. p. 869. A. *ὀρθῶς μετὰ δίκης*. et X. p. 893. D. *τοτὲ μὲν ἔστιν ὅτε*. Nam istud *ὀρθῶς μετὰ δίκης* certe *ἐκ παραλλήλου* satis usitate dicitur nec magis offendit quam *ἐκὼν ἐκ προνοίας* XI. p. 932. E. *εἰς δύναμιν ὅ τι μάλιστα* Libr. IV. p. 717. C. V. p. 739. C. E. VI. p. 766. A. 777. D. 783. D. XI. p. 923. C. *ὡς ὀσιωτάτους κατὰ δύναμιν* IX. p. 877. D. VII. p. 817. B. *ὅτι μικροτάτω κατὰ δύναμιν* XI. 919. C. *ἐκ τοῦ παραχρήμα ἐξαίφνης* IX. p. 867. A. *ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἀληθῶς* Lachet. p. 183. C. *ταῦτη καὶ κατὰ ταῦτα* vel *οὕτω καὶ κατὰ ταῦτα* I. p. 626. A. X. p. 889. C. XI. p. 914. E. *παντὴ πάντως, οὐδαμῶς οὐδαμῆ, ὅπως καὶ ὅπη*, al. de quibus v. ad Phil. p. 60. C. Legg. III. p. 681. D. IV. 714. D. VI. p. 765. B. X. p. 899. A. B. XII. p. 966. A. 947. D. ac plurima cognata, de quibus v. Heindorf. ad Phaedon. p. 66. C. Boisson. ad Eunap. p. 163. sq. Maittair. De Dialect. Graec. p. 97. Quod vero cum *τοτὲ μὲν consociatur ἔστιν ὅτε*, id apud ipsum Platonem quo-

que in alio libro ita factum esse, in Commentariis ad eum locum demonstravimus. Nec vero magis moramur alia, quae visa sunt molestae perissologiae vitio laborare: Libr. I. p. 647. C. II. p. 657. B. V. p. 734. C. 738. D. 746. E. VI. p. 764. C. 776. D. XI. p. 929. A. et 920. B. de quibus satius visum est in Commentariis monere. Restat ut de uno dicendum sit, quod Zellerus p. 98. immerito tanquam violentum et contortum notat; collocationem particulae *ὡς* dicimus, qualis est Libr. I. p. 645. B. *περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν*, i. e. *περὶ ἡμῶν ὡς ὄντων θαυμάτων*; III. p. 700. B. *ὄδῃν ὡς τινὰ ἐτέραν*. VI. p. 762. C. 763. C. VII. p. 798. C. 802. E. al. Enimvero tantum abest, ut ea collocatio mirasit aut inusitata, ut prope constans et legitima esse videatur. De qua re diximus ad Phileb. p. 18. D. et Politic. p. 260. C. Sophist. p. 242. C. ubi consulendus est etiam Heindorfius. His igitur breviter disputatis facile opinor intelligetur, multa a criticis nullo iure in dictione ex coniunctis vocabulis castigata esse et vituperata, quae non modo non raro, sed etiam perquam trita atque prope legitima esse iudicari debeant.

Iam vero his ita transactis progredimur ad cognoscendum usum vocabulorum coniunctorum rhetoricum, qui tamquam insolens in Legibus vel notatus vel reprehensus est. Quorsum pertinent periphrasis nominum amplificationis oratoriae gratia facta atque tropica dictionum quarundam usurpatio ornatus causa adscita.

Itaque primum videamus de nominum periphrasi. Ea vero primo quidem adspectu utique videtur subinde habere aliquid, quod male sit affectatum, studiose quaesitum, denique a simplici et nativa elegantia sermonis Platonici alienum. Veluti quum Aegyptii Libr. XII. p. 953. E. *Θρόσματα Νείλου* vocantur, et poetae Libr. VII. p. 817. D. audiunt *παῖδες μαλακῶν Μουσῶν ἐκγονοί*. Ac pertinent huc etiam talia: Libr. XII. p. 700. D. *παίδων θρόσματα*; Libr. IX. p. 874. D. *ξυγγενητῶν τέκνων*, i. q. *ἄλοχος*; Libr. VII. p. 795. E. *Μουσῶν λέξις* pro *ποίησις*; Libr. VII. p. 796. E. *Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος δῶρα*; Libr. VI. p. 782. B. *δῶρα Ἀημητῶς καὶ Κόρης*; Libr. II. p. 672. A. *Διονύσου δωρεά*; Libr.

XI. p. 853. C. *ἀνθρώπων σπέρματα*: Libr. VI. p. 769. B. *ζωγράφων παῖδες*. At enim vero qui Platonis noverunt ingenium et rationem, ii certe largientur continuo, talia etiam apud ipsum reperiri in aliis dialogis, Phaedro, Philebo, Timaeo. Quare nemo certe mirabitur eiusmodi dictionis exempla extare etiam in Legibus, hoc est in eo opere, in quo philosophus, sicuti antea vidimus, orationem saepe effinxit grandiosem et magnificentiosem, quae a vulgaris sermonis consuetudine aliquantum recederet, idque deliberato consilio ita instituit. Accedit huc, quod non pauca illorum, quae memorata sunt, poetis quidem certe satis fuerunt usitata, ut nec a sublimiore prosae orationis dictione alieniora iudicanda sint. Nam nomina quidem in *μα* terminata, qualia sunt *θρόσματα* et *σπέρματα*, quam saepe usurpata sint, post ea, quae iam antea de iis exposuimus, certe hoc loco iterum docere minime opus est. Istud *ζωγράφων παῖδες* autem quam fuerit pervulgatum, nemo dubitabit, qui legerit vel ea, quae de huius formulae usu ad Phileb. p. 36. D. E. commentati sumus. Et quis quaeso dubitabit, quin etiam *δῶρα Μουσῶν* et *δῶρα Ἀημητῶς* crebris sermonibus usurpata sint, sicuti etiam apud nos fit dictionibus eiusmodi, quae quum per se poëticum colorem referant, tamen vitae communis res attingunt omnibus in medio positas? Nec vero ista omnia per se spectata habent quidquam inepti aut inficeti, praesertim quum nec alieno vel importuno loco posita esse reperiuntur, neque aliam ob causam videantur esse adhibita, quam de qua in superioribus explicavimus, quo loco genus dicendi in Legibus usurpatum universe descripsimus.

Accedimus igitur ad loquendi formulas atque dictiones oratorii ornatus causa usurpatas. Quae quidem quoniam nescio quid insolentis audaciae prae se ferunt, criticis protenus inelegantes sunt visae, quippe quae orationi turgidum quiddam et male affectatum afferant adeoque perspicuitati eius atque nativae elegantiae plurimum officiant. Fatemur tamen nobis quidem secus de ea re videri solere, quandoquidem, ubi probe meminerimus universi dicendi generis a Platone in his libris non sine iustis causis adhibiti, omnia atque singula, quamvis

subinde dicta sint audacius, idoneam excusationem paratam habere videbuntur. Sed videamus de singulis.

Et primum quidem illud *πειθοῦ κεραννύει τὴν μάχην*, quod legitur Libr. IV. p. 722. B., apertum est vitiatum esse, atque ita emendari oportere, ut pro *μάχην* aliud quid reponendum sit; quod quale sit, ostendimus in Commentariis. Quocirca hac in caussa memorari omnino non amplius debet. Porro quod legitur Libr. VI. p. 773. D. *οἶνος κολαζόμενος ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ*, id audacius sane dictum est displicuitque etiam Longino XXXII. 7. eo nomine. Nec tamen quidquam habet inficeti, sicuti item in Commentariis ostendimus. Quamobrem Plutarchus alique illud adeo imitatione frequentarunt, nihil scilicet de ista, quae crepatur, inelegantia unquam suspicati. Poëticum colorem refert etiam Libr. III. p. 691. D. *δίδυμον ἑμὴν φτενύσας τὴν τῶν βασιλέων γένεσιν ἐκ μονογενούς*. ubi tamen apertum est. Atheniensem de geminis Lacedaemoniorum regibus consulto loqui sublimiore oratione. Sed usitatus dictum videtur Libr. XII. p. 945. E. *τεχταινώμεθα δὴ τίνα τρόπον αὐτῶν* (int. τῶν πᾶσαν ἀρετὴν θανμαστῶν εὐδύνων) *τοιάνδε γένεσιν*: artificiose fingamus hunc euthynarum ortum. Nec vero abludit ab usu prosae orationis Libr. XI. p. 920. E. *ἔργων ἀποτελοῦντες γένεσιν ἑμισθον*, quamquam id enuntiatum est delicatiore verborum delectu pro vulgari: *ἔργα ἐπὶ μισθῷ ἀποτελοῦντες*. Porro illud *εἰς τὸ φῶς ἀγειν* vel *ἐπανάγειν*, palam proferre ac declarare, de rebus, quae disputatione explicantur, quum antea fuerint occultae necdum illustratae, IV. p. 724. A. VI. p. 781. A. VII. p. 788. C. IX. p. 869. C., nos quidem minime moratur, etiamsi bene sciamus, Platonem ea formula fere uti solere de rebus vere occultis, quae in lucem proferuntur. Nam utrumque, nisi male argutari velis, denique eodem redire iudicandum est. Dicitio porro illa Libr. X. p. 888. A. *ἴτω δὴ προόφῃσι τοιάδε τις τοῖς διεφθαμένοις*, etsi nescio quid poëticae habet, tamen ibi recte eleganterque ponitur, sicuti facile sibi persuadebunt, qui omnem sermonis continuationem consideraverint. Nec vero habet quidquam dubita-

tionis ὁ νῦν δὴ λόγος ἡμῶν ἐπιγυθείς Libr. VII. p. 793. B. praesertim quum ipse Plato eadem loquendi ratione etiam Politici p. 302. C. usus sit. Exquisitius autem est nec sine gravitate dictum: *πατρὸς ἢ μητρὸς ψυχὴν τολμῆσαι ἀποστρεῖν σώματος* Libr. IX. p. 873. A. Nec moleste ferenda metonymia Libr. I. p. 643. A. ubi disputatio dicitur procedere debere paullatim *πρὸς τὸν θεόν*, videlicet ad Dionysum, quoniam dehinc de usu vini deque computationibus disserendum est. Scita porro dicitio est et eleganter ad rem praesentem translata: *ὅταν (ὁ ποιητής) ἐν τῷ τρίποδι τῆς Μοῦσας κάθηται* Libr. IV. p. 719. C., habetque omnino totus ille locus orationem poëticam. Contra plane est usitatum et communi loquendi consuetudini consentaneum, quod Libr. XI. p. 936. C. mendicis interdicitur *εὐχαῖς βίων ἀνηνύτοις ξυλλέγεσθαι*, perpetuis et infinitis precibus victum colligere; nam *βίος* ea vi et potestate etiam a prosae orationis scriptoribus saepissime ita usurpatum esse constat. Neque ullo modo insolens est illud Libr. V. p. 730. D. *ὁ μέγας ἀνὴρ ἐν πόλει καὶ τέλειος οὗτος ἀναγορευέσθω νικηφόρος ἀρετῆ*. Nam *ἀναγορεύειν* verbum est in talibus solemne recteque etiam dicitur pro publice laudari. Denique attingisse iuvabit etiam Libr. VIII. p. 840. D. ubi primo certe ad aspectu audacius haec de bestiis dicuntur: *μέχρι παιδογονίας ἡἴτεροι καὶ ἀζηρατοὶ γάμων τε ἀγνοοῦσι ζῶσιν*. At qui secum reputaverint philosophum ibi cives, proposito etiam avicularum aliarumque animantium exemplo, ad tuendam castitatem et matrimoniorum sanctitatem cohortari, ii certe fatebuntur orationem ne hic quidem esse invenustam aut nimis audacem.

Cap. XVIII. Segment. III.

De universae orationis structura et compositione, deque rhetoricis quibusdam eius proprietatibus.

Atque haec quidem de verborum vel singulorum vel iunctorum usu grammatico et rhetorico. Pergimus

ad conformationem sententiarum atque periodorum compositionem. Quam quidem haudquaquam errare videmur si item maxime ex universo dicendi genere in his libris usurpato rectius veriusque aestimari posse arbitramur. Est autem illa in iis sermonis partibus, in quibus disputatur subtilius, longe aliter comparata quam in aliis, in quibus oratio paullo assurgit altius. Nam illic fere simplicior est structura enuntiatorum neque habet quidquam inusitati, praeterquam quod saepenumero aliquid negligentiae refert; quae qualis sit, postmodo declarabitur. Sed ubi locum habet genus dicendi amplum, copiosum, grave, ornatum, ibi vero protenus omnia fiunt artificiosiora; hic enim ampliores periodi tam simplices quam compositae crebriores; membra orationis protensiora; verborum connexiones et quasi complicationes exquisitiores, ut etiam numeri interdum nescio quid poetici sonent; structura et coniunctio verborum saepe mirum in modum libera et perplexa; usus denique oratoriarum figurarum mira libertate frequentatus. Quorum quidem omnium exempla afferre, quo facilius quid rei sit intelligatur, prope infinitum est nec vero necessarium. Extant enim fere innumerabilia suntque ea etiam vel in indicibus nostris variis locis consignata. Valent autem ista omnia profecto plurimum vel ad augendam dictorum vim et gravitatem, vel ad vim sublimitatis atque gravitatis adiuvandam efficiendamque sensibiliorem. Ex quo profecto intelligi debet, quam eleganter ac venuste scriptor etiam in sententiarum conformatione periodorumque structura versatus sit. Verum ad haec accedit etiam aliud quid, quod cum utraque ratione, quam descripsimus, fere coniunctum est. Regnat enim per omnem variorum sermonum decursum etiam quaedam orationis negligentia, qua ita fit, ut saepe commutetur structurae ratio, ut alia redundant, alia deesse videantur, alia inter ipsa non satis respondeant, alia sic enuntientur, ut ab uno genere, modo, gradu, numero, casu et tempore ad aliud transiliatur, ut denique larga hyperbatorum, traiectionum, commutationum, insequentiarum, vis atque copia locum habeat. Quod quidem qui continuo reprehenderunt vel ut minus Platonicum notarunt, ii iudicium suum utique inconsideratius paullo praecipitavisse existimandi sunt. Exegerunt enim

singula ad minutae diligentiae rationem, quae in eo cernitur, ut omnia quam accuratissime ad legitimae loquendi consuetudinis normam comparata sint. At enim vero veterum quidem scriptorum praestantissimi, Demosthenes, Lysias, Thucydides, itemque poetae tragici, comici, alii, tantum abest ut cum Isocrate ac similibus orandi artificibus istam diligentiam unice consecutandam indicaverint, ut etiam de industria voverint esse negligentiores vel potius liberiores. Senserunt enim homines sapientissimi, negligentiam istam, quae videretur, quatenus cum recta cogitatorum atque sensorum ratione bene consisteret, revera pulcrum quiddam esse atque elegans, quandoquidem non modo variaret et quasi temperaret orationis venustatem, verum etiam variorum sensuum, affectionum et sententiarum expressioni artificiose regendae atque moderandae egregie inserviret. Quocirca nec Plato in Legibus hac licentia dicendi abstinnit, adeoque ea in his libris tam saepe usus est, ut in nullo alio opere magis. Enimvero causa, quamobrem ita fecerit, minime est obscura, potestque facillime conici ex iis, quae supra a nobis explanata sunt. Quippe imitando expressit fere sermonem eum, qui non modo popularis sed etiam senilis videretur. Unde multis locis admisit, quae familiaris sermonis negligentiam referrent, idque fortasse etiam ideo fecit, quod Cliniam et Megillum, in disserendo minus exercitatos, cum hospite Atheniensi colloquentes introduxit. Sed quum haec sermonis negligentia optime conveniat disputationi sedatiori et tranquilliori, qualis plerumque est, tum eadem etiam artificiosissime coniuncta est sublimiori atque graviore dicendi generi. Nam est hoc ipsi naturae humanae consentaneum, ut qui magnarum rerum cogitatione repleti sunt atque generosiores alio aut altiore sensu affecti et concitati, ii missa rerum minutarum cura fervore pectoris abrepti sensa et cogitata sua liberius proloquantur. Atque est haec ratio, si verum fateri volumus, profecto talis, qua gravitatis et sublimitatis vis non debilitetur aut frangatur, sed revera augeatur atque amplificetur. Quippe ipsa haec insolentia legentes tanquam ultro commonefacit, nihil vulgare aut usitatum esse, quod nunc ipsum dicatur, sed potius tale

aliquid, quod, sicuti structurae insolentiam quandam pepererit, ita etiam maiore animi attentione dignum videatur. Ex quibus omnibus apertum erit, opinor, scite sane ac venuste negligentiam illam compositionis periodorum cum mediocri pariter atque graviore et sublimiore dicendi genere in his libris coniunctam esse, ut nullo iure quaecunque ad eam referuntur a criticis sint vituperata. Nec vero iisdem illis sic simpliciter de eo suffragamur, quod in rhetorica potissimum orationis conformatione complura inesse censuerunt, quae gravem mereantur notam censoriam. De quibus quidem rebus Ed. Zellerus disputat Studior. Platon. p. 74 sq. et 78. sqq. Sunt vero tria potissimum, quae ille scriptori vertit vitio. Primum enim ait multa supra modum augeri nimisque dici generaliter; quod constat tumoris esse proprium. Deinde reprehendit nimiam orationis verborum tanquam inanem garrulitatem, qua sententiae temere per longiores verborum ambages ducantur; in quo frigidius vitium maxime cerni novimus. Postremo etiam delectum imaginum, comparationum, exemplorum denique, parum aptum esse arbitratur, quod est sermonis male affectati vel etiam inficeti. Quibus quidem criminationibus licet non inviti largiamur nonnihil veri subesse, quod quale sit, postmodo ostendetur, tamen ea ipsa, quae ad confirmandam illarum veritatem in medium allata sunt, neutiquam eiusmodi esse censemus, ut naevos istos in Platonico opere revera haerere perspicue intelligatur. Habent enim omnia vel ex vulgari loquendi consuetudine, etiam aliis scriptoribus communi, vel ex genere dicendi, quod his in libris dominatur, quodque in superioribus universe adumbravimus, non modo excusationem sed etiam explicationem satis idoneam, ut non sit, cur eorum fontem in scribentis inscitia aut inertia quaerendum existimemus. Sed accedamus ad lustranda singula, quo certius perspiciatur, quibusnam rationibus nostra fulciatur sententia.

Dicamus igitur primum de hyperbolicae orationis exemplis, quae Zellerus attulit. Ea vero arbitramur omnia fere esse eiusmodi, ut in iis nihil animadvertatur, quod, re diligentius examinata, merito vitiosum censeas. Etenim illa Libr. I. p. 636. B. *ἀλλὰ καὶ θηρίων διεσφθ.* usitatam sane referunt

loquendi rationem ex usu sermonis quotidiani repetitam, sicuti demonstrasse videmur in Commentariis ad eum locum perscriptis. Atque idem plane existimandum est etiam de Libr. VII. p. 819. D. *ἀλλὰ υἱῶν τινῶν εἶναι*; in quibus ita demum offendas, si rem ex nostra loquendi ratione metiaris. Nec nos ullo modo morantur quae Libr. VI. p. 775. E. leguntur: *ἀρχὴ γὰρ καὶ θεὸς κ. τ. λ.*; quae vulgo non satis recte intellecta esse suo loco demonstrabitur. Minore etiam iure haereas in Libr. V. p. 727. A. *τιμῆ δ' ὡς ἔπος εἰπεῖν ἡμῶν οὐδεὶς ὀρθῶς*, sc. *τὴν ψυχὴν*, et V. p. 728. B. 732. A. VII. p. 797. A. VI. p. 773. D. *ὡς ἔπος εἰπεῖν δυνατὸς οὐδεὶς*, dummodo formulam loquendi: *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, recte interpreteris. Porro Libr. VII. p. 814. B. graviter quidem dictum est nec tamen inepte: *δόξαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καταχεῖν κ. τ. λ.* ubi vid. ann. Nec videmus, quid ineptae superlationis insit in verbis Libr. II. p. 665. C. *ὡστ' ἀπληστίαν εἶναι — καὶ ἡδονὴν*, cuius loci interpretationem videmur exhibuisse omni difficultate liberam, aut Libr. VIII. p. 829. C. D. ubi virorum fortium carmina, etiamsi minus fuerint laudabilia, tamen publice recitanda esse iudicantur. Proverbialis porro loquutionis usus cernitur in Libr. IV. p. 707. A. *λέοντες ἐν ἐλάφοις ἐθισσάμενοι φεύγειν*, neque caret ibi hyperbole vi sua et gravitate. Vere item recteque dicuntur illa Libr. IV. p. 708. E. *οὐδεὶς ποτε ἀνθρώπων οὐδὲν νομοθετεῖ, τύχαι δὲ καὶ ξυμφοραὶ, κ. τ. λ.* modo orationem meminimus esse emphaticam. De loco Libr. VIII. p. 834. B. quid existimandum sit, ostendimus in Commentariis, ubi eum critice emendandum esse docuimus. Denique nec inurbanitatis aut tumoris rem supra modum augmentis vitium agnoscimus in Libr. VIII. p. 838. E. sqq. et 839. B. siquidem ibi vulgaris lubricitatis turpitudine generosa cum indignatione notatur et exagitur, de qua re item plura dicemus in Commentariis.

Haec igitur sunt fere, unde criticus acutissimus ineptae superlationis et temerariae exaggerationis crimen, in scriptorem coniectum, repetiit. Quae quidem omnia nostro iudicio tam facilem habent vel excusationem vel defensionem, ut neutiquam ex iis

colligere liceat, orationem esse hoc in genere vitiosam. Quamquam non est diffidendum, reperiri hic et illic, quae minus definite et accurate, quam pro re nata velles, enuntiata sunt. Sed haec quidem alius sunt generis neque referri debent ad hyperbolae usum temerarium aut ineptum.

Accedimus ad alterum illud, quod in universae orationis habitu vitiosum notarunt; de quo v. Zellerus l. c. p. 76. sq. Putant enim eam saepenumero nimis amfractuosa et vano conatu per longiores ambages ductam esse. In quo etsi item veri quiddam inest, siquidem supra vidimus sermonem et senilis facundiae speciem referre et ad popularis intelligentiae captum esse compositum, tamen quae singula ad arguendum hoc vitium in medium allata sunt, ea certe vi probandi idonea fere carere existimamus. Quod rursus ita docere placet, ut singulorum locorum tamquam censum agamus. Quod igitur primum huc relati sunt ii loci, in quibus unum idemque simul et negando et affirmando exprimitur, ut Libr. IV. p. 718. D. *μη μέγα, σμικρόν δέ*. VI. p. 754. E. *μη καλήν, ἀλλ' αἰσχρόν*, est hoc genus loquendi profecto Graecis adeo frequentatum, ut nullo pacto intelligamus, cur illud in Legibus Platonis alicui displiceat. Cui enim ignota sunt talia: Sophocl. Oed. Tyr. v. 1230. *ἐκὼν κοῦχ' ἄκων*. Oed. Col. v. 935. *βία τε κοῦχ' ἐκὼν*. de quibus praeter alios explicavit Reisigius ann. crit. ad Oed. Col. p. 203. Aut quis offendant in Platoniceis illis Sophist. p. 216. C. *μη πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι*. Reip. VI. p. 485. D. *μη πεπλασμένως ἀλλ' ἀληθῶς*, quibus simillimum est istud Legg. I. p. 642. C. *ἀληθῶς καὶ οὐτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί*? Quocirca de his quidem verbo monuisse satis erit. Neque vero recte huc pertraxeris usum epexegetis Libr. I. p. 647. D. III. p. 687. C. 696. A. al., quae a Zellero p. 77. tamquam insolentia notantur. Talis enim epexegetis perquam usitata est, ut alibi ostendimus. Porro de locis Libr. II. p. 660. A. *την δὲ τῶν πονηρῶν — ἐν ἀηδέσι*. V. p. 740. D. *ἢ τοῖς ἐλλείπονσι*. I. p. 632. D. *τοῖς δὲ ἄλλοις ἡμῶν — καταγαγῆν*. VII. p. 816. E. *κοινωνὸν δὲ αἰεὶ τι γαίνεσθαι κ. τ. λ.* consulas quaeso Commentarios nostros, ac facile videbis, ne hic qui-

dem quidquam ineptae redundantiae aut molestae copiae reperiri. Atque haec quidem sunt documenta illa importunae scilicet exuberantiae orationis, quam critici gravi censura notarunt. Quibus quid efficiatur, vel ex his, quae diximus, satis, opinor, intelligitur. Quippe vitiosam esse orationem inde nullo modo efficitur. At enimvero illud quidem, ut diximus, ultro largiendum est, quod iam antea significavimus, esse orationem hic et illic copiosiore atque verbosiore. Cuius tamen rei causam vel in senilis sermonis imitatione vel in popularis perspicuitatis studio aliisque rebus similibus positam esse ex superioribus perspicuum fore existimamus.

Venimus porro ad usum insolentiorum translationum, imaginum, exemplorum, comparisonum, quem tetigit Zellerus p. 77. sq. Quem quidem usum scriptori parum prospere cecidisse vir doctissimus ex his locis demonstrare studuit: Libr. IV. p. 720. A. — E. (ubi moleste fert medicorum comparisonem) VI. p. 769. A. — D. quo loco inter se comparantur legum auctores et pictores; IV. p. 712. B. ubi lectio vulgata fraudem peperit, IV. p. 717. A. VI. p. 776. B. X. p. 898. B. IV. p. 718. D. VIII. p. 834. C. XI. p. 935. A. Quae quoniam propter locorum amplitudinem in praesenti longum est diligentius explorare et quid in iis insit vitiosi sedulo exquirere, satius duximus in Commentariis orationi Platonis subiectis tractare accuratius. Hic igitur sufficere verbo profiteri, videri nobis ista quoque sic scripta esse, ut, si modo universae orationis tenorem diligenter attenderimus, omnino nihil inepti habere existimanda sint. Quamquam illud quidem non minus infitias, esse etiam hoc in genere, quae minus placeant ac nescio quid affectati vel languidi habere videantur.

Sed hoc ipsum nos admonet, ut tandem aliquando de iis exponamus, quae in dicendi genere Legibus proprio ita comparata esse videantur, ut non sine causa displicere vel etiam offensioni esse possint. De quibus quidem rebus eo magis necesse est peculiari opera ut disputetur, quoniam illae ipsae maxime causam attulisse videntur, cur critici omnino

in oratoria totius operis ratione et conformatione offenderent. Itaque ad hanc disputationem nunc transgredimur.

Cap. XIX.

De vitiis quibusdam oratoriis Legum operi adhaerentibus eorumque causis.

Ostendimus igitur hactenus, quid de virtutibus orationis in Legibus usitatae existimandum sit, fecimusque id ea ratione, ut simul criminationes in illam coniectas retundere conati simus. Vidimus enim genus dicendi universe spectatum totius scriptionis argumento et ingenio plane convenire sollerterque excogitatum et inventum esse. Vidimus porro verborum tam singulorum quam iunctorum grammaticam et rhetoricam rationem eam esse, ut nihil quidquam habeat, quod aut ab elegantia et recta ratione abhorreat, aut ab usu Graecitatis ita recedat, ut vel ipso Platone vel eius aetate indignum censendum sit. Vidimus denique etiam universorum enuntiatorum ac periodorum structuram, quamvis subinde licentio-rem adeoque negligentio-rem, tamen non modo non esse a Graecorum more et consuetudine alienam, verum etiam sermonibus in Legum opere habitis optime convenientem, adeoque etiam laudibus oratoriis non ita destitutam, ut crimina tumoris, garrulitatis, elegantiae male affectatae, alia similia, in eam recte conferri queant.

Verum enim vero quod supra Cap. XV. Sect. IV. et Cap. XVI. Sect. III. et IV. de dialectica operis arte deque dialogi compositione professi sumus, videri eam, licet omnino sit probabilis adeoque sollertiae cuiusdam virtute insignis, tamen non omni ex parte perfectam, sed potius multis nominibus mancā et imperfectam esse; idem fere hic quoque nobis fatendum est virtutes operis oratorias uno quasi mentis obtutu contemplantibus et totam eius

speciem atque formam iam denuo intuentibus. Nam quum totum opus omnino quidem sua quadam gratia atque venustate niteat, tamen habet item nescio quid operosi et quasi aerumnosi, quod alicui minus placeat quodque ipsi ultimam limam non esse adhibitam arguat. Quod quale sit, paucis indicavisse sufficet.

Itaque primum dicendi genus ubi spectamus, est illud quidem, sicuti antea ostendimus, prudenter et rebus ipsis pariter atque colloquentium personis accommodate delectum, quandoquidem mixtum quasi et conflatum est ex genere sermonis tenui ac sublimi, cui interdum etiam accedit quaedam orationis mediocritas vario disserendi argumento attemperata. Sed hoc quum prudentissime ita sit institutum, ut facile ea in ratione agnoscas perfectum dicendi artificem, tamen orationi subinde adeo deest concinnitas et aequabilitas, ut etiam in vicina vitia degeneret. Nam simplicitas interdum abit in molestam quandam exilitatem, ut non modo res vulgares minimeque reconditae copiosius explicentur, quo de genere supra Cap. XV. Sect. IV. nonnulla attulimus, verum etiam oratione arida nimis atque ieiuna pertractentur, id quod de iisdem illis locis ita iudicandum est, quos simili in causa, ubi de dialecticis explicavimus, notandos duximus. Magnificentia autem ac sublimitas orationis, etiamsi maximam partem plane eximia sit atque omni laude digna, tamen subinde nonnihil traxit affectati atque tumidi, quod nativae elegantiae est adversarium. Quorsum pertinet imprimis nimia copia et frequentia inusitatae dictionis partim in superioribus exposita. Nam etiamsi singula, quae eo referuntur, per se spectata vitio carent neque sunt inelegantia, tamen crebra eorum repetitio denique legentibus satietatem ac taedium afferat necesse est, cuiusmodi satietatem vera et germana orationis virtus gignere nunquam solet. Huc accedit, quod subinde res aut non ad perspicuitatem usque explicantur, aut nimium dilatantur, quandoquidem subtilior earum desideratur explicatio, id quod iam supra Cap. XV. Sect. IV. et Cap. XVI. Sect. III. et IV. demonstravimus. Ex quo consequens est, ut etiam oratio subinde obscuritate laboret, quandoquidem huius ipsius fons primarius non tam in singulis verbis et dicendi formis aut in

verborum structura, quam in perspicuitatis penuria quaerendus est.

Sed videamus etiam de dictione, quae in verbis vel coniunctis vel singulis cernitur. Eam vero supra item docuimus castam utique esse, integram et intemeratam, siquidem quidque per se solum spectetur. Et vero speramus hanc sententiam nostram nec iis improbatum iri, qui Graecae dictionis, maximeque Platonicae, quasi gustum aliquem traxerunt. Nihilominus autem etiam hoc nomine quandam molestiam sentient, qui ad universae orationis colorem et quasi habitum animum suum attenderint. Nam habet sane dictio non raro aliquid quaesiti et operosi, quo non parum impeditur grata illa orationis facilitas, qua sermones Platonis plerique omnes vel maxime commendantur. Quippe insolens iste usus verborum poëticorum interdum sane mirus accidat necesse est; frequentia autem loquutionum insolentiorum, quamvis per se probabilium, tamen fieri non potest quin legentium animos paullatim fastidio quodam atque taedio afficiat haud absimili illi, quod ex nimia copia ciborum delicatiorum atque cupediorum contrahitur. Scilicet dicendum hic sane quod res est: querelae illae, quae nuper a criticis de perissologia, de affectata magnificentia, de tumore, de similibus denique vitiis operis, iactatae sunt, licet habita singularum dictionum ratione irritae fuerint et inanes, tamen catenus certe non omnino caussis destitutae sunt, quatenus in multis Legum locis rariorum verborum ac dicendi formarum studium ita dominatur, ut facile suspiceris, scriptorem de industria insolentioris dictionis et sermonis calamistrati atque delicatuli laudem aucupatum esse.

Iam vero ad structuram periodorum atque continuae orationis conformationem quod pertinet, etiamsi liberiores enuntiationum compositionem facile feramus utpote neque a linguae Graecae ingenio abhorrentem et saepe etiam gratae cuiusdam negligentiae, qualis sane in tales sermones, quales sunt qui in his libris habentur, optime convenit, speciem prae se ferentem; tamen in hoc quoque genere reperiuntur non pauca, quae haud sane levem offensionem afferant. Est enim oratio innumerabilibus fere locis

aspera, scabra, hiulca, ut prope videaris inter legendum in opere foede corrupto misereque lacerato versari. Habet eadem multiplices verborum traiectiones, inchoatae verborum constructionis perturbationes, variarum loquendi formarum confusiones et quasi mixturas, denique raras et insolentes loquendi formas cuiuscunque generis, easque omnes adeo dense accumulatas atque constipatas, ut saepenumero inde perquam tristis et insuavis facies eius oboriatur. Quin etiam periodi ceterum recte structae et compositae saepenumero adeo sunt difficiles, contortae ac perplexae, ut ideo vehementer displicere debeant. Quarum quidem exempla si quis requirat, percurrat is vel leviter Commentarios nostros vel etiam inspiciat quae in Indicibus ad eos concinnatis variis locis, veluti s. v. Enallage et Anacoluthon, consignavimus, ac facile videbit, quid rei sit. Nimirum ita est: habet etiam continuae orationis structura et compositio tantum asperitatis ac difficultatis, ut facilitatem illam sermonis Platonici in ipsa passim desideres facileque suspiceris scriptorem elegantiae minus fuisse curiosum.

Atque haec quidem quum ita sese habeant, sponte nascitur quaestio gravis sane ac subdifficilis, qui tandem fieri potuerit, ut Plato talem orationem effingeret. Videmur autem minime errare, huius rei caussas satis probabiles partim ex ipsa operis indole, partim etiam ex temporum, quibus compositum videtur, rationibus repeti posse, dummodo eorum meminerimus, quae de eius originibus atque fatibus antiquitus memoriae prodita sunt. De qua re hoc loco paucis exponere non a re alienum videtur. Itaque primum quidem illa orationis vitia quod attinet, quae in perplexo ac difficili itemque in diffuso aut male affectato dicendi genere cernuntur, videntur caussae et origines eorum maxime quaerendae esse in difficultate, quacum non modo novi argumenti in legumlatione occupati tractatio, sed etiam alienae orationis eiusque insuetae expressio atque imitatio, praesertim tam grandi senectute a scriptore suscepta, in Legum opere sine dubio coniuncta fuit. Fecit enim Plato, ut supra memoravimus, in his libris Cliniam, Megilum et hospitem Atheniensem de legumlatione ita

inter se colloquentes, ut non modo de omni legum copia et varietate earumque rationibus disputent, verum etiam seniles sermones eos instituunt, in quibus lenitas quaedam atque tranquillitas severa gravitate temperata cernatur. Quae quidem sermonis forma atque species quantum diversa sit ab aliorum sermonum Platoniorum rationibus, sponte apparet. Intelligitur vero item, quam ea ad effingendum natura sua difficilis fuerit, praesertim seni, non amplius illo mentis ingeniique vigore pollenti, qualis sane ad tantum munus rite perficiendum opus fuisse videtur. Quid igitur mirum, si passim in Legibus aequabilitas orationis ita desideratur, ut cognata virtutibus vitia admissa sint? Ac potuerunt profecto talia vitia tanto facilius irrepere, si senex scriptor constituerat totum opus primum fundere liberius, eo quidem consilio, ut postea iteratis curis illud limaret, emendaret, perpoliret. Nempe isto modo facile ipse sibi indulget, quae minus accurata, minus polita, minus denique recta atque sincera essent, emendaturus postea, quae primum liberius in litteras retulisset. Remansere autem ista omnia postea, quandoquidem fati iniquitate prohibitus est, quominus universo operi extremam limam admoveret.

Nec vero aliter sentimus de caussis liberioris ac negligentioris periodorum structurae atque asperitatis illius, quae hic et illic in totius orationis conformatione cernitur. Nempe coniecit Plato subito in chartas vel etiam cerae commisit quae apud animum commentatus erat, idque eo modo fecit, ut, quum novam scribendi materiam sumsisset difficilior tractandam, tum etiam sermonem talem, qualem antea adumbravimus, artificiose effingere studeret.

Quocirca multa scripsit gratiae indulgens negligentiae; multa item minus elaborata dedit; denique nonnulla etiam minus sollerter polita reliquit. Quale quidem opus quum postea Philippus Opuntius accepisset atque edendum statuisset, factum ita esse verisimile est, ut ea tantum, quae plane manca viderentur, subinde expleret et emendaret; pleraque omnia autem, si modo ferri possent, intacta relinqueret, ratus scilicet, opus summi philosophi, etiamsi minus esset ad perfectionem usque elaboratum, tamen vel

sic posteritati gratum acceptumque fore; in quo enim profecto nequaquam fefellit expectatio.

Atque haec quidem de caussis vitiorum orationis, quae in Legum opere haerere ultro concedendum esse arbitramur. Quae si probabiliter disputata sunt, clarius sane apparebit, opinor, ne dictionem quidem in Legibus usurpatam talem esse, unde argumenta, quae ad evertendam operis fidem et auctoritatem valeant, ullo pacto repeti possint. Nam quum vitia, quibus illud laborare videtur, facilem habeant vel explicationem vel excusationem, tum etiam per omnia explendescit ingenii Platonici virtus, quandoquidem oratio non modo Attica est, sed etiam signa refert et argumenta artis et elegantiae Platonicae longe evidentissima.

Iam vero his ita expositis continuo nobis liceret ad finem disputationis procedere, nisi unus adhuc locus antea pervestigandus superesset. Censet enim Zellerus extare in Legum opere multa eaque satis manifesta servilis imitationis vestigia, quandoquidem non pauca ex aliis Platonis scriptis aut sinistre repetita aut prava imitatione expressa sint. De qua re ille copiosius disputat in Stud. Platonn. p. 100. sqq. Quocirca de hac quoque re nobis disputandum putamus, ne quid temere praetermissum esse dicatur, quod ad aestimandam iudicandamque Platonici operis auctoritatem aliquid faciat. Versabimur autem hac in re tractanda sic, ut quidquid ille hanc in rem protulit, id ipsum quoque fideliter referamus. Fatemur enim libere, nobis ipsis neutiquam contigisse esse tam felicibus, ut talis imitationis vestigia nostra ipsorum opera indagare liceret.

Cap. XX.

Disquiritur, num qua vestigia imitationis aliorum operum Platoniorum in Legibus extant.

Facere autem hic non possumus, quin ante omnia deploremus miseram Platonis fortunam, qui, quocun-

que modo fecit, semper in acutissimi critici reprehensionem incurrat. Nam sive bonus philosophus sibi usque constitit pristinamque aliquam sententiam suam constanter servavit, protenus obiurgatur, quod sua temere iteraverit molesteque prae ingenii scilicet inopia vel tarditate rursus inculcaverit; sive nonnihil discessit a suis eaque paullo aliter explicavit atque fecisset antea, continuo arguitur inconstantiae atque laesae in semet ipsum fidei, imo etiam stoliditatis et ineptiarum accusatur. Qua ratione fit, ut denique utrinque laqueis constrictus teneri videatur plane inexplicabilibus. Neque tamen vel hac rerum conditione caussam philosophi desperandam putamus. Etenim inspectata paullo accuratius istorum laqueorum fabrica non ita difficile erit nodos illos exsolvere atque scriptori suam vindicare et libertatem et dignitatem.

Versatur vero totius rei cardo in eo, ut diligenter attendamus, quid pro servili imitatione habitum vel potius venditatum sit. Quae si revera nulla videbitur, certe futurum erit, ut scriptor sine dubitatione a crimine in ipsum coniecto liberetur ipsiusque operis auctoritas salva et incolumis habeatur.

Itaque primum quidem Zellerus nomine imitationis insignivit repetitum usum certarum quarundam formularum apud Platonem alibi quoque saepius obviarum. Id quod facile intelligas ex iis, quae Stud. Platt. p. 10. sq. exposuit. Quippe ibi pro imitationis exemplis, unde Legum auctorem sua ex genuinis scriptis Platonis temere consarcinasse appareat, haec attulit: *αὐτοὶ γὰρ ἔσμεν* VIII. p. 836. B. *ὁμοῦ πάντα χοήματα* XII. p. 967. C. D. *τέλεον τὸ ἐνύπνιον* XII. p. 969. B. *καθάπερ κνσὶν ἰγνεοῦσαις* II. p. 654. E. *μυθολόγημα τοῦ Σιδωνίου* II. p. 663. E. *οὐ γὰρ μὴ ποτε γένηται* III. p. 690. B. *οἶον νεοτῶν γέννησιν καὶ τροφήν* VI. p. 776. A. *λοιδορήσεις γε ἐπὶ λθρον ποιηταῖς* XII. p. 967. C. D. Hoc igitur primum genus est servilis ac temerariae scilicet imitationis, quod statuitur. Quid vero? tunc quoque, quisquis haec legis, ista eiusmodi esse censebis, unde Legum auctorem appareat Platonis scripta temerario ausu compilavisse? Haud sane crediderim. Nam sunt profecto istae formulae et dictiones fere omnes

multo usu tritae maximeque celebratae, ut non modo apud Platonem sed etiam apud alios scriptores crebro inveniantur. Perperam certe statueris, eum, qui cum Platone dixerit: soli sumus inter nos, aut Phoenicium mendacium cum eo memoraverit, aut canum sagacium comparisonem similiter atque ille adhibuerit, aut post eum usurpaverit Anaxagoreum illud: *ὁμοῦ πάντα χοήματα*; aut pervulgata illa structura verborum: *οὐ μὴ ποτε γένηται*, illius more legitime usus sit, continuo pro inepto imitatore habendum esse. Nisi forte etiam eum ut Platonis imitatore notaveris, qui his usus fuerit: *οἶμαι μὲν ἔγωγε, ἐγὼ γοῦν συγχωρῶ, ὁμοίως γε σὺ λέγων, καλῶς τοῦτο γε λέγεις, καὶ μάλ' εἰκότως εἰρηκας, πῶς γὰρ οὐ;* πάν μὲν οὖν, et quae sunt id genus alia. Apage igitur cum ista imitationis criminatione, quae si valeat, scriptores innumerabiles fuerint eidem crimini obnoxii, et ipse Plato quoque saepissime etiam in aliis scriptis serinia sua compilasse censendus sit.

Sed videamus etiam de alio genere indiciorum pravae imitationis, quod sagacissimus criticus odoratus est. Censet enim p. 101. sqq. si quae in Legibus iteretur sententia aut pars doctrinae apud Platonem iam alibi illustrata reperiat, id certo arguere, Legum auctorem sua a Platone mutua sumsisse huiusque legisse vestigia. Quam in rem comparat Legg. II. p. 660. E. sqq. cum Rep. III. p. 392. A. — Legg. II. 661. E. — 663. A. cum Gorg. p. 474. C. — 478. E. — Legg. II. p. 669. B. — D. cum Rep. III. p. 395. D. — 396. B. — Legg. IV. p. 719. C. sq. cum Rep. III. p. 394. E. sqq. X. p. 603. C. sq. Legg. VII. p. 817. A — D. cum Rep. p. 398. A. — Legg. IV. p. 709. A. — 712. A. cum Rep. V. p. 473. B — E. VI. p. 487. A. 499. C. sq. 502. A — C. VII. p. 540. D. sqq. — Legg. III. p. 700. A. — 701. B. cum Rep. IV. p. 424. C. — Legg. III. p. 701. B. cum Rep. VIII. p. 562. C. sqq. — Legg. XII. p. 942. C. cum Rep. VIII. p. 562. C. sqq. — Libr. IV. p. 713. B — E. cum Politic. p. 69. C. sqq. — Legg. IV. p. 714. B. — E. coll. III. p. 690. B. C. cum Rep. I. p. 343. C. 344. C. Gorg. p. 484. B. 488. B. — Legg. V. p.

733. A — D. cum Protag. p. 354. C — E. — Legg. V. p. 745. E — 746. D. cum Rep. V. p. 471. C — 473. B. — Legg. VI. p. 773. A — C. cum Politic. p. 310. B. sqq. — Legg. VIII. p. 837. A — D. cum Sympos. p. 180. C. sqq. et. 200 sqq. Phaedr. p. 255. E. sqq. — Legg. X. p. 893. B — 894. A. cum Parm. p. 138. C. sq. Theaet. p. 181. C. sqq. Tim. p. 43. C. sqq. — Legg. IX. p. 859. D — 860. D. cum Gorg. p. 476. B — 477. A. — Legg. III. p. 676. B. sqq. cum Tim. p. 20. D. sqq. Nimirum quae ex Legum libris sunt indicata, ea vir doctissimus arbitratur ex ceteris Platonis scriptis aut temere corrassa maleque consarcinata aut in brevius contracta aut denique male sano iudicio prave mixta et confusa esse. At enim vero locis illis propius inspectis diligentiusque examinatis certe aliquanto aliter iudicandum videbitur. Nam primum quidem minime mirum accidet, quod Plato in Legibus subinde iteravit vel denuo exposuit et illustravit, quae iam alibi data opportunitate illustravisset. Nam qui tandem aliter fieri potuisse existimabimus, quum in amplissimo hoc opere identidem iidem philosophiae loci attingendi atque tractandi fuerint, qui etiam in libris De Republica, Gorgia, Politico, aliis scriptis illustrati sunt? Quippe de musica et gymnastica, de virtute civitati proposita, de difficultatibus, quibus perfectae civitatis constitutio impediretur, denique de aliis multis id genus rebus, quis quaeso est quin protenus videat necessario etiam in Legibus disputandum fuisse, nisi philosophus institutam in his libris disputationem denique mancā et imperfectam relinquere vellet? Iam vero si quaeritur quamquam id ratione fecerit, videmur iure nostro affirmare atque contendere, nihil quidquam ab eo stolide aut inepte repeti solere, sed omnia totius operis rationibus convenienter sollertissimo consilio vel fusius illustrata esse vel in brevius contracta vel etiam aliorum deflexa; de qua re non uno loco copiosius exposuimus in Commentariis. Quid igitur? rebus ita comparatis licebitne iure vel levissimam ex istis capere temerariae imitationis suspicionem? Ad haec vero accedit etiam aliud quid diligenti animadversione longe dignissimum. Etenim quum interdum eadem res ac sententiae proferantur, quae in aliis

libris Platonice tractatae sunt, tamen nulla usquam deprehenditur verborum convenientia, nisi quam necessario pepererunt ipsae sententiae. Quod ad causae iudicium sanequam est longe gravissimum. Servi quippe imitatores in talibus longe profecto aliter solent versari; qui tantum abest ut omnia liberaliter proferant certoque alicui consilio suo propria ratione accommodent, ut animi mentisque inopes undique aliena temere corradant ac ne verbis quidem et dictionibus alienis abstineant. Sed Legum conditor, hoc est Plato, qualem se in hac causa praestiterit, id luculentissimo exemplo cognoscitur e Libro IV. p. 713. B — E. ubi civitatum rectoribus atque ipsis civibus Saturnii regni exemplum ob oculos ponitur. Ibi enim etsi utitur eadem fere narratione, quam etiam Politic. p. 269. C. sqq. exposuit, tamen tota fabula et ad alium finem refertur et eo modo immutata legitur, ut plane nova extitisse videatur; de qua re videmur alio loco ita disputavisse, ut non iam opus sit nova argumentorum confirmatione. Iam vero haec si vere a nobis animadversa sunt, quid tandem de tota hac causa, quae agitur, iudicandum erit? Nimirum paucis dicere licebit quid nobis videatur. Etenim magna illa exemplorum copia et multitudo ad alendam confirmandamque sinistrae imitationis suspicionem contracta ne tantillum quidem eo valere existimanda est, ut de operis fide et auctoritate dubitandum sit. Imo manet Plato nostro iudicio etiamnum in statione sua, ut qui istis captiosae dialectices laqueis minime sit circumventus aut humi prostratus.

Sed tertium etiam in medium affertur imitationis genus, unde scriptori mala conflatur invidia. Etenim illud quoque Zellerus l. c. p. 106. sqq. Legum auctori vitio vertit, quod non uno loco illustrata dicta splendorumque sententias, quae alibi apte eleganterque usurpenter, perquam sinistre et inficete ad rem suam traduxerit et adhibuerit. Quod quidem certissimo argumento ait esse, auctorem operis fuisse hominem fatuum et ineptum, qui bonis a Platone sibi suppeditatis uti nesciverit. Quo nomine notat hos locos: Libr. I. p. 642. C. D. 644. C. III. p. 690. E. V. p. 732. B. C. VI. p. 751. B. 752. A. 772. E. XII. p. 963. D. III. p. 684. C. V. p. 734. E. sqq.

VII. p. 811. C. VIII. p. 846. D — 847. A. IX. p. 854. D. X. p. 904. A. XdI. C. p. 960. Gravis vero accusatione, ac tanto truculentior, quod adeo cum bonae estimationis discrimine est coniuncta. Nihilominus vero hic quoque nostra sententia salva stat Platonis fides, quandoquidem nec ineptiarum crimen verum videtur, nec servilis imitationis studium usquam animadvertitur. De qua re quoniam longum est ac difficile hoc loco peculiari opera exponere, in annotatione ad singulos illos locos rem tam certis argumentis confirmabimus, ut extra omnem dubitationem ponatur. Unum tamen locum hic exempli causa memorasse iuvabit. Est is Libr. I. p. 642. D. E. ubi Epimenides narratur decem annis ante belli Persici initium Athenas venisse. Quod quum omnibus historiae testimoniis mirum quantum adversetur, Zellerus continuo suspicatus est scriptorem propter ineptam imitationem loci Sympos. p. 201. D. in ingentem istum errorem delapsam esse. Quippe ibi Diotima narratur pestem ab Atheniensibus precibus suis in decennium averruncasse. At enim vero quis tandem sibi persuadeat scriptorem mera decennii mentione eo esse deductum, ut de belli Persici ipsiusque Epimenidis temporibus res plane inauditas comminisceretur? Nimirum causam narrationis illius aliter esse expediendam verissime censuerunt alii, ut mirae istius temeritatis suspicio omnino procul habenda sit. Et haec quidem de putidae et ineptae imitationis crimine in Legum auctorem coniecto. Quod posteaquam quale sit, satis apparuit, age tandem aliquando accedamus ad disputationis conclusionem. Colligenda enim nunc veluti singula eius puncta sunt, quo denique quid de universo Legum opere eiusque auctoritate existimandum sit, certo decernatur.

Cap. XXI.

Disputationis conclusio. Legum auctoritas non labefactata. Auctor operis non est Philippus Opuntius neque alius scriptor ignotus, sed ipse Plato.

Videmur vero superiore disputatione hoc effecisse, ut non modo amplissimi operis ars et compositio in illustriore luce collocata sit, verum etiam luculentissime apparuerit, rerum in eo tractatarum materiam talem esse, ut quo diligentius eam consideraveris, eo minus possis dubitare, librum non alii auctori nisi ipsi Platoni tribuendum esse. Quod quidem quo luculentius intelligatur, age summatim iam repetamus eorum memoriam, quae supra particulatim de his rebus disputata sunt.

Itaque primum quidem consilium operis exploratum habemus nec alienum esse a ratione et ingenio Platonis et excelsi animi philosopho longe dignissimum, ut causae in propatulo sint, cur summus philosophus ad illud scribendum et in lucem publicam emittendum aliquando animum appulerit. Neque enim ea, quae alibi de legum in perfecta republica usu supervacaneo tradidit, ipsi hac in scriptione ullo modo offecerunt, nec philosophiae studia, quibus usque deditus fuit, quominus tale opus conficeret, impediverunt, nec denique scribendi consilia aliquando suscepta talia fuerunt, quae Legum scribendarum facultatem auferrent penitusque prohiberent. Quin ipse verbis clarissimis tam in Politico quam in Legum opere prodidit, quidnam illud fuerit, quod in his libris conficiendis sequutus est. Quamobrem de hac quidem re nulla profecto potest esse lis et controversia, nisi forte consulto argutari et quae solis luce clariora sunt inanibus tenebris temere involvere maluerimus. De argumento autem scripti ubi seiscitamus, quum illud totum sit consilio scribendi accommodatum, tum idem cum subtiliore philosophi doctrina eam habet necessitudinem et conjunctionem, ut iis, quae in Politico et Republica exposita leguntur, non modo nulla ex parte adversetur,

sed iisdem illis etiam plenior lucem affundat, quandoquidem clarissime inde perspicitur, quaenam optima civitati cum ipsa vitae veritate coniunctio ac necessitudo intercedat. Declaratur enim, quidnam philosophiae ratio et doctrina pro praesenti rerum humanarum conditione in ipsa hominum vita efficere et quo modo civilis societas vitae veritati cognatior ad maiorem quandam perfectionis laudem provehi et optimis legibus iisque perfectae rationis vicariis instructa atque gubernata ad quam maximam cum perfecta civitate similitudinem perducere possit, ut profecto nihil vidisse existimandi sint, qui Platonem contenderunt scribendis Legibus optimam, quam in Politia condidisset, civitatem ultro improbatum aut reiecturum fuisse. Nimirum non mutavit ille sententiam de optimo civitatis statu quondam proditam, sed eandem potius posuit in loco illustriore certiusque confirmavit, quandoquidem sicuti in Republica divinae ideae lucem ad vitam humanam quasi de coelo detulit, ita in Legibus vitam humanam ex ista humilitate, ad quam deiecta esset, ad illius excellentiam ac magnificentiam attollere conatus est. Itaque quaecumque in Legibus de elementis ac principis civitatis, quam condidit, de eiusdem optimo statu et regimine, de civium ordinibus, de eorum institutione et disciplina, de fine reipublicae proposito, de eius cum virtute coniunctione ac necessitudine, de virtutis et honestatis disciplina, de religione et cultu deorum, denique de legibus et institutis civilibus disseruntur, ea etsi secundariae, quam informavit, civitati accommodata sunt ideoque prudenti consilio populariter potius quam subtiliter exposita, tamen tam admirabili sollertia iuncta sunt atque copulata cum scitis ac decretis in libris De Republica illustratis, ut utraque in summa quae esse videtur diversitate nihilominus amicissime conspirare et ad unum idemque propositum referri existimanda sint. Quid quod Leges, etiamsi careant doctrina de ideis, tamen revera eiusdem fundamento sunt superstructae, utpote plane ad perfectae reipublicae exemplar comparatae. Quod vero in hoc opere plurima traduntur, quae non tam ex reconditionis philosophiae penetralibus deprompta quam e vitae communis usu et experientia hausta

sunt, id profecto per ipsius consilii, quod philosophus sequutus est, rationes aliter fieri nullo modo potuit. Neque id abhorret ab eius ingenio vel studiis; quem qui dictitarunt unice in beata quadam rerum divinarum contemplatione versatum esse et prope habitavisse, neque animum magnopere ad rerum humanarum observationem et considerationem demisisse, nae isti quidem invitum in divinum quasi quoddam ergastulum compegerunt et tantum non ex humana societate exulare iusserunt. Itaque ista quidem omnia sunt eiusmodi, ut nullo modo inde caussae repeti posse videantur, cur argumentum operis studiis et consiliis Platonis minus dignum esse arbitremur, praesertim quum nec quidquam in eo reperitur, quod aut historiae fidei aut ipsius philosophi doctrinae aliunde cognitae contrarium sit. Iam vero etiam materiae tractationem atque formam operis et compositionem spectantes haud sane reperiemus, in quo multum offendamus. Descriptio certe universae disputationis, dummodo diligenter explorata et perpensa fuerit, unicuique ea videri debet, quae omnes numeros artis Platonicae referat atque instituta sit sollertissime, ut nec dubitare liceat, quin philosophus statim ab initio susceptae scriptionis omnem fere materiae vim atque copiam omnemque eius tractandae viam et rationem mente et animo suo comprehensam tenuerit. Quo magis profecto mirandum est, quod nuper extiterunt, qui, hac re neglecta Platoni neglectum disputationis ordinem verterent opprobrio adeoque tamquam normam praecipere, ad quam disputationis ab eo institutae cursum directum esse vellent. Enimvero est sane interdum facilius suis indulgere opinionibus, quam quid alii senserint diligenter investigare eique rationi convenienter de operibus eorum iudicare atque statuere, quod certe in aestimandis Legibus maxime fuit necessarium. Nec vero minus laudis habet ornatus dialogi scenicus, qui etsi est perquam simplex atque exiguus, tamen cum sermonum argumento et reliqua rerum tractatione tam egregie convenit, ut non modo criticis, quid in eo reprehenderent, nihil fere praebuerit, verum etiam elegantiae Platonicae manifesta signa et documenta referat. Atque idem

fere etiam de colore colloquentium sermonibus inducto existimari posse videtur. Quod enim dialogus subinde una cum gravitate etiam austeritatis cuiusdam tristisque severitatis speciem habet; quod hic et illic insolentiorum quandam granditatem consecatur; quod multis in partibus pia et religiosae sapientiae sensibus est perfusus; quod non raro tamquam tardiore gressu incedit habetque lentitudinem quandam; quod denique non uno eodemque sed potius admodum vario ac multiplici dicendi genere utitur, quandoquidem sermonem habet modo simplicem ac tenuem, modo mediocrem, modo celsum, elatum, sublimem; sunt profecto haec omnia eiusmodi, ut non tam virgula censoria notanda quam laudis honore mactanda fuerint, quippe quum scite et sapienter ad universi operis indolem rationemque attemperata sint. Nam quod negant eundem orationis colorem apud Platonem usquam alibi reperiri, id certe nunc quidem nemini cuiquam scrupulum iniiciet, quandoquidem virum sapientissimum vidimus omnino in scribendo hanc sibi legem statuisse, ut pro rerum ac temporum varietate etiam stilum, quo usus est, artificiosius variaret, eiusque rationis exempla perquam illustria etiam alibi apud eum reperiri animadvertimus. Itaque haec quidem omnia talia esse apparet, unde argumenta, quae ad infirmendam Legum auctoritatem valeant, haudquaquam repeti queant. At enim vero sunt sane alia quaedam, quae revera molestiam et difficultatem afferant. Haerent enim critici in argumentatione Legibus peculiari, cuius aptum tenorem idoneumque progressum hic et illic desiderant; haerent item in sermonum continuatione, in qua saepius requirunt aequabilitatem et constantiam; haerent denique in dictione atque elocutione, quam non raro asperam et hiulcam, interdum etiam insolentius affectatam vel audacem esse conqueruntur. Nec vero illi iniuria. Nemo enim recte iverit infitias, reperiri omnino in Legibus non pauca id genus vitia, quae qualia sint, in superioribus demonstravisse videmur. At enim vero licet hoc ita esse ultro concedendum sit, tamen cur ideo malas de universi operis fide et auctoritate suspiciones alamus, nulla omnino causa suppetere videtur. Nam primum quidem diligenter animadvertendum est, in

argumentatione, quamvis saepe sit difficilior atque operosior, tamen nihil usquam deprehendi inepti, nihil putidi, nihil denique insulsi aut absurdi; in sermone porro, etiamsi rerum explicationem aequabilem saepius desideraveris, siquidem hic et illic omissa sunt, quae uberius illustrata velles, aliis autem locis per nimias ambages ducuntur, quae nolles tam copiose tractata esse, tamen nihil insipidi aut inurbani investigari posse; denique dictionem nihil quidquam habere, quod aut ab Atticae linguae usu et consuetudine abhorreat aut pro vitioso ducendum sit aut Platonis morem et ingenium dedeceat. Quae omnia profecto unumquemque debent gravissime commovere, in aestimanda Legum fide et auctoritate cautius esse versandum, quandoquidem ista signa et argumenta portendunt haud dubie praeclari ingenii scriptorem, ut qui vel in negligentia non extiterit usquam vitiosus. Praeterea vero accedit alterum, in hac causa certe dignissimum, quod momentis suis ponderetur diligentissime. Quicumque enim meminerint, qua aetate Legum libri a Platone litteris sint consignati quamque fortunam nascentes subierint, quandoquidem post senis auctoris obitum a Philippo Opuntio ex ceratis illius tabulis transscripti et in lucem emissi esse feruntur, hi certe nullo negotio intelligent, qui fieri potuerit, ut etiam quae minus probanda sint in amplissimum opus irreperent. Nam primum quidem operis conditor quae tabulis commiserat ipse non perpolivit utpote senex grandaevus morte oppressus. Deinde nec veridissimile est, Philippum Opuntium in transscribendo, prouti opus videretur, hic et illic aliquid mutavisse, addidisse, supplevisse, quamquam eum ceteroquin in reddendis ipsius Platonis verbis diligentissime versatum esse vel praesens operis species atque forma fidem facit. Haec igitur omnia qui secum diligenter perpenderit, ii facile opinor, largientur, ne ea quidem, quae in Legibus manca et imperfecta videantur, eiusmodi esse, ut de ortu operis Platonico dubitare cogamur, praesertim quum germanam eius originem testes antiquitatis longe locupletissimi mirifica consensione confirmant. Etenim sunt profecto veterum scriptorum testimonia, quibus operis auctoritatem stabiliri vidimus, longe et gravissima et certissima, quibus omnino tantum tri-

buendum censemus, ut vel unius Aristotelis auctoritas omnibus opinionibus eorum, qui Legum opus suspectum reddere conati sunt, longissime anteposenda videatur. Atque haec omnia quum ita sese habeant, profecto consequens est, ut germanus Legum ortus ab omnibus agnosci debeat; naevorum autem operi adpersorum causas declarandas esse patet ex eius natalibus atque fati, de quibus explicatum est in superioribus. Quippe hoc ut ita statuatur, tanto magis est necessarium, quod, si Legum opus sumamus Platoni per malam fraudem esse suppositum, continuo ipsi multis magnisque implicamur difficultatibus, quas expedire nemo quisquam potuerit. Tribuit illud olim Zellerus Philippo illi Opuntio, quem veteres scriptores narrant eius extitisse post mortem Platonis editorem. Quid vero? qui tandem factum esse putabimus, ut homo eruditissimus illud non sibi ipsi, sed Platoni potius adscriberet? Enimvero illud si veritati convenienter fecisset, haud dubie futurum erat, ut nominis sui famae et existimationi apud omnem posteritatem non mediocriter consuleret, cuius ipsum non fuisse incuriosum vel ex eo perspicitur, quod in doctis operibus elaborandis solito studiosius versatus esse narratur. Et quis quaeso est qui sibi persuadeat, futurum fuisse, ut fraus ista non continuo animadverteretur ab aequalibus, praesertim quum Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, alii Platonis discipuli ac familiares, qui probe novisse poterant, quemnam studiorum cursum magister ultimo vitae tempore tenuisset, etiam tum in vivis essent? Accedit ad haec, quod, quantum quidem ex testimoniis de Philippo illo eiusque doctis studiis proditis colligere liceat, viri ingenium haudquaquam tale fuit, unde ipsum ad Legum scriptionem animum unquam adiecisse verisimile fiat; de qua re in Prolegomenis ad Epinomidem explicatius dicetur. Itaque illum qui pro tanti operis conditore praeter antiquitatis fidem habendum censeant, ii viderint, ne nodum, quem expedire conentur, etiam reddant aliquando difficiliorum. Quemadmodum autem Philippum Opuntium parum credibile est Leges vulgo Platoni adscriptas aut condidisse aut sub nomine clarissimi philosophi, admissa fraude, divulgavisse, ita nec ullum alium scriptorem illius aetatis id acturum fuisse verisimile

putamus, ut hoc tale opus conderet conditumque a semet ipso sub alieno nomine in lucem publicam produceret. Cuius sententiae causas et rationes quum aliae in promptu sint, tum in praesenti rursus eandem memorasse satis erit, quam modo de Philippo in medium attulimus. Neque enim putari licet, tanta quum sit operis amplitudo tantaque copia et ubertas, ullum usquam scriptorem extitisse propriae famae et existimationis adeo negligentem, alienae gloriae tam misere amantem, ut leviusculi alicuius emolumenti vel commodi gratia semet ipsum merita laude spoliaret et turpi fraude commissa, quae ipse laudabiliter commentatus esset, clariori Platonis nomini attribueret. Nec vero Legum opus ab aliis continuo post philosophi obitum videtur eius nomine insigniri potuisse, cuiusmodi fraus cur tum admitti non potuerit, iam in superioribus significatum est. Esse autem errorem de eius origine inde ab Alexandrina demum aetate exortum, qua constat illustrium virorum nominibus saepe aliena scripta esse supposita, vel ideo non est credibile, quia Leges iam ante illam aetatem Platoni ab idoneis testibus tributae atque ut summi philosophi opus celebratae sunt.

Verum satis haec in universum de Legibus Platonis. Quae si ad accuratiorem operis longe uberrimi intelligentiam nonnihil valere iudicata fuerint, impense laetabimur; sin minus, boni saltem consilii conscientia exantlati laboris magnitudinem consolabitur.

Scripti Lipsiae in Schola Thomana die XIX. m. Aprilis MDCCCLIX.

G. Stallbaum.

ARGUMENTUM

LIBRI QUINTI.

Pergit Atheniensis in explicandis legum proemiis. Posteaquam enim libro superiore ostendit, quae cura diis et parentibus debeatur, exponere deinceps instituit, quaeenam officia habita animi, corporis atque bonorum externorum ratione colenda sint. Itaque primum de animi cura sic fere disserit. Omnium bonorum, inquit, post deos longe maxime divinum est animus nobisque maxime proprium. Quippe est hoc bonum in iis, quae superiora ac praestantiora sunt ideo, quia non serviunt aliis sed potius vitam nostram regunt ac gubernant. Nihilominus raro illud ita colitur et in honore habetur, uti fas est. Non enim illud veris virtutibus ac divinis ornare conantur, sed aliis rebus omnibus. Veluti quisque sese statim a pueritia arbitratur idoneum esse ad omnium rerum cognitionem ideoque honorare sibi videtur animum suum, dum eius vim facultatemque laudibus afficit aut prompta parataque voluntate ei cuiuscunque rei agenda copiam facit. Hoc vero est animum laedere, non ornare. Non magis animum colit suum, si quis vitia et errores suos callide celans obtegit atque in alios confert, aut, neglectis legumlatoris admonitionibus, voluptati ac lubidini suae indulget, aut vitatis laboribus, timoribus, doloribus ac moero-

ribus honestis ac laudabilibus, sese dedit ignaviae, aut denique vitam pro unico bono habet, non reputans, maxima omnium honorum nobis esse, quae post hanc vitam nos maneat. Nec vero ille revera colit animum suum, qui pulcritudinem anteponebat virtuti; haec enim divina, illa terrestris est; aut qui opibus ac divitiis inhiat. Denique qui non omni modo ea, quae legum auctor turpia atque mala esse pronuntiaverit, vitare atque fugere, quaeque idem bona et honesta esse statuerit, quam studiosissime colere et sectari studuerit, is nullo modo animum suum recte ornare censendus est, sed potius maximam ei afferre turpitudinem et ignominiam. Quippe maxima improbitatis poena utique haec est, quod qui ei sese dedunt, hi, vitata proborum hominum societate, quia improborum utuntur consortio, ipsi quoque improbissimi evadunt ideoque eadem et faciunt et patiuntur, quae improbi ac scelesti, eoque ipso in perniciem ruunt. Itaque verus animi cultus, si paucis dicendum est quod res ipsa dici iubet, in hoc uno cernitur, ut semper et ubique sequamur meliora et si quae vitia adsint, ea corrigere studeamus. Quod quoniam unius animi maxime munus est, recte videmus animi curam cultumque secundo loco posuisse (p. 726. A. — 728. D. in.) — Iam vero his ita expositis Atheniensis progreditur ad id, quod tertio loco habendum putat, ad corporis cultum atque honorem, itemque ad honorum externorum rationem. De quo quidem loco haec disputat. Corporis dignitas atque honos, inquit, non in eo est positus, ut sit formosum aut robustum aut magnum aut pernicitate insigne, sicuti plurimi opinantur. Immo in his rebus mediocritas quaedam expetenda est, quae prohibebit certe, ne aut superbi et audaces aut nimis summissi et angusti existamus. Atque eadem prorsus ratio est etiam honorum, opum ac divitiarum. Quae omnia sicubi iustum modum excedunt, et privatim et publice magna afferunt pericula, quandoquidem conflare solent odium, inimicitiam, seditionem; sin autem deficiunt ac desiderantur, plerumque adducunt servitutem. Itaque nec liberorum gratia magnae comparandae divitiae sunt, qui si nec abundant opibus nec inopia premantur, quum ab adulatoribus erunt tuti, tum omnino optime vitam degent. Immo liberis

non auri, sed verecundiae vis quam maxima tamquam hereditas relinquenda est. Quae quidem verecundia iis non tam comparatur crebra adhortatione, quam exemplorum honestate atque castitate. Est enim haec optima et inventutis et vero etiam senectutis disciplina, ut non tantum dentur virtutis praecepta, sed etiam exempla eiusdem ob oculos ponantur (p. 728. D. — 729. C. in.). His ita explicatis Atheniensis etiam haec addit. Qui gentem suam omnesque eos, qui ad illam pertinent, verecundatur itemque deos gentilicios, ei sperare licet futurum esse, ut dii gentilicii etiam proli suae fausti sint ac propitii. Idemque etiam amicorum et sodalium in vitae consuetudine experietur benevolentiam et favorem, si officia illorum erga se plurimi, sua ipsius in illos minimi faciat. Porro de republica atque civibus suis optime merebitur, qui patriae legibus paruisse maius quiddam esse sibi persuaserit, quam in ludis Olympicis aut aliis certaminibus reportavisse victoriam. Praeterea in hospites pietas colenda est sanctissime; in quos si qua admittatur iniuria, eam quum alii dii, tum Iupiter hospitalis graviter punire solet. Nullum autem capitalius crimen est, quam quod in supplices committitur. Nam deus ille, per quem supplex quis aliquem obtestatus fuerit et obsecraverit, etiam eius curam geret illatamque ipsi iniuriam ulciscetur (p. 729. C. — 730. A.).

Atque haec quidem sunt prooemia, partim longiora partim breviora illa, quae de deorum cultu, de cura parentum, de animi eruditione, de honorum comparandorum ratione, de rebus denique domesticis ac civilibus, praecipiunt. Quibus explicatis Atheniensis faciendum putat, ut etiam exponat, qualis quisque ipse debeat esse, siquidem vitam optime sit traducturus. Quo loco commemorat sapientissime quae non legis vi extorqueri, sed laudis et vituperationis gravitate effici posse videantur, quo cives ad omnem virtutem fiant propensi. Itaque primum commendat studium veritatis, quo nihil arbitratur efficacius esse vel ad fidem aliis praestandam vel ad colligendam eorum benevolentiam. Porro tergemino honore dignum eum esse censet, qui quum ipse colat iustitiam, tum alios quoque ad eam colendam impellat atque etiam principes civitatis in ea re pro viribus

suus adiuvet, siquidem talis vir instar multorum sit, qui iustitiam tueantur. Eandem rationem etiam temperantiae, prudentiae, ceterarumque virtutum esse arbitratur, quas qui cum aliis quasi communicet, eum longissime censet anteponendum esse illi, qui eas pro se privatim colat, quamquam nec hunc debita laude spoliandum esse existimat. Omnino autem eives arbitratur ita affectos esse oportere, ut quibus bonis ac virtutibus ipsi sint praediti, iisdem etiam alios cupiant esse praeditos, neque invidia ea in re ulla ducantur; omnes enim tanquam certamine quodam instituto ad quam maximam virtutis laudem contendere idque sine invidia facere plurimum ad reipublicae salutem interesse. Praeterea unumquemque censet et iracundiae et lenitatis participem esse oportere, quandoquidem generosa indignatione opus sit ad castigandam hominum insolenter iniuriosorum importunitatem; lenitate autem indigeamus, sicubi iniuriae veluti sanabiles nobis illatae sint; has enim admitti fere per imprudentiam, quandoquidem iniustus omnis invitus imprudensque peccet, ut potius misericordia quam ira dignus videatur, quoniam maximo animi malo laboret. — Porro nimium sui amorem, utpote fontem et principium turpissimorum vitiorum, refrenari iubet quammaxime. Per eum enim hoc effici arbitratur, ut confusis boni et honesti finibus, magnificentius, quam par sit, de nobis nostrisque rebus sentiamus, atque adeo ignorantiam nostram pro sapientia venditemus. Etiam de rebus quibusdam vulgaribus non inutile censet identidem admonitiones quasdam impertiri, veluti abstinendum esse immoderato risu nimioque fletu et gaudii pariter atque doloris intemperantia vitata decorum servari oportere. Denique in rebus adversis monet illud semper firmiter esse animis retinendum, virum bonum a Deo non desereri neque virtutis suae praemiis unquam spoliari; itaque bona cum spe atque fiducia auxilii divini vivi oportere, ad eandemque fiduciam etiam aliorum animos erigendos esse *) (p. 730. A. — 732. D.). — Atque haec quidem Atheniensis de ea

*) Conf. Cic. Legg. II. c. 7.

animorum affectione, quae in rebus divinis locum habere debeat. Quibus subiungit deinde etiam alia virtutis praecepta, quae, sicuti ipse ait p. 732. E., ad humana referantur, hoc est, propius ad naturam humanam pertineant. Censet enim humanae naturae proprium esse hoc, ut voluptatibus et doloribus et cupiditatibus moveatur, ex quibus omne animal mortale quasi aptum sit atque suspensum. Ad commendandam igitur vitae honestatem atque probitatem plurimum valere arbitratur identidem moneri atque inculcari, eam non modo per se esse maxime laudabilem, sed etiam plus iucundi quam iniucundi adiunctum habere. Quod quidem revera ita esse, ipsam rationem evincere. Etenim si dolorem et voluptatem inter se comparemus, futurum esse, ut vitam intelligamus eo praestantiorem iudicari, quo minus doloris et quo plus voluptatis habeat. Iam vero ex vivendi rationibus, quas quidem libera voluntate suscipere possimus, has quatuor suppetere, ut temperanter, ut prudenter, ut fortiter, denique ut sani beneque valentes vivere cupiamus. Praestare autem vitam temperantem, prudentem, fortem et sanam omni ex parte vitae intemperanti, imprudenti, ignavae et aegrotae. Ex quo consequi arbitratur, ut vita honesta atque bona etiam plus iucundi quam vita improba habere existimanda sit (p. 732. E. — 734. D. extr.). —

Et haec quidem sunt, quae de legum causis et rationibus perorantur atque prooemiorum argumenta comprehendunt. Quibus expositis inde a p. 735. E. de legibus ipsis suscipitur disputatio. Quarum quidem scribendarum ratio iudice Platone duplex munus et officium complectitur. Nam sicubi in textura et stamine et subtemine opus est, ita civitatis constitutio postulat, ut et magistratus deligantur, penes quos sit rerum civilium potestas, et leges scribantur, secundum quas illi rempublicam gubernent et administrant. Verum priusquam ad haec ipsa accedatur, nonnulla praemittuntur in hoc libro de civium moribus, de eorundem numero, de agrorum divisione, deque aliis rebus quibusdam, quibus tanquam fundo omnis legum scriptio inniti debeat. De quibus omnibus haec fere disseruntur.

Primum ostendit Atheniensis, in nova civitate condenda diligentem delectum haberi oportere futurorum

civium, ita ut, quantum fieri possit, improbi arceantur vel aliorum relegentur, ne boni eorum corrumpantur contagione. Quod quum iis, qui leges scribant, multam afferat difficultatem, tamen nunc quidem, quum sola oratione, non re ipsa nova condatur civitas, ponere ait licere atque fingere, purum esse sincerumque numerum civium in ea receptorum (p. 735. A. — 736. C.). Praeterea etiam aliud quid est, inquit, quod in nova civitate condenda nobis faustum acciderit. Neque enim de novis tabulis agrorumque divisione lites et controversiae nobis metuendae sunt, siquidem novam civitatem condituri, non veterem aliquam emendaturi sumus. Hoc unum igitur nobis providendum, ut ne avaritiae atque mutuae inimicitiae aditus ad eam pateat et ut omnia iusto iure constituantur. Quod maxime ita fiet, si agrorum divisio sapienter instituat (p. 736. C. — 737. B. extr.). Definiendum igitur ante omnia est, quanta civium multitudo esse debeat; deinde videndum, in quot partes iidem sint distribuendi; denique agros et habitationes inter eos ratione quam maxime aequali distribui oportebit. Et numerum quidem civium pro terrae magnitudine et civitatum circumiectarum ratione ponamus hunc esse, ut quinque millia et quadraginta (5040) aequare existimetur, qui numerus ideo videtur optimus esse, quia dividi in plurimas partes potest. In totidem igitur partes etiam agros dividi necessarium erit. Atque hinc pendet deinde reliqua eorum in classes quasdam descriptio. In his omnibus vero constituendis etiam sacrorum diligens ratio habenda est, curandumque, ut diis, daemonibus et heroibus loca quaedam consecrentur, in quibus habeantur conventus, quibus nihil est utilius ad iungendam firmandamque civium ibi confluentium amicitiam et concordiam (p. 737. C. — 738. E.). Iam vero quum tria sint rerumpublicarum genera, unum optimum et perfectissimum, alterum, quod uno gradu ab illo distat, tertium denique, quod duobus gradibus ab illo remotum est; videri sane debet ea civitas optima esse, in qua bonorum et uxorum et liberorum, denique rerum omnium, communio locum habeat, ita ut perfectissima sit universae reipublicae concordia et convenientia. Sed quum talis civitas diis vel deorum filiis attribuenda videatur, iuvabit

nunc non illud civitatis exemplar consideravisse, sed condidisse eam rempublicam, quae post illam secunda sit; tertiam autem posthac, si deus voluerit, absolveremus. Itaque in hac nostra civitate agrorum et domorum distributio locum habebit, propterea quod bonorum communio in eos, qui nunc sunt, homines haudquaquam convenit; sed tamen ita locum habebit, ut quisque eam, quam acceperit sortem, communem universae civitatis esse existimet. Haec vero divisio sedulo curandum est ut semper permaneat neque unquam turbetur. Quocirca sortium numerum nec augere nec minuere liceat, interdictumque sit, ne quis portionem aliquam vendat vel emat; ac praeterea alia quoque sanciantur, quibus pristina agrorum et domorum aequalitas conservetur (p. 739. A. — 741. D.). Cum hoc autem instituto arctissime coniunctum erit illud, ut omnis quaestus et illiberalis divitiarum cumularum cupiditas procul habeatur. Itaque legumlator privatis hominibus auri et argenti possessione interdicit introducetque pecuniam, quae apud externos nullius pretii sit; peregrinos nummos a civitate arcebit, nisi quatenus iis opus sit ad usus militares vel ad obeundas legationes, ac si quos privati possideant, eos publicabit, etiam mulcta vel alia poena in eos constituta, qui hac in parte deliquerint; vetabit denique etiam dotem dare et accipere, itemque pecuniam deponere et sub foenore collocare. Neque enim civium felicitas in divitiarum possessione sed in virtute posita est; qui si boni et honesti sint, certe non inhiabunt divitiis, quod qui facit, is honestus atque bonus esse nullo modo potest; qui autem iuste utitur pecunia, is haud sane facili negotio ditescet. Huc accedit, quod quaestus, avaritia, denique bonorum externorum inaequalis possessio turbant civium concordiam, quam tamen civitati iudicavimus ante omnia expetendam esse, siquidem gignunt livorem, invidentiam, odium, denique lites et controversias longe acerrimas (p. 741. E. — 743. D.). Jure igitur non uno loco videmur statuuisse, opum quaerendarum studium postremo loco ponendum esse. Quippe prima animi cura esse debet, secunda corporis; postrema vero atque tertia ea, quae recte confertur ad opes et pecuniam. Atque his omnibus convenienter si civitas honores consti-

tuerit, bene erit legibus temperata; sin autem lex aliqua reperietur, quae corporis sanitatem temperantiae, vel divitias sanitati ac temperantiae anteponat, eam parum recte ab auctore scriptam esse certissime indicari licebit (p. 743. E. 744. A.).

Sed redeamus ad bonorum aequalitatem. In ea igitur, quam condituri sumus, civitate quum item optandum fuerit, ut nemo aliis plus opum possideat; tamen quum magna colonorum pars bona sua aliunde secum importatura sit, facile apparet, fieri non posse, ut ab initio statim bona inter eos dividantur aequaliter. Cui incommodo aliquo modo mederi debebimus. Constituantur igitur pro census magnitudine quatuor civium classes, ita ut et in deferendis honoribus et in vectigalibus exigendis non modo virtutis et nobilitatis, sed etiam divitiarum, quas quis possideat, ratio habeatur. Praeterea caveatur, ne alii cives iusto ditiores, alii nimis pauperes fiant, qui est fons discordiarum ac seditionum longe uberrimus. Itaque et paupertati et opulentiae certi tanquam termini constituantur, ita quidem, ut vel pauperrimus assignatam ipsi agrorum portionem possideat; divitiarum autem nemo plus possideat, quam quadruplo. Qui vero ultra hunc modum opes adauxerint suas, ii cogantur partem supervacaneam diis et reipublicae curatoribus tradere; sin aliter, publice mulcentur, atque dimidium mulctae delatori persolvetur, dimidium diis consecrabitur. Quidquid autem quisque praeter agrorum sortem possidet, id in publicis tabulis a magistratibus consignetur, quo facilius iudicia, quae ad rem familiarem pertineant, haberi possint (p. 744. B. — 745. A.).

Descriptio vero civitatis haec sit. Urbs in media regione civitati destinata condatur. Quo facto ager urbi circumdatus undique in duodecim describatur sortes. Harum pars prima Iovi, Vestae, ceterisque diis publice consecratur; reliquae autem in totidem portiones, quot cives sunt (h. e. 5040), dividantur, ita quidem, ut unicuique binae portiones attribuantur, altera eaque minor soli fertilioris, altera maior soli deterioris, una urbi propior, altera ab eadem remotior. Quamquam sicubi per locorum naturam non licuerit optimam sequi di-

videndi rationem, ab ea ita recedere licebit, ut ea deligatur, quae ei sit simillima. Huic vero terrae divisioni etiam civium respondeat divisio. Distribuantur igitur illi item in tribus duodecim; singulis autem tribubus praesit aliquis Deus, ita ut duodecim tribus a duodecim diis cognominentur. Similiter etiam urbs in duodecim partes describatur ibique domus civibus assignentur (p. 745. B. — E.).

Atque haec quidem de agrorum et habitationum divisione aliisque rebus ad eam pertinentibus. Quae si qui erunt inter cives qui moleste ferant iustoque severiora et graviora existiment, iis persuadendum est, ista omnia non sine idonea causa instituta esse, quandoquidem tendant eo, ut civitas ad quam maximam perfectionem adducatur; quae autem pro rerum natura et conditione non poterunt perfici atque rata fieri, ea sapienter commutabuntur (p. 746. A. — C.). — Praeterea vero diligenter id spectandum est, ut in omnibus civitatis partibus omnia ad modum numerumque attemperata sint, veluti civium communitates, militum ordines et agmina, numi, mensurae, alia, nec usquam ab eo deflectatur, quod iustum habeat modum. Qua in re dici non potest quantum valeat arithmeticae studium. Quocirca cives in hac arte instituendi sunt, praesertim quum eius tractatio etiam animi vires excitet, indociles efficiat dociles, tardos denique sagaces et acutos reddat. Quamquam haec arithmetica institutio ita tantum bona et laudabilis erit, si illiberalis ac sordida lucrandi cupiditas ab discentium animis procul habeatur; alioquin per eam facile calliditas, astutia, fraudulentia denique, procreabitur, id quod Aegyptiis et Phoenicibus constat accidisse, sive eius rei causa in legum pravitate sive in fati quadam iniquitate sive in alia quadam re fuerit posita. Nam natura locorum ac coeli temperies item magnam habet vim ad mores hominum vel emendandos vel etiam corrumpendos. Quo in genere praestabunt ii loci, in quibus divinus quidam regnat afflatus et agri diis sorte assignati extant, ubi dii quosque colonos propitii recipient ac vicissim. Quae quidem qui leges laturus est, ubi respectaverit pro viribus, tum leges scribere conabitur.

E.

Cap. I. Ἀκούοι δὴ πᾶς, ὅσπερ νῦν δὴ τὰ 726
περὶ Θεῶν τε ἤκουε καὶ τῶν φίλων προπατόρων·
πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ κτημάτων μετὰ Θεοῦς ψυχῇ
Θειότατον, οικειότατον ὄν. τὰ δ' αὐτοῦ διττὰ πάντ'
ἔστι πᾶσι. τὰ μὲν οὖν κρείττω καὶ ἀμείνω δεσπό-

Cap. I. P. 726. ὅσπερ νῦν δὴ] ὡσπερ Stob. Serm. XLI.
p. 261.

πάντων γὰρ τῶν αὐτοῦ] Pro τῶν αὐτοῦ Stob. ἐν τῷ βλω.
διττὰ πάντ' ἔστι πᾶσι.] Sic A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. o.
x. et Cod. Monac. olim August. 490. quem ad quintum hunc Le-
gum librum excussit olim Fr. Jacobs.; quem librum littera M. si-
gnificasse iuvat. Vett. editt. διττὰ ἔστι παντάπασιν. Stob. διττὰ
παρὰ πᾶσιν.

Cap. I. P. 726. πάντων
γὰρ τῶν αὐτοῦ —] Haec vel
exscripserunt vel ad sensum
retulerunt Stob. Serm. XLI.
p. 261. Iamblich. Adhort. ad
Philosoph. p. 78. ed. Kiessl. —
Pro οικειότατον ὄν expecta-
bas οικ. οὔσα; sed participium
praedicati generi accommodatum
est usu loquendi creberrimo, de
quo v. infra p. 728. B. et ann.
ad Gorg. p. 463. E. Protagor.
p. 354. C. p. 359. D. Pro αὐ-
τοῦ Stephanus cur αὐτοῦ ma-
luerit, non assequimur.

τὰ δ' αὐτοῦ διττὰ πάντ'
ἔστι πᾶσι.] Fuit quum παντί

legendum censerem propter an-
tegressum αὐτοῦ. Nec tamen
nunc librorum optimorum lectio-
nem sollicitaverim. Nam αὐτοῦ
scripsit Plato, quia πᾶσι idem
est fere quod ἐκάστω. Fecit ta-
men structurae insolentia, ut,
neglecta vera lectione, scribe-
retur vulgo: τὰ δὲ αὐτοῦ διττὰ
ἔστι παντάπασιν. Apud Iambli-
chum in codd. legitur: διττὰ
πάντων ἔστι πάντα. Stobaeus
habet: διττὰ παρὰ πᾶσιν. Dein
Iamblich. τὰ μὲν κρείττω,
omisso οὖν. Idem δεσπόζοντα
προτιμητέα, et αὐτως οὖν τὴν
ψυχὴν μετὰ Θεοῦς τῶν ἄλλων
προτιμητέον πάντων.

ζοντα, τὰ δ' ἤτιω καὶ χεῖρω δοῦλα. τῶν οὖν αὐτοῦ
τὰ δεσπόζοντα ἀεὶ προτιμητέον τῶν δουλευόντων.
οὕτω δὴ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν μετὰ θεοῦς ὄντας δε-
727 σπότης καὶ τοὺς τοῦτοις ἐπομένους τιμᾶν δεῖν λέγων
δευτέραν ὀρθῶς παρακλεύομαι. τιμῆ δ', ὡς ἐπος
εἶπειν, ἡμῶν οὐδεὶς ὀρθῶς, δοκεῖ δέ· θεῖον γὰρ ἀγα-
θὸν πον τιμῆ, τῶν δὲ κακῶν οὐδὲν τιμιον· ὁ δ'
ἠγούμενος ἢ τισι λόγοις ἢ δώροις αὐτὴν αὔξειν ἢ
τισιν ὑπέξεισι, μηδὲν βελτίω δὲ ἐκ χείρονος αὐτὴν
ἀπεργαζόμενος, τιμᾶν μὲν δοκεῖ, δρᾶ δὲ τοῦτο οὐ-

P. 727. ἢ τισιν ὑπέξεισιν] Haec olim deerant. Resti-
tuerunt libri A. B. Q. M. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. itemque Stob.
et Ficln. postulante sensu, de quo v. enarrat.

B. δεῖ δέ, ὡς φημέν] δὴ Mon. Idem mox ἠγείται pro

P. 727. καὶ τοὺς τοῦτοις
ἐπ.] post deos proximos,
h. e. heros et daemones. Dein
ὡς ἐπος εἶπειν iunge cum se-
quenti οὐδέ, ita ut sit: prope
dixerim nemo, nemo prope-
modum; qui usus loquendi
a nobis est alibi explicatus. —
δοκεῖ δέ, licet sibi videat-
ur.

θεῖον γὰρ ἀγαθὸν πον
τιμῆ.] Haec constans est co-
dicum omnium lectio, quam ta-
men corruptam esse non du-
bitamus asfirmare et contendere.
Etenim non ipse honos dici de-
bebat θεῖον ἀγαθόν, praesertim
quum non definiatur, qualis in-
telligi debeat; sed indicandum
potius erat, quatenus ad divina
bona pertineret et cum iis con-
fimeretur. Itaque corrigendum:
θεῖων γὰρ ἀγαθῶν πον τιμῆ,
τῶν δὲ κακῶν οὐδὲν τιμιον, nam
honos pertinet tantum ad
bona divina; ex malis aute-
m rebus nihil honore
dignum est.

ἢ τισι λόγοις ἢ δώροις
— ἢ τισιν ὑπέξεισιν] Verba
ἢ τισιν ὑπέξεισιν, vulgo omi-
ssa, recte tuentur libri meliores et
Platonis et Stobaei. Nam qui

totum locum attente legerint,
eos praeterire non poterit, in
ea, quae continuo sequitur, di-
sputationis parte omnia revo-
cari ad τὸ τὴν ψυχὴν αὔξειν λό-
γοις ἢ δώροις ἢ ὑπέξεισιν,
quamquam in ea, ordine paul-
lulum immutato, primum ad
λόγους (A. B.) deinde ad ὑπέ-
ξεισιν (C. D.), ac tum demum
inde a sect. E. ad δῶρα respi-
citur, quod ipsum videtur bo-
nos criticos egregie fefellisse.
Diffitendum autem non est, to-
tum hunc locum minus soller-
ter elaboratum esse. Id quod
vel ex eo apparet, quod, quae
ad haec tria genera referuntur,
ea admodum confuse et per-
plexe explicata sunt. Ac dispi-
cet etiam nescio quo modo ho-
noris hac in re commemoratio;
de qua tamen re nolumus
dicere explicatus. Praeterea
etiam sermo est negligentior;
cuius negligentiae exemplum vi-
demur recte etiam in eo agno-
scere, quod post ἢ τισι λό-
γοις protenus etiam inferitur ἢ
τισιν ὑπέξεισιν. Quamquam
hic usus pronominis indefiniti in
his libris omnino mire frequen-
tatur.

δαμῶς. αὐτίκα παῖς εὐθύς γενόμενος ἀνθρώπος πᾶς
ἠγείται πάντα ἱκανὸς εἶναι γινώσκειν, καὶ τιμᾶν B
οἶεται ἐπαινῶν τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, καὶ προθυμούμε-
νος ἐπιτρέπει πράττειν ὅ τι ἂν ἐθέλη· τὸ δὲ νῦν
λεγόμενόν ἐστιν, ὡς δρῶν ταῦτα βλάπτει καὶ οὐ τι-
μᾶ· δεῖ δέ, ὡς φημεν, μετὰ γε θεοῦς δευτέραν. οὐδὲ
γε, ὅταν ἀνθρώπος τῶν αὐτοῦ ἐκάστοτε ἀμαρτημα-
των μὴ ἑαυτὸν αἴτιον ἠγῆται καὶ τῶν πλειστον κα-
κῶν καὶ μεγιστων, ἀλλ' ἄλλους, ἑαυτὸν δὲ ἀεὶ ἀναί-
τιον ἐξαιρῆ, τιμῶν τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, ὡς δὴ δοκεῖ,

ἠγῆται.

ἐξαιρῆ, τιμῶν] V. ἐξαιρῆ, quod ex Stobaeo correctum.
Pro τιμῶν, quod est in A. B. Q. M. f. h. r. a. c. o. δ. x., olim
scribebatur τιμᾶ.

αὐτίκα παῖς εὐθύς γενό-
μενος —] Veluti unusquis-
que (ἀνθρώπος πᾶς) statim
ut puer factus est s. ado-
levit, sibi videtur ad
omnia cognoscenda esse
idoneus. De αὐτίκα, exem-
pli gratia, ne longe abe-
am, Gall. d' abord, v. Ruhn-
ken. ad Tim. Gloss. p. 56. =
48. ed. Koch. Voc. εὐθύς ita
cum participiis coniunctum abun-
de illustrabunt quae collegit
A. Matthiae in Gr. Gr., inae-
stimabili Graecitatis thesauro,
quem nuper quidam turpiter
expilare coeperunt, §. 565.
ann. 2.

B. δεῖ δέ — δευτέραν]
Int. τιμᾶν.

ἀναίτιον ἐξαιρῆ, τιμῶν
τὴν αὐτοῦ ψ.] Duobus vitiis
vulgo hic locus contaminatus
erat, quae nunc ope librorum
sublata sunt. Nam pro inepto
ἐξαιρῆ, tollit, extollit, scri-
bendum certe fuit ἐξαιρῆ, exi-
mit; quod iam Astius ex
Stobaeo restituit, laudans hanc
in rem Wytttenbach. ad Plu-
tarch. Fragm. p. 141. Schae-
fer. ad Eurip. Hippol. r. 18.

ed. Pors. et Heindorf. ad
Theaet. p. 162. E. Idem viti-
um insederat olim etiam Symp.
p. 176. C. De Rep. III. p. 394.
B. al. ubi v. ann. Praeterea
pro vulgato τιμᾶ, quo universi
loci turbato recte libri
mss. meliores omnes τιμῶν.
Quo revocato omnes difficulta-
tes facili negotio expediuntur,
modo post ὡς δὴ δοκεῖ non plen-
ius interpungatur, sicuti factum
est in omnibus editis, eti-
am Bekk. Schneid. et Turicensi,
sed commate incidatur oratio.
Nimirum ita antegressum οὐδὲ
γε, anacolutho quodam admissio,
iteratur verbis ὁ δὲ πολλοῦ δεῖ,
quibus infinitivus δρᾶν accom-
modatur, pro quo propter pe-
riodi initium expectabas ver-
bum finitum. Itaque non pro-
bamus, quod Astio unice placuit,
commentum Stephani,
pro ὁ δὲ πολλοῦ δεῖ δρᾶν τοῦ-
το corrigentis: οὐδὲ π ολλοῦ
δεῖ δρᾶ τοῦτο, ut istud πολλοῦ
δεῖ per parenthesis positum ac-
ciperetur. Quae correctio vel
audaciae nomine displicere de-
bet. Mox Bekkerus, Turic-
censes, alique prave ante
τοῦτο οὐ τιμᾶ ὑπέκειν puncto

C ὁ δὲ πολλοῦ δεῖ δρᾶν τοῦτο· βλάπτει γάρ. οὐδ' ὀπόταν ἡδοναῖς παρὰ λόγον τὸν τοῦ νομοθέτου καὶ ἐπαινον χαρίζεται, τότε οὐδαμῶς τιμᾶ, ἀτιμάζει δὲ κακῶν καὶ μεταμελείας ἐμπιπλᾶς αὐτήν. οὐδὲ γε ὀπόταν αὐτὰν τὰναντία τοῦς ἐπαινουμένους πόρους καὶ φόβους καὶ ἀληθόνας καὶ λύπας μὴ διαπονή καρτερῶν ἀλλὰ ὑπέικη, τότε οὐ τιμᾶ ὑπέικων· ἀτιμον γὰρ αὐτήν ἀπεργάζεται δρῶν τὰ τοιαῦτα ξύμπαντα. οὐδ' ὀπόταν ἡγήται τὸ ζῆν πάντως ἀγαθὸν εἶναι, τιμᾶ, D ἀτιμάζει δ' αὐτήν καὶ τότε· τὰ γὰρ ἐν Αἴδου πράγματα πάντα κακὰ ἡγουμένης τῆς ψυχῆς εἶναι, ὑπέικει καὶ οὐκ ἀντιτείνει διδάσκων τε καὶ ἐλέγχων, ὡς οὐκ οἶδεν οὐδ' εἰ τὰναντία πέφυκε μέγιστα εἶναι πάντων ἀγαθῶν ἡμῖν τὰ περὶ τοῦς θεοῦς τοῦς ἐκεῖ.

C. ἐμπιπλᾶς αὐτήν] ἐμπιπλᾶς A. solus.

D. ἡγουμένης τῆς ψυχῆς] V. ἡγούμενος, quod correctum ex B. Q. pr. m., Mon. v. f. r. a. c. o. d. x. Mox Mon. πρὸς ἀρετήν, non πρὸς ἀρετῆς.

ὄντως καὶ πάντως] ὄντως om. Mon.

P. 728. τὴν αὐτοῦ ψ.] V. ἱαντοῦ, invito Par. A. et paucis aliis.

distinguunt. Nam cohaerent verba: οὐδὲ γε τότε τιμᾶ ὑπέικων, atque οὐ, negandi particula, post longiore orationem iterata est.

D. τὰ γὰρ ἐν Αἴδου πράγματα —] Prave vet. editt. invitis optimis codd. ἡγούμενος. Genitivo, quem libri non pauci servarunt, restituito sententia verborum emergit haec: nam quum animus omnia, quae sunt apud inferos, mala esse existimet, concedit pravae eius opinioni, neque ei reluctatur edocens ipsum et convincens, eum ne scire quidem, num contra maxima omnium bonorum nobis sint quae sunt illic apud deos inferos. Itaque ad ὑπέικει et ἀντιτείνει intelligendum αὐτῆ et

ad ἐλέγχων καὶ διδάσκων αὐτήν assumendum; quae ratio Graecis est usitatissima. De genitivo absoluto ita posito v. Matthiae Gr. Gr. §. 561.

οὐδὲ μὴν — τοῦτ' ἔστιν οὐχ ἕτερον] Negatio hic quoque ante ἕτερον iteratur ut antea C. in verbis: οὐδ' ὀπόταν ἡδοναῖς — χαρίζεται, τότε οὐδαμῶς τιμᾶ. Similia infra recurrunt saepius.

E. οὐδὲν γὰρ γηγενῆς Ὀλυμπίων ἐστ.] Poeticam speciem haec prae se ferunt, quae tamen gravitati et magnificentiae exordii optime convenit. Quocirca noli suspicari, ea ex aliquo poeta repetita esse.

P. 728. πάντως μὲν οὐν λέλειπει] imo plane eam destituit. De vocibus μὲν οὐν v. ad Criton. p. 44. B. Pro

E. σώματος δὲ περὶ μείση] περὶ additum ex A. B. M. Q.
v. f. h. r. a. c. o. d. x. Mox Mon. et alii quidam ὀρθῶς τάττεται.
Idem liber pro τῶν προσταττομένων habet τῶν πραγμάτων.

τερον — ἢ in recta interroga-
tione usurpari non meminimus.
Nisi forte εἰ pendet ex suppresso
verbo aliquo, quod Schneide-
rus ad Remp. Tom. I. p. 417.
videtur statuisse.

τὸν κληρὸν ἐπὶ τ.] Κλη-
ρος dicebatur portio s. mo-
dus agri colonis in agros
hostibus ademptos missis
vel nova urbe condita ci-
vibus viritim sorte adsi-

gnatus. De re praesenti v. p.
740. A. 741. B. C.

B. ἦν μὲν δὴ καλὸν καὶ
τάλλα ἴσα] pulcrum quid-
dem fuerat, si unusquis-
que in coloniam veniret
etiam cetera (praeter agros
et domos) omnia habens
aequalia; sc. atque ceteri.
Eodem modo non appposito ἂν
dicitur καλῶς εἶγεν Lucian.
Contempl. in. κρείττον ἦν Ari-

κεκτημένος ἀφίξεται χρήματα, ὁ δ' ἐλάττωνα, δεῖ δὴ πολλῶν ἕνεκα τῶν τε κατὰ πόλιν καιρῶν ἰσοτή-
τος ἕνεκα τιμήματα ἄνισα γενέσθαι, ἵνα ἀρχαί τε
καὶ εἰσφοραὶ καὶ διανομαὶ τὴν τῆς ἀξίας ἐκάστοις
τιμὴν μὴ κατ' ἀρετὴν μόνον τὴν τε προγόνων καὶ

P. 744. B. μηδὲ κατὰ σωματίων] V. μήτε, quod Bekkerus correxit ex Angel. et pr. Ω. Etiam Monac. ac Flor. a. pr. habet μηδέ. Deinde pro vulg. ἰσότην καὶ εὐμορφίαν pluralem prae-
buerunt A. B. Ω. v. h. r. a. δ. o. x.

stoph. Nubb. v. 1213. ἀριστον ἦν Lucian. Piscat. p. 118. ed. Bip. al. Causa huius usus atque ratio hodie non ignota.

δεῖ δὴ πολλῶν ἕνεκα τῶν τε κατὰ πόλιν —] Censu inaequalitatem aut constituendam esse quum ob alias causas, tum etiam eo consilio, ut in republica, quantum fieri possit, conservetur aequalitas. Etenim inaequalitas census in eo posita est, quod pro opum magnitudine constituendus videtur ideoque pro diversitate bonorum, quae civis possident, diversus est. Quo ipso tamen simul efficitur quasi quaedam civium aequalitas, quandoquidem prohibetur, ne aut nimia paupertas aut nimia opum possessio oriatur et quae alia id genus deinceps commemorantur. Itaque sententiam verborum patet nihil habere difficultatis. Sed dubitamus magnopere de eorum integritate, quam vel externa eorum species valde suspectam reddit. Quid scriptum fuerit ab ipso auctore operis, difficile dictu est. Illud tamen videmus non temere statuere, sententiam fere hanc requiri: quum multorum civitatis temporum, tum aequalitatis causa opus est, ut inaequales in ea census constituentur; quod Graece dicendum fuerit: δεῖ δὴ πολλῶν ἕνεκα, τῶν τε κατὰ πόλιν καιρῶν τῆς τε ἰσοτήτος ἕνεκα, τιμήματα ἄνισα γε-

νέσθαι. Ita verbis, πολλῶν ἕνεκα, deinde per appositionem adicitur: τῶν τε κατὰ πόλιν καιρῶν ἰσοτήτος τε ἕνεκα, iterata etiam praepositione, de cuius repetitione in talibus non inusitata diximus ad Apolog. Socrat. p. 35. C. Prot. p. 356. D. Phaedon. p. 81. B. 110. E. Κατ' ἑαυτοῖς, ut Lat. tempora reipublicae, intelliguntur ea tempora, quibus incidunt magna rerum discrimina.

ἵνα ἀρχαί τε καὶ εἰσφοραὶ — μὴ διαφέρωνται.] Haec quoque multis magnisque premuntur difficultatibus. Quamobrem Stephanus loco laboranti coniectura succurrendum esse iudicavit. Censet enim vir perspicacissimus ante τὴν τῆς ἀξίας excidisse κατὰ praepositionem, et post πενίας inseri debere γίνωνται vel καθίστανται, ita quidem, ut deinceps etiam τὰς τιμὰς δὲ pro τὰς τιμὰς τε scribatur. Quibus tamen mutationibus, et numerosioribus iusto et audacioribus, non omnino opus esse videtur. Nam uno illo κατὰ ante τὴν ἀξίας inserto reliqua omnia utcumque per anacoluthon possunt explicari. Quippe post nominativos ἀρχαί τε καὶ εἰσφοραὶ καὶ διανομαὶ quum verbum passivum aliquod aut neutrum, quale Stephanus excidisse putat, subiungi deberet, inde a verbis ἀλλὰ κατὰ πλούτου χρήσιν, quibus iteratur antegressum illud:

τὴν αὐτοῦ, μηδὲ κατὰ σωματίων ἰσότητος καὶ εὐμορφίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλούτου χρήσιν καὶ πενίας C
τὰς τιμὰς τε καὶ ἀρχὰς ὡς ἰσαίτατα τῷ ἀνίσω ξυμμέτρῳ δὲ ἀπολαμβάνοντες μὴ διαφέρωνται. τούτων χάριν τέτταρα μεγέθει τῆς οὐσίας τιμήματα ποιῶν

C. χρήσιν καὶ πενίας] πενίαν A. f. et marg. Ω. a. quod ed. Schneider. Dein καὶ τὰς ἀρχὰς B. x. τέτταρα μεγέθει] Vulgo μεγέθει. Dativum servavit unus Par. A. unde cum Bekkero restituimus.

κατὰ τὴν ἀξίας τιμὴν, subito mutatur inchoatae constructionis tenor, poniturque, novo augmento sententiae facto, ἀπολαμβάνοντες μὴ διαφέρωνται, ad quod subiectum, denuo iteratum, casu accusativo adiungitur. Itaque nihil nisi κατὰ inserendum videtur. Sed addidisse praeterea iuvabit quae ad singulas dictiones illustrandas valeant, quo magis appareat, quae sit totius periodi ratio atque conformatio. Itaque τὴν ἀξίας τιμὴν intelligimus de pretio aestimationis, h. e. de pretio aestimatione bonorum constituto, s. censu. Sic ἡ ἀξία legitur infra Libr. VIII. p. 845. E. IX. p. 865. C. p. 878. D. XI. p. 921. B. 934. B. 936. D. al. Post κατὰ τὴν τῆς ἀξίας ἐκάστοις τιμὴν vero quod deinde denuo infertur: ἀλλὰ κατὰ πλούτου χρήσιν, non desunt alia huius iterationis exempla; quam in rem conferas Gorg. p. 521. D. E. p. 452. E. p. 454. C. Protagor. p. 344. D. Sed in his ipsis verbis ne quis pro χρήσιν cum Astio κτήσιν relegendum esse censeat, χρήσιν ita dici animadvertendum est, ut non modo πλούτου sed etiam πενίας genitivus exinde pendeat; recte enim dictum est χρήσθαι πενίᾳ. Porro quod civis dicuntur magistratus et honores nancisci debere quam maxime aequaliter τῷ ἀνίσω ξυμμέτρῳ δέ, eo significatur, in ipsa cen-

sus inaequalitate tamen rationis quasi congruentiam quandam, quam vulgo proportionem vocamus, locum habere, ad eiusque legem dignitates et honores distribui posse. Denique pro μὴ κατ' ἀρετὴν μόνον ne quis requirat καὶ μὴ κατ' ἀρετὴν μ. vel ἀλλὰ μὴ κατ' ἀρ. μ., conf. ann. ad Protag. p. 337. B. Atque his ita explicatis, iam tandem licebit periodum satis impeditam etiam Germanice imitando exprimere, quo omnia fiant quam maxime perspicua. Itaque sic fere loquitur Atheniensis: Damit obrigkeitliche Aemter und Beisteuern nach dem für Alle abgeschätzten Vermögensbestand, nicht bloss nach der Vorältern oder eigener persönlicher Tugend, auch nicht nach Stärke und Wohlgestalt des Körpers, — sondern damit Alle nach Verhältniss des Besitzes von Reichthum und Armuth Ehren und Aemter so gleichmässig wie möglich, nach Ungleichem zwar, aber nach entsprechendem Verhältniss erhalten und so nicht in Zwistigkeiten gerathen.

C. τέτταρα μεγέθει — τιμήματα] Similiter atque Solon instituit. v. ad Libr. III. p. 698. B. coll. Boeckh. Oecon. Att. Vol. II. p. 29 sq. = Vol.

οδαι χρωῶν, πρώτους καὶ δευτέρους καὶ τρίτους καὶ τετάρτους, ἢ τισιν ἄλλοις προσαγορευομένοις ὀνόμασιν, ὅταν τε μὲν ὡσιν ἐν τῷ αὐτῷ τιμήματι καὶ ὅταν πλουσιώτεροι ἐκ πενήτων καὶ ἐκ πλουσίων πένητες γινόμενοι μεταβαίνωσιν εἰς τὸ προσηχον ἕκαστοι ἑαυτοῖσι τιμήμα. τοδὲ δ' ἐπὶ τούτοις αὐ νόμου σχῆμα ἔργω' ἂν τιθεῖν ὡς ἐπόμεινον. δεῖ γάρ ἐν πόλει πον, φανέν, τῇ τοῦ μεγίστου ἰσοσῆματος οὐ μεθεξουσῶ, ὁ διάστασιν ἢ στασιν ὀρθότερον ἂν εἴη κεκλήσθαι, μήτε πενίαν τὴν χαλεπὴν ἐνεῖναι παρά τισι τῶν πολιτῶν μήτ' αὐ πλοῦτον, ὡς ἀμφοτέρων τιχόντων ταῦτα ἀμφοτέρα· νῦν οὖν ὄρον δεῖ τούτων ἕκατέρου τὸν νομοθέτην φράζειν. ἔστω δὲ πενίας μὲν ὄρος ἢ τοῦ κλήρου τιμῆ, ὃν δεῖ μένειν καὶ ὃν ἄρχων οὐ-

πλουσιώτεροι ἐκ πενήτων] Sic Monacens. cum v. h. x. et pr. Q. r. a. d. Vulgo πλουσιώτατοι, quod tenuit Schneider.

D. ἑαυτοῖσι τιμήμα.] Par. A. B. x. Vulgo ἑαυτοῖσι.

τοῦ μεγίστου ἰσοσῆματος] ἰσοσῆματος A. E. f. et margo Q. h. r. a. c. d. mendose.

ὡς ἀμφοτέρων τιχόντων] Sic Ric. h. et Flor. d. Ceteri

I. p. 645. ed. 2. Pro μεγέθει, quod praebuit codex praestantissimus, vulgo μεγέθη scribebatur. Dativum expressit etiam Ficinus: quatuor magnitudine differentes bonorum census classes; ita prorsus est insolens, si μεγέθη sit nomen primum, cui τιμήματα per epexegetin subiectum sit. — ὅταν τε — καὶ ὅταν reddi hic potest utique: sive — sive, quamquam cave idem esse quod ἕαν τε — ἕαν τε.

D. ὁ διάστασιν ἢ στασιν ὀρθότερον] quod rectius διάστασιν quam στασιν ap-

pellaveris. Etenim διάστασις designat clarius discordiam et dissidia civium, quam στασις.

ὡς ἀμφοτέρων τιχόντων τ. α.] Sic emendavimus cum Astio quod vulgo circumfertur ὡς ἀμφοτέρα ex Flor. d. et Vat. h., et grammatica ratione et sensu emendationem postulante. Nam sordes librarium sunt quae nonnulli de nominativo ista ratione cum genitivo juncto attulerunt, neque huc faciunt illa Libr. VII. p. 820. D: κέσθω ταῦτα ὡς ὄρια τῶν δεόντων μαθημάτων.

νῦν οὖν ὄρον δεῖ τούτων ἕκ.] H. e. τοῦ τε πλοῦτον καὶ τῆς πενίας.

E. τῶν τε ἄλλων — οὐδεὶς] Int. περιόφεται ἐλάττω γινόμενον.

μέτρον δὲ αὐτὸν θέμενος] Male vulgo αὐτῶν, quod

δαῖς οὐδενὶ ποτε περιόφεται ἐλάττω γινόμενον, τῶν τε ἄλλων κατὰ τὰ αὐτὰ οὐδεὶς, ὅστις φιλότιμος ἐπ' ἀρετῇ· μέτρον δὲ αὐτὸν θέμενος ὁ νομοθέτης διπλάσιον ἑάσει τούτου κτᾶσθαι καὶ τριπλάσιον καὶ μέχρι τετραπλάσιον· πλείονα δ' ἂν τις κτᾶται τούτων εὐρῶν ἢ δοθέντων ποθὲν ἢ χρηματισάμενος ἢ τινὲς τύχῃ τοιαύτη κτησάμενος ἄλλη τα περιγιγνόμενα τοῦ 745 μέτρον, τῇ πόλει ἂν αὐτὰ καὶ τοῖς τὴν πόλιν ἔχουσι θεοῖς ἀπονέμων εὐδόκιμος τε καὶ ἀξίμιος ἂν εἴη· ἕαν δὲ τις ἀπειθῇ τούτῳ τῷ νόμῳ, φανεῖ μὲν ὁ βουλούμενος ἐπὶ τοῖς ἡμίσεισιν, ὁ δὲ ὄφλων ἄλλο τοσοῦτον μέρος ἀποτίσει τῆς αὐτοῦ κτήσεως, τὰ δ' ἡμίσεια τῶν θεῶν. ἢ δὲ κτήσις χωρὶς τοῦ κλήρου πάντων πᾶσα ἐν τῷ φανερῷ γεγράφθω παρά φύ-

cum editt. ἀμφοτέρα. Error videtur confusione ortus perinde ac si lectum sit ἀμφοτέρα τιχόντων, ἀμφοτέρων ταῦτα.

E. μέτρον δὲ αὐτὸν θέμενος] Scribebatur αὐτῶν. Recte αὐτὸν A. B. x. quod confirmatur etiam lectione Mon. αὐτοῦ. Antea Voss. x. ὃν δὲ μένειν.

P. 745. περιγιγνόμενα τοῦ μέτρον] τοῦ μέτρον, quod vulgo aberat, exhibuerunt A. B. M. Q. v. f. h. r. a. c. d. o. x.

ex Par. A. B. aliisque libris correximus. Intell. τὸν ὄρον.

εὐρῶν ἢ δοθέντων —] nactus ea vel dono aliunde accepta vel quaestu comparata etc. Mox τὰ περιγιγνόμενα τοῦ μέτρον sunt: quae superant sortis assignatae modum. De αὐτῷ post participium illato v. intpp. ad Xenoph. Cyrop. I. 3, 13. Matthiae Gr. §. 467. 2. ann. ad Phaedon. p. 111. C. Sympos. p. 195. A. Non igitur audiendus est Astius, qui ἂν αὐτὰ ἐν ἀπαντα mutandum suspicatur.

P. 745. φανεῖ μὲν ὁ β. ἐπὶ τοῖς ἡμίσεισιν] quicumque volet rem indicabit ea condicione, ut dimidium accipiat. — ἄλλο τοσοῦτον μέρος, alterum tantum.

ἢ δὲ κτήσις χωρὶς τοῦ κλήρου] quae quis possidet praeter sortem sibi assignatam. Etiam in his philosophus Lycurgi consilia et instituta ita respexit, ut simul quaedam assumserit, quae Solon Athenis sanxerat. Nam Lycurgus fundos tantum distribuit aequaliter, reliquarum opum aequalitatem plane desperavit. v. Plutar. Vit. Lycurg. c. 9. Aliter Plato, qui civibus in quattuor classes pro census magnitudine divisit et paupertatis et opulentiae quosdam constituit terminos. In quo eatenus certe Solonem secutus est, quod quattuor census classes esse iussit. Nam alia excogitavit ipse, quale est illud ipsum, quod et paupertati et opulentiae modum quandam ac terminum praescribit; eodemque pertinet etiam

λαξιν ἄρχουσιν, οἷς ἂν ὁ νόμος προστάξῃ, ὅπως ἂν
B αἱ δίκαι περὶ πάντων, ὅσαι εἰς χρήματα, ῥᾶδιαι τε
ᾧσαι καὶ σφόδρα σαφεῖς.

Cap. XIV. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο πρῶτον μὲν τὴν
πόλιν ἰδρῦσθαι δεῖ τῆς χώρας ὅ τι μάλιστα ἐν μέσῳ,
καὶ τᾶλλα ὅσα πρόσφορα πόλει τῶν ὑπαρχόντων
ἔχοντα τόπον ἐκλεξάμενον, ἃ νοῆσαι τε καὶ εἰπεῖν
οὐδὲν χαλεπὸν· μετὰ δὲ ταῦτα μέρη δώδεκα διελέ-
σθαι, θεμενον Ἑστίας πρῶτον καὶ Διὸς καὶ Ἀθη-
C νᾶς ἱερόν, ἀκρόπολιν ὀνομάζοντα, κύκλον περιβάλ-
λοντα, ἀφ' οὗ τὰ δώδεκα μέρη τέμνειν τὴν τε πό-

Cap. XIV. C. τῷ τὰ μὲν ἀγαθῆς γῆς] τὸ A.
δίχα τεμεῖν ἕκαστον] τέμνειν A. x. et marg. Q. a. quod
edidit nuper Schneider. et Hermann. Sed τεμεῖν melius convenit
cum διελεῖν et ξυγκληρῶσαι, videturque praesens temere hic ex

hoc, quod omnes opes, quas
quis possideret, voluit esse ἐν
φανερῷ. Nam alia erat apud
Athenienses οὐσία φανερά, de
qua re v. C. Fr. Hermann.
Antiquitat. Gr. §. 162. ann. 14.
B. ὅσαι εἰς χρήματα]
Stephanus legi iubet: ὅσαι εἰς
χο. Bene. Nisi forte verum est
ὅσον εἰς χρήματα.

Cap. XIV. τὴν πόλιν ἰδρῦ-
σθαι δεῖ]. Active significat
ἰδρῦσθαι. Symp. p. 195. E: ἐν
ἤθεσι καὶ ψυχαῖς θεῶν καὶ ἀν-
θρώπων τὴν οὐρανὸν ἰδρῦται.
Iungendum igitur: δεῖ ἰδρῦσθαι
ἐκλεξάμενον τόπον, ἔχοντα καὶ
τᾶλλα τῶν ὑπαρχόντων, ὅσα πρόσ-
φορὰ (ἔστι) πόλει. Perperam
verbo ἰδρῦσθαι passive accepto
anacoluthiam commentii sunt.

θεμενον Ἑστίας — Ἀθη-
νᾶς ἱερόν.] Non modo Iovi
et Vestae templum consecrari
iubet Atheniensis, sed, patriae
suae memor, etiam Minervae,
cuius in Creta exiguus tantum
cultus fuit. Enimvero Plato in
Legibus suis rerum patriarum
adeo non est contemptor, ut

multa inde ad civitatem, quam
in his libris condidit, transtu-
lisse existimandus sit. v. Her-
mann. De vestigg. ctr. I. p. 33.
— ἀκρόπολιν ὀνομάζοντα,
sicuti Athenis in arce exstructum
fuit templum Minervae.

C. ἀφ' οὗ τὰ δώδεκα μέ-
ρη —] H. e. eis τὰ δώδεκα μέ-
ρη, notissima constructione ver-
borum, quae divisionem indi-
cant. vid. Matthiae Gr. §.
419. i. p. 933. ed. 3. et quos
ille laudavit. Articuli τὰ haec
est vis et significatio: in duo-
decim, quas nunc dixi,
partes. — τῷ τὰ μὲν ἀγα-
θῆς γῆς εἶναι κ. τ. λ. ita ut,
quae habent bonum solum
magisque fertilia sunt,
parva sint ctr. De hac agro-
rum divisione v. Aristot. Pol-
lit. VII. 9. (10). 7 sqq.

καὶ ξυγκληρῶσαι δύο
τεμήματα] binas sectiones
uni sorti attribuere; bi-
nas partes una sorte com-
plecti, ita ut et propin-
qui et procul dissiti agri

λιν αὐτὴν καὶ πᾶσαν τὴν χώραν. ἴσα δὲ δεῖ γίνε-
σθαι τὰ δώδεκα μέρη τῷ τὰ μὲν ἀγαθῆς γῆς εἶναι
ομικρά, τὰ δὲ χειρόνος μείζω. κληρὸν δὲ διελεῖν
τετραράκοντα καὶ πεντακισχιλίους, τούτων τε αὖ δίχα
τεμεῖν ἕκαστον καὶ ξυγκληρῶσαι δύο τεμήματα, τοῦ
τ' ἐγγυς καὶ τοῦ πόρρω μετέχοντα ἕκαστον· τὸ πρὸς
τῇ πόλει μέρος τῷ πρὸς τοῖς ἐσχατοῖς εἰς κληρὸν
καὶ τὸ δεύτερον ἀπὸ πόλεως τῷ ἀπ' ἐσχατῶν δευ-
τέρῳ, καὶ τᾶλλα οὕτω πάντα. μηχανᾶσθαι δὲ καὶ
ἐν τοῖς δίχα τεμήμασι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον φανλό-
τητός τε καὶ ἀρετῆς χώρας. ἐπανισομένους τῷ πλή-
θει τε καὶ ὀλιγότητι τῆς διανομῆς. νείμασθαι δὲ δὴ

antegressis esse repetitum.

D. νείμασθαι δὲ δὴ καὶ τ.] Pro δὴ vulgo scribebatur
δεῖ, quod ex Par. A. praeunte Bekkero correximus. Idem liber
paullo ante pro πλήθει habet πάθει, hoc quidem male.

participes sint. Nam μετέ-
χοντα refertur ad δύο τεμήματα.
Sed quod additur ἕκαστον,
utrumque, ieder für sich
besonders; id manifesto fal-
sum est. Neque enim utraque
pars et propinqui et remoti agri
esse potest, sed hoc significa-
tur, alteram portionem esse
debere propiorem, alteram re-
motiorem magisque dissitam.
Itaque Astius ἕκατέρον scri-
bendum putavit. Sed nec hoc
placet; est enim otiosum plane
ac supervacaneum. Legendum
alicui videatur ἕκατέρωθεν. Sed
plura etiam videntur esse tur-
bata, quandoquidem oratio in
proximis hiat misertime. Nam
et asyndeton molestum accidit,
neque eis dativum τῷ πρὸς τοῖς
ἐσχατοῖς κ. τ. λ. regere potest,
quae Astii fuit opinio. Cor-
narius ἕκατέρον iunxit conse-
quentibus verbis, locum conver-
tens sic: harum vero unam-
quamque in duas secare
et duas portiones in unam
sortem conferre, quae et
propinqui et procul dissi-

ti agri particeps sit, ut
utraque pars ea, quae ad
civitatem est, cum ea,
quae est extrema, una
sors sit, et secunda a ci-
vitate cum secunda ab
extremis. Sed quid verum
sit, in tantis tenebris pervidere
longe est difficillimum. Itaque
satis erit, ulcus monstrasse,
cui medicinam adhibeant, qui-
bus contigit esse tam felicibus,
ut talia certa manu curare pos-
sint.

D. φανλότητός τε καὶ
ἀρετῆς χώρας] ratione ha-
bita vilitatis et bonitatis
terrae. De Rep. IX. p. 576.
D: ἀλλ' εὐδαιμονίας τε αὖ καὶ
ἀδλιότητος ὡσάντως ἢ ἄλλως
κρίνεις; ubi Stephanus invitis
codd. interposuit περὶ. Legg. I.
p. 646. D: καὶ τῆς περὶ τὸν οἶ-
νον ἄρα διατριβῆς ὡσάντως δια-
ροητέον. ad quem locum plura
de hoc genere loquendi. Fru-
stra Astius hic περὶ deside-
rat. Praeterea animadversione
dignus est numerus pluralis
ἐπανισομένους, quum antea in-

καὶ τοὺς ἀνδρας δώδεκα μέρη, τὴν τῆς ἄλλης οὐσίας εἰς ἴσα ὅ τι μάλιστα τὰ δώδεκα μέρη συνταξάμενον, ἀπογραφῆς πάντων γενομένης. καὶ δὴ καὶ τὸ μετὰ τοῦτο δώδεκα θεοῖς δώδεκα κλήρους θέντας

E ἐπονομάσαι καὶ καθιερώσαι τὸ λαχὸν μέρος ἐκάστῳ τῷ θεῷ, καὶ φυλὴν αὐτὴν ἐπονομάσαι. τέμνειν δὲ αὐτὴν καὶ τὰ δώδεκα τῆς πόλεως τμήματα τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ τὴν ἄλλην χώραν διένεμον· καὶ δύο νέμεισθαι ἕκαστον οἰκήσεις, τὴν τε ἐγγὺς τοῦ μέσου καὶ τὴν τῶν ἐσχάτων· καὶ τὴν μὲν κατοικήσιν οὕτω τέλος ἔχειν.

Cap. XV. Ἐννοεῖν δὲ ἡμᾶς τὸ τοιοῦτόν ἐστι

καὶ δὴ καὶ τὸ μετὰ τοῦτο] Sic Bastio teste Par. A. B. et marg. Q. cum quibus facit etiam Monacens. Vulgo καὶ ante τὸ aberat. Idem firmant h. δ. et marg. Flor. a. Falsus est, ut videtur, Bekkerus, credente Schneidero, qui Par. A. et γρ. Q. narrat pro τὸ exhibere καὶ. Voss. tamen teste Ruhnkenio καὶ δὴ καὶ μετὰ τοῦτο, quod evulgavit Hermannus.

finitivis adiciatur singularis numerus, veluti ἐκλεξάμενον, θέμενον, ὀνομάζοντα, περιβάλλοντα; atque eodem modo etiam statim post ξυνταξάμενον. Nec tamen quidquam mutandum. Pluralis etiam mox sect. D. E. positus.

τὴν τῆς ἄλλης οὐσίας — συνταξ.] Hoc τὴν quorsum referendum sit, non liquet. Quocirca Astius τὰ τῆς ἄλλης οὐσίας legi iubet. Non male. Quamquam dubitamus de emendationis veritate. Nisi forte τὴν τῆς ἄλλης οὐσίας dictum est ut τὴν πλείστην τῆς στρατίας, πολλὴν τῆς γῆς, al. de quibus v. ann. ad Sympos. p. 269. A. Verum non suppetit aliud huius dictionis exemplum, atque debuerat certe isto pacto scribi: τὴν ἄλλην τῆς οὐσίας. Itaque hic quoque iudicium cohibuisse satius erit. Mox καὶ δὴ καὶ τὸ μετὰ τ. δ. Bastio teste etiam Par. A. et marg. Vat. Q. pro καὶ

δὴ τὸ μ. δ. exhibent, ut qui vulgatam lectionem nuper horum codicum auctoritate defendere conatus est, etiam hoc sententiae suae praesidio orbatus sit. Itaque iam lingua fateat. Tum τὸ λαχὸν ἐκάστῳ τῷ θεῷ est: id quod unicuique deo sorte obtigit. v. Ruhnken. ad Tim. p. 73. qui Pollucem quoque observat Onom. VIII. 91. τὸ ἄν διδισσε de re, quae sicuti sorte obtigit. Ceterum quod Plato duodecim tribus s. φυλάς fecit, sicuti VI. 8. et VIII. 1. p. 828. B. in eo Atheniensium instituta, de quibus v. Schoemann. Antiquitatt. Iur. Publ. Graec. p. 200 sqq. ideo videtur deseruisse, quia universam civitatem in duodecim partes descripsit ob ea, quae Libr. VI. p. 771. B. exposita leguntur: ἔχει διανομὰς δώδεκα μὲν ὁ πᾶς ἀριθμὸς ἡμῶν, δώδεκα δὲ καὶ ὁ τῆς φυλῆς. ἐκά-

χρεῶν ἐκ παντὸς τρόπου, ὡς τὰ νῦν εἰρημένα πάντα οὐκ ἂν ποτε εἰς τοιοῦτους καιροὺς ξυμπέσοι, ὥστε ξυμβῆναι κατὰ λόγον οὕτω ξυμπάντα γενομένα, ἀνδρας τε, οἳ μὴ δυσχερανοῦσι τὴν τοιαύτην ξυνοικίαν, ἀλλ' υπομενοῦσι χρήματά τε ἔχοντες ταχιά καὶ μέτρια δια βίον παντὸς καὶ παίδων γενέσεις ἅς εἰρήκαμεν ἐκάστοις, καὶ χρυσοῦ στερόμενοι καὶ ἐτέρων ἂν δῆλος ὁ νομοθέτης προστάξων ἐστὶν ἐκ τούτων τῶν νῦν εἰρημένων, ἐτι δὲ χώρας τε καὶ ἄστεος, ὡς εἴρηκε, μεσότητάς τε καὶ ἐν κύκλῳ οἰκήσεις, πάντη σχεδὸν οἷον ὄνειρατα λέγων ἢ πλαττων καθάπερ ἐκ κηροῦ τινὰ πόλιν καὶ πολίτας. ἔχει δὴ τὰ τοιαῦτα

E. τὰ δώδεκα τῆς πόλεως] Sic A. B. x. et marg. Q. Legebatur vulgo: τὰ τῆς πόλεως δώδεκα.

τὴν μὲν κατοικήσιν] Libri κατοίησον. Correxerit Boeckhius. conf. XII. p. 969. C. D. IV. p. 684. E. 685. B. IV. p. 707. D.

Cap. XV. P. 746. ὡς εἴρηκε, μεσότητάς τε] Vulgo εἴρηκαμεν. Recte εἴρηκε A. r. h. a. δ. x. et pr. Q. Tum οἰκήσεις pro οἰκήσεις Mon.

στην δὴ τὴν μοῖραν διανοεῖσθαι χρεῶν ὡς οὖσαν ἱερὸν θεοῦ δῶρον, ἐπομένην τοῖς μῆσι καὶ τοῦ πάντος περιόδῳ. Verum illud utique refert civitatis Atheniensis exemplum, quod et singulis tribubus sacra sua attribuit et cives non modo in tribus sed etiam in pagos et curias, descripsit, et vero etiam ex tribuum numero senatum in prytanias divisit (Libr. VI. p. 758. C.), de quibus rebus prudenter admonuit C. Fr. Hermannus De vestig. ctr. p. 36.

Cap. XV. E. ἐκ παντὸς τρόπου] Euthydem. p. 282. A: δεῖ δὲ, ὡς εἰκεν, ἐκ παντὸς τρόπον ἅπαντα ἄνδρα τοῦτο παρασκευάζεσθαι. ubi alia huius loquutionis exempla adscripsimus.

P. 746. ἀνδρας τε, οἳ μὴ δυσχ.] Ad ἀνδρας τε int. ξυμβῆναι γενομένους. — ἂν δῆλος ὁ νομοθέτης κ. τ. λ.

quae manifestum est legum auctorem esse praescripturum secundum ea, quae modo dicta sunt. — Mox ad χώρας τε καὶ ἄστεος μεσότητάς τε καὶ — οἰκήσεις assumendum remotius illud ἔχοντες; pendunt enim subinde casus nominum ex verbis longius remotis, ut reliqua tanquam διὰ μέσον accipienda sint.

πάντη σχεδὸν οἷον ὄνειρατα λέγων] Similiter Reip. V. p. 471. C. — 473. B. de optima, quam finxit, civitate, ubi compares imprimis p. 472. C. D. 473. A. Verum etsi de ipsa re ibi disputantur similia, tamen multum fallatur, si quis cum Zellero Stud. Platt. p. 105. hunc Legum locum ex Republica repetitum et consarcinatum esse statuat. Enimvero imitationis ne levissimum quidem his impressum vestigium est neque verborum neque sententiarum. Plura de re satis

B οὐ κακῶς τινὰ τρόπον εἰρημένα, γρη δὲ πάντα λαμβάνειν πρὸς αὐτὸν τὰ τοιαῦτα. πάλιν ἄρα ἡμῖν ὁ νομοθετῶν φράζει τὸδε, Ἐν τούτοις τοῖς λόγοις, ὧ φίλοι, μηδ' αὐτὸν δοκεῖτέ με ληληθῆναι τὸ νῦν λεγόμενον, ὡς ἀληθῆ διεξέρχεται τινὰ τρόπον. ἀλλὰ γὰρ ἐν ἐκάστοις τῶν μελλόντων ἔσεσθαι δικαιοτάτων οἶμαι τὸδε εἶναι, τὸν τὸ παράδειγμα δεικνύοντα, οἷον δεῖ τὸ ἐπιχειρούμενον γίνεσθαι, μηδὲν ἀπολείπειν τῶν καλλίστων τε καὶ ἀληθεστάτων. ὧ δὲ ἀδύνατον τι ξυμβαίνει τούτων γίνεσθαι, τοῦτο μὲν αὐτὸ ἐκκλίνειν καὶ μὴ πράττειν, ὅ τι δὲ τούτου τῶν λοι-

B, γρη δὲ πάντα λαμβάνειν] Sic A. et litteris videlicet prave diremtis. Voss. x. et pr. B. Verum in marg. libri x. adscriptum. In Mon. perscriptum extat ἐπαναλαβεῖν. Vulgo δὲ ἐπαναλαμβάνειν. Recte πάντα λαμβάνειν edidit Schneider. quem sequuti sumus.

aperta non attinet dicere. Comparant, si qui dubitent, ipsi utrumque locum atque suo iudicio rem controversam rimentur, ad diiudicandum haud sane difficilem.

C. ὧ δὲ ἀδύνατον τι ξυμβαίνει —] Cui autem accidit, ut aliquid eorum perfici non possit, hunc par est illud vitare neque suscipere, ac si quid ex ceteris ad illud proxime accedat cum eoque maxime sit cognatum, ipsum perficere conari. Ad infinitivum ἐκκλίνειν καὶ μὴ πράττειν int. δικαιοτάτων οἶμαι εἶναι.

τὸ γὰρ ὁμολογούμενον αὐτὸ αὐτῷ] opus quod secum ipso consentiat omnibusque partibus unum sit et in se absolutum.

Cap. XVI. D. μετὰ τὴν δόξαν τῆς τῶν δώδεκα μερῶν διανομῆς] Praepositio μετὰ cum simplici nomine substantivo casus accusativi coniuncta per breviloquentiam dictum aliquid esse significat; ut non videam, quid Zellerum Stud.

Platt. p. 93. commoverit, ut hanc ipsam constructionem inter affectatae orationis exempla numeraret. Eodem modo infra L. VII. p. 794. C: μετὰ τὸν ἔξετη καὶ τὴν ἔξετην, postquam puer vel puella sexennis factus est. Fid. p. 812. B: μετὰ τὸν γραμμῶν τὴν, postquam de grammatica dictum est. Demo. h. De male gest. legat. p. 338. 26. ed. Reisk.: μετὰ τρία ἔτη τῆς γραφῆς, triennio post τὴν γραφὴν elapso. Diogen. Laërt. VI. 43: μετὰ τὴν Χαίρωνειαν, post pugnam Chaeronensem. Himer. Orat. III. 14. et XXII. 4: μετὰ τὴν θάλασσαν, post pericula maris. Sed non pauca huius usus exempla notarunt Wernsdorf. ad Himer. p. 41 sq. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 429. Aristaen. p. 40. Iacobs ad Philostr. Imagg. p. 243. et 441 sq. in Anim. ad Anthol. III. 3. p. 82. ad Achill. Tat. p. 876. Schaeffer. ad Aesopi Fab. p. 145. ed. Heus. Matthiae Gr. §. 587.

πῶν ἐγγυτάτα ἐστὶ καὶ ξυγγενέστατον ἐφ' αὐτῶν προσηκόντων πράττειν, τοῦτ' αὐτὸ διαμηχανᾶσθαι ὅπως ἂν γίνηται· τὸν νομοθέτην δ' εἶσαι τέλος ἐπιτείνειν τῇ βουλήσει, γενομένου δὲ τούτου, τότε ἤδη κοινῇ μετ' ἐκείνου σκοπεῖν ὅ τι τε ξυμφέρει τῶν εἰρημένων καὶ τί πρόσπαντες εἴρηται τῆς νομοθεσίας· τὸ γὰρ ὁμολογούμενον αὐτὸ αὐτῷ δεῖ πᾶσι πανταχῇ ἀπεργάζεσθαι καὶ τὸν τοῦ φανλοτάτου δημιουργοῦ ἀξίον ἔσομενον λόγον. D

Cap. XVI. Nῦν δὲ τοῦτ' αὐτὸ προθυμητέον ἰδεῖν μετὰ τὴν δόξαν τῆς τῶν δώδεκα μερῶν διανο-

οἶμαι τὸδε εἶναι] τόνδε A. E. v. f. h. r. a. c. d. o. x. et corr. Q.

C. ξυμβαίνει τούτων γίνεσθαι] Sic A. B. M. Q. E. v. f. h. a. c. d. o. x. Vett. edit. ξυμβαίνειν.

D. δεῖ πᾶσι πανταχῇ] Sic A. M. Q. f. h. r. a. c. d. o. x. Legebatur olim δήπου. Voss. γεννώμενα.

c. Ac ne quis existimet, hunc usum recentioris tantum Graecitatis proprium esse, similiter iam Homerus Iliad. XI. v. 227: μετὰ κλέος ἕκετ' Ἀχαιῶν, h. e. post nuntium acceptum. Vere enim Schol.: φήμην ἀκούσας ὅτι ἐπιστράτευσαν οἱ Ἀχαιοὶ τῇ Τροίᾳ. Ibid. XIII. v. 364. πολέμοιο μετὰ κλέος ἐληλυόθει. Odys. XIII. v. 415. ὄχετο, πενσόμενος, μετὰ σὸν κλέος. Herodot. I. 34: μετὰ Σόλωνα οἰόμενον. Id. VI. 98: μετὰ δὲ τοῦτον (τὸν στρατὸν) ἐνθεῦτεν ἐξανασθέντα. Nec abluunt ab hac Graecorum ratione illa Horat. Od. I. 3, 29: Post ignem aethera domo subductum. Od. I. 18, 5: Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat? Aut post te potius, Bacche pater, teque, decens Venus?, quo loco post te prorsus eodem modo dictum est quo Graeci dicunt μετὰ Κτησιγόνην, post temerariam accusationem Ctesiphontis, μετ' Ἀχιλλῆα.

Achille occiso: μετὰ Διονύσου, post Bacchum, h. e. vino potato, celebrata comotatione, al. Seneca De Provident. c. 4: Audaciter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se saepe vicisse post sanguinem, h. e. vulneribus gravibus acceptis. Idem Consol. ad Marc. c. 17: erit Dionysius dominationis cupidus etiam post Platonem, vitae etiam post exilium; h. e. postquam Plato cum ipso sapientiam suam communicavit, et posteaquam eiectus est in exilium. Sed redimus tandem ad verba Platonis, quae iam apparebit, opinor, sic explicanda esse: nunc autem, posteaquam nobis visum est civitatem in duodecim partes dividere, prompto paratoque animo etiam illud spectandum, quo modo fieri possit etc. Veram rationem iam assecutus est Astius, cuius explicatio nescio cur viro docto non satisfecerit.

μῆς, τὸ τίνα τρόπον. δῆλον δὲ τὰ δώδεκα μέρη τῶν ἐντὸς αὐτοῦ πλείστας ἔχοντα διανομὰς, καὶ τὰ τούτοις ξυνεπόμενα καὶ ἐκ τούτων γεννώμενα, μέχρι τῶν τετραράκοντά τε καὶ πεντακισχιλίων· ὅθεν φρατρίας καὶ δήμους καὶ κώμας, καὶ πρὸς γε τὰς πολεμικὰς

Cap. XVI. ὅθεν φρατρίας] V. φαιρίας. Mutavimus ex A. et Bas. 2. Mox pro ἀγωγὰς A. B. corr. ἀγῶνας.

E. νόμον διατάττειν] τάττειν A. Q. v. h. r. et pr. a. Sententiae convenientius est διατάττειν, quod cur critici in τάττειν

τὸ τίνα τρόπον. δῆλον δὲ τὰ δώδεκα —] Locus prope modum desperatus, cui tamen videmur conjecturae ope mederi posse. Et vulgo quidem haec omnia uno tenore leguntur sic: τὸ τίνα τρόπον δῆλον δὲ τὰ δώδεκα μέρη τῶν ἐντὸς αὐτοῦ πλείστας ἔχοντα διανομὰς, κ. τ. λ. Quae quam obscura, perplexa atque confusa oratio sit, vix attinet demonstrare, praesertim quum, quae sit verborum cohaerentia, plane non appareat. Partem difficultatis sustulit Astius, puneto post τίνα τρόπον posito. Sed quomodo hoc ipsum explicari aut proxima explanari deberent, id ille non ostendit. Nam quod scripsit participia esse pro infinitivis posita et pro αὐτοῦ refingi oportere αὐτῶν, id nihili est, siquidem nec patet, quorsum αὐτῶν istud, quod reponi iussit, pertineat, nec participia post δῆλον δὲ pro infinitivis posita esse possunt. Ordiamur igitur ab interpretatione verborum antegressorum, cuius partem modo proffigavimus, verbis μετὰ τὴν δόξαν — διανομῆς subtilius explanatis. Hic vero teneri debet diligentissime, τοῦτ' αὐτὸ referri ad τὸ ὁμολογούμενον αὐτὸ εἶναι, cuius modo iniecta erat mentio. Quocirca verba sic accipienda sunt: Nunc igitur hoc ipsum promta parata-

que voluntate spectandum est, posteaquam placuit civitatem in duodecim partes distribuere, quomodo effici debeat vel possit sic, ut idem in usu numerorum rerumque inde suspensarum cernatur. Etenim significat Atheniensis, illud ipsum τὸ ὁμολογούμενον etiam in reliquo usu numeri istius, quae in agris et bonis dividendis tant, conspicuum esse oportere. Atque haec si vere iudicavimus, facile lucem suam recuperabunt etiam consequentia, quae tamen censemus foedis maculis esse contaminata, quandoquidem nec ratio et causa participii ἔχοντα intelligitur, nec αὐτοῦ habet quorsum referatur. Nimirum pro δῆλον aut δηλοῖ aut δῆλα reponendum est, pro αὐτοῦ vero sine ulla dubitatione scribi oportet αὐ. Quibus emendationibus factis protenus existit sensus verborum aptissimus. Interpretandus enim locus est hunc in modum: manifestum est igitur, duodecim illas partes (quas in agris civibusque dividendis adhibuimus) rursus plurimas habere divisiones eorum, quae intus in se comprehendunt, atque ea, quae cum his sunt coniuncta, pariterque quae inde oriuntur, item, usque ad

τάξεις τε καὶ ἀγωγὰς, καὶ ἐτι νομίσματα καὶ μέτρα ξηρὰ τε καὶ ὑγρὰ καὶ σταθμὰ, πάντα ταῦτα ἐμμετρὰ τε καὶ ἀλλήλοις σύμφωνα δεῖ τὸν γε νόμον διατάττειν. πρὸς δὲ τούτοις οὐδ' ἐκεῖνα φοβητέα δέισαντα τὴν δόξαν ἂν γίγνεσθαι σμικρολογίαν, ἂν τις προστάτῃ

mutaverint, caussa in promptu est; qui ex τάττειν potuerit exoriri, non intelligitur. Itaque διατάττειν cum Par. B. E. f. c. o. δ. x. tenendum. Pro νόμον Mon. νομοθέτην.

quadraginta et quinque millia. De δηλοῖ vel δῆλα cum participiis coniuncto nota res est. v. Matthiae Gr. §. 549. 5. Ad καὶ τὰ τούτοις ξυνεπόμενα — γεννώμενα vero denuo intelligendum esse πλείστας ἔχοντα διανομὰς, nunc sponte intelligitur. Quod Hermannus pro δῆλον δὲ edidit διελθὲν δεῖ, id ne nunc quidem probandum censemus.

ὅθεν φρατρίας καὶ δήμους — διατάττειν] In his quoque respexit philosophus ad instituta Atheniensium. v. Schoemann. Antiquitat. Iur. Publ. Graec. p. 200 sqq. ubi vir egregius dilucide exposuit de populi Attici divisionibus. coll. Wachsmuth. Antiqq. Graec. I. 1. p. 235 sqq. Car. Fr. Hermann. Ibid. §. 98. 99. 111. et Comment. De vestigiis etc. p. 36. ubi monetur extrema duo vocabula, δήμους καὶ κώμας, unum idemque genus significare, comparato Aristotele Poëtic. III. 6. οἷοι γὰρ κώμας τὰς περιουκίδας καλεῖν φασίν, Ἀθηναῖοι δὲ δήμους. Eandem divisionem Plato respicit etiam alibi, veluti VI. p. 753. C. et 785. A. — καὶ πρὸς γε, ac praeterea. v. ad Remp. VIII. p. 559. A. Sophist. p. 234. A. Nec in his libris formula infrequens est, cuius tamen usus exempla post Astium afferre

piget. — ἀγωγὰς sunt: ductus militares, Zugführungen.

E. ἐκεῖνα φοβητέα δέισαντα] H. e. φοβηθῆναι δεῖ δέισαντα. v. ad Criton. p. 49. A. De verbo metuendi ac timendi in una verborum comprehensione coniuncto v. Legg. VII. p. 819. A: φοβούμαι μὲν δὲ ταῦτα ἂν οὐ λέγεις, μᾶλλον δὲ δέδοικα τοὺς ἡμῖνοις μὲν αὐτῶν τούτων. Protagor. p. 355. D: καλεῖται τι θεὸς καὶ φόβον; ubi v. ann. Thueyd. IV. 117: Λακεδαιμόνιοι δὲ ταῦτα τοὺς Ἀθηναίους, ἀπερ' ἔδεισαν, φοβηθῆναι. Xenoph. Mem. III. 5, 6: ὅταν μὲν γὰρ δὴ πονηρὸν φοβῶνται, μεστοὶ εἰσιν ἀταξίας· ὅταν δὲ χειμῶνα ἢ πολέμου δέλοισι, τὰ κλεινόμενα πάντα ποιοῦσιν. Herodot. IV. 115: ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ θεός. Demosth. p. 124: οὐ δὲ δεῖ παροῦσαν ταῖς ταῖς οὐδὲ τὸν ἐξείργοντα δεῖσι καὶ φόβῳ. al. Non dissimilia sunt talia: Phileb. p. 58. D: εἰπωμεν, εἰ φαίμεν ἂν. Hipp. min. p. 369. E: ἐνερόχη ὅτι μοι δοκεῖ. Lachet. p. 196. E. ubi v. ann. Sed vide omnino quae de verbis eiusdem significationis inter se coniunctis scripsimus ad Sophist. p. 217. E. et p. 242. A. — τὴν δόξαν ἂν γίγνεσθαι σμικρ. quod videri possit existere rerum minutarum studium.

πάντα, ὅπόσ' ἂν σκευή κτῶνται, μηδὲν ἄμετρον αὐτῶν
 747 ἔαν εἶναι, καὶ κοινῶ λόγῳ νομίσαντα πρὸς πάντα
 εἶναι χρησίμους τὰς τῶν ἀριθμῶν διανομὰς καὶ
 ποικίσεις, ὅσα τε αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ποικίλλονται καὶ
 ὅσα ἐν μήκεσι καὶ ἐν βάθει ποικίλλονται, καὶ δὴ καὶ
 ἐν φθόγγοις καὶ κινήσει ταῖς τε κατὰ τὴν εὐθυπο-
 ρίαν τῆς ἄνω καὶ κάτω φορᾶς καὶ τῆς κύκλω περι-
 φορᾶς· πρὸς γὰρ ταῦτα πάντα δεῖ βλέψαντα τὸν γε
 νομοθέτην προστάττειν τοῖς πολίταις πᾶσιν εἰς δύ-
 ναμιν τούτων μὴ ἀπολείπεσθαι τῆς συντάξεως. πρὸς
 B τε γὰρ οἰκονομίαν καὶ πρὸς πολιτείαν καὶ πρὸς τὰς
 τέχνας πάσας ἐν οὐδὲν οὕτω δύναμιν ἔχει παιδεῖον
 μάθημα μεγάλην, ὡς ἡ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς διατριβή·

P. 747. B. ἐν οὐδὲν οὕτω] Sic libri omnes cum editt.;
 nullus ἐν οὐδ' ἐν, quae scriptura Schaefero et Fritschio unice
 placuit. Dein Mon. ἔχει παιδιον μαθ.

πάντα ὅπόσ' ἂν σκευή κτ.,
 μηδὲν ἄμετρον] Anacoluthon
 singulare. Nam post πάντα aut
 subiungi debebat: σύμμετρα ποι-
 εῖν vel ἔχειν. aut scribi πάντων,
 omisso in proximis αὐτῶν. Nunc
 vero, illo πάντα neglecto, mu-
 tatur repente forma orationis,
 atque μηδὲν ἄμετρον ἔαν εἶναι
 infertur addito genitivo αὐτῶν.
 καὶ κοινῶ λόγῳ νομίσαν-
 τα] Etiam hoc νομίσαντα pendet
 ex antecedenti φοβητέα, i. e.
 φοβείσθαι δεῖ, in qua verborum
 ratione rursus cernitur anaco-
 luthon. Nam ipsa sententia
 postulabat utique, ut hunc in
 modum pergeretur: καὶ (ἂν)
 κοινῶ λόγῳ νομίσῃ κ. τ. λ.

P. 747. τὰς τῶν ἀριθμῶν
 διανομὰς καὶ ποικίσεις] |
 utiles esse ad omnia nu-
 merorum distributiones ac
 varietates, quibusquam
 ipsi inter se varii sunt,
 tum in longitudinibus ac
 profunditatibus (De Rep.
 VII. p. 523. A sqq. Legg. VII.
 819. C.) et vero etiam in
 sonis et motibus. Quippe

haec omnia quae in ad nume-
 rorum rationes reventur, i possunt,
 numeri in iis tanquam ποικί-
 λονται. Voc. ποικίσεις hinc me-
 morat Pollux Onom. VII. 34.
 p. 710. ut iam Astius anno-
 tavit. Motus quod duplex dis-
 cernitur, rectus et orbicularis,
 de eo v. Theaet. p. 181. C. D.
 εἰς δύναμιν τούτων μὴ
 ἀπολείπεσθαι τῆς συντά-
 ξεως] Bene Ficinus: „ne
 ab huiusmodi numerorum
 ordine, quoad possunt,
 recedant.“

πρὸς τε γὰρ οἰκονομίαν
 —] De utilitate mathematicae
 disciplinae in vitae communis
 negotiis mentisque viribus ex-
 colendis conf. infra Libr. VII.
 p. 819. A sqq. De Rep. VII.
 p. 522. C sqq. 525. C sqq. —
 ἐν οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτον
 πεποιθός. Similiter Latini
 dicunt nihil unum, nullus
 unus, nemo unus. Plato
 Reip. VI. p. 488. A: ὡστ' οὐδ'
 ἔστιν ἐν οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτον
 πεποιθός. Herodot. I. 32:
 ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπων σώμα ἐν

τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι τὸν νυστάζοντα καὶ ἀμαθῆ φύ-
 σει ἐγείρει καὶ εὐμαθῆ καὶ μνήμονα καὶ ἀγγίχουν
 ἀπεργάζεται, παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐπιδιδόντα θεία
 τέχνη. ταῦτα δὴ πάντα, ἔαν μὲν ἄλλοις νόμοις τε
 καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἀφαιρηθῶσι τις τὴν ἀνελευθερίαν
 καὶ φιλοχρηματίαν ἐκ τῶν ψυχῶν τῶν μελλόντων
 αὐτὰ ἰκανῶς τε καὶ ὀνησίμως κτήσεσθαι, κατὰ τὰ C
 παιδεύματα καὶ προσήκοντα γίγνοιτ' ἂν· εἰ δὲ μή,
 τὴν καλουμένην ἂν τις πανουργίαν ἀντι σοφίας ἀπερ-
 γασάμενος λάθοι, καθάπερ Αἰγυπτίους καὶ Φοίνικας
 καὶ πολλὰ ἕτερα ἀπειργασμένα γένη τῶν ἔστιν ἰδεῖν
 ὑπὸ τῆς τῶν ἄλλων ἐπιτηδεύματων καὶ κτημάτων
 ἀνελευθερίας, εἴτε τις νομοθέτης αὐτοῖς φαῦλος ἂν

C. ὀνησίμως κτήσεσθαι] κτήσεσθαι Venet. E. Mox Ric.
 h. et Flor. δ. ἀντι τῆς σοφίας, addito articulo.
 ἀπειργασμένα γένη] ἀπειργασμένους Mon.

οὐδὲν αὐταρκές ἐστι. Thucyd.
 II. 51. ἐν τε οὐδὲν κατέστη σώμα,
 ubi v. Poppo, qui nuper ἐν
 οὐδὲ ἐν dedit, quam scripturam
 suaserunt Schaefer. Appar.
 Demosth. II. p. 619. et Fritsch.
 ad Lucian. Dial. Deor. p. XXXV.
 Exempla formulae collegerunt
 intpp. ad Thucyd. l. c. Prae-
 terea de eadem consulas vet.
 grammat. ad Gregor. Corinth.
 p. 56 sq. et in Bekkeri Ane-
 cdot. Vol. I. p. 138 sq. Παί-
 δεῖον μάθημα, puerilis dis-
 ciplina, dictum ut Libr. I.
 p. 643. B. παιδεία οἰκοδομήματα.

B. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι
 τὸν ν. V. Matthiae Gr. §.
 432. 5. — νυστάζοντα, som-
 niantem, somnolentum.
 De proximis, εὐμαθῆ καὶ μνή-
 μονα καὶ ἀγγίχουν; similiter haec
 coniunguntur De Rep. VI. p.
 503. C. Theaetet. p. 144. A.
 — παρὰ τὴν — τέχνη, i. e.
 ὅστε παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐπι-
 δίδοντα, ita ut praeter natu-
 ram suam divina arte pro-
 ficat.

C. καθάπερ Αἰγυπτίους

—] De re ipsa conf. Libr. VII.
 p. 819. A sqq. ubi describuntur
 Aegyptiorum studia mathema-
 tica et De Rep. IV. p. 436. A:
 τὸ φιλοχρηματόν, ὃ περὶ τοῖς τε
 Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ
 Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐκ ἤκιστα.
 De Aegyptiis eo nomine male
 audientibus v. etiam Valcke-
 nar. ad Theocr. Adoniaz. p.
 357. et Ranke De Vita Ari-
 stoph. p. 254. Sunt autem verba
 connectenda sic: καθάπερ τῶν
 ἔστιν ἰδεῖν Αἰγυπτίους καὶ Φοί-
 νικας καὶ πολλὰ ἕτερα γένη ὑπὸ
 τῆς ἀνελευθερίας τῶν ἄλλων ἐπι-
 τηδεύματων καὶ κτημάτων ἀπει-
 ρασμένα int. τὴν καλουμένην
 πανουργίαν ἀντι σοφίας.

εἴτε τις νομοθέτης ἀν-
 τοῖς φαῦλος ἂν γενόμενος
 ἐξείργασατο] Torsit in his
 viros doctos ἂν particula, quae
 quid significaret, illi non usque-
 quaque perspexerunt. Nam
 Stephanus quidem in locum
 eius αὐ sufficiens statuit.
 Sed recte istud αὐ sprexit
 Astius, quippe quod sententi-
 arum nexui parum conveniat.

D γενόμενος ἐξεργάσατο τὰ τοιαῦτα, εἴτε χαλεπή τύχη προσπεσοῦσα, εἴτε καὶ φύσις ἄλλη τις τοιαύτη. καὶ γὰρ, ὡς Μέγιστος τε καὶ Κλεινία, μηδὲ τοῦθ' ἡμᾶς λανθανέτω περὶ τόπων, ὡς οὐκ εἰσὶν ἄλλοι τινὲς διαφέροντες ἄλλων τόπων πρὸς τὸ γεννᾶν ἀνθρώπους

D. καὶ δι' εἰλήσεις] Libri διελήσεις. Voss. solus διελήσεις. V. enarrat. Dein Mon. τὴν ἐκ γῆς pro τὴν ἐκ τῆς γῆς.

Ipsē vero legi iussit ἐξεργάσαιτο. Verum ne optativo quidem locus est, siquidem verba hoc significant: sive legumlator aliquis pravus talia effecit, nec vero: sive legumlator aliquis pravus talia effecerit s. efficere possit. Itaque aliam viam ingressus est A. Matthiae Gr. Gr. §. 599. c. p. 1410. ed. 3. qui ἂν cum indicativo ἐξεργάσαιτο ita coniunxit, ut particulam censuerit coniecturae vel suspicionis facere indicium. Quod tamen quo iure ita statuatur, fatemur nos neutiquam intelligere. Nimirum nostra sententia ἂν ad solum participium γενόμενος pertinet, hoc sensu: sive legumlator aliquis iis talia effecit, qui fortasse pravus fuerit. Nam φαῦλος ἂν γενόμενος idem est quod ὄστις ἂν φαῦλος γένοιτο; cuius structurae exempla attulimus ad Phileb. p. 30. C. Addas vero: De Rep. III. p. 414. C: οὐ γενοῦς οὐδ' οἶδ' εἰ γενόμενον ἂν. Demosth. p. 790. 26: τὰ μήτε ὄντα μήτ' ἂν γενόμενα μήτ' ἂν γενήσομενα. Thucyd. VI. 38: ἐνθένθεν ἂν ὄντες οὔτε ὄντα οὔτε ἂν γενόμενα λογοποιούσιν. Iam vero quod participium arbitramur per optativum addito ἂν explicari oportere, noli putare optativum ab hac sententia alienum esse, sicuti visum est viro praestantissimo, A. Matthiae. Nam optativus cum ἂν iunctus usurpari solet etiam, sicuti coniectura de aliqua re proditur po-

nitarque eam fieri vel posse vel potuisse. Cuius generis exempla bene multa consignavimus ad Legg. III. p. 677. et Remp. VIII. p. 549. A. Itaque locus est integer neque ulla laborat difficultate. — εἴτε καὶ φύσις ἄλλη τις τοιαύτη, h. e. aliud quid ἕτεροι, quod in rerum natura positum sit.

D. ὡς οὐκ εἰσὶν ἄλλοι διαφέροντες —] Hoc dicit: Nec hoc nos lateat, plurimis in locis discriminis esse ad hominum vel meliorum vel deteriorum generationem; quibus non contraria i. e. consentanea, legibus sunt sancienda. Significat igitur philosophus, leges pro varia regionum natura atque indole item varias esse oportere, quo melius hominum ingeniis conveniant. Ante εἰσὶν ἄλλοι quod interpositum legitur οὐκ, id Astius expungendum censet. Nisi forte illud paratam defensionem ex eo habet, quod μηδὲ τοῦθ' ἡμᾶς λανθανέτω, si sensum spectamus, idem est quod μηδὲ τοῦθ' ἀπαρησάμεθα aut similis aliqua formula. Simili cum libertate Protagor. p. 350. D: τοὺς δὲ ἀνδρείους, ὡς οὐ θαρσάλοισι εἰσὶ, τὸ ἐμὸν ὁμολόγημα οὐδαμῶς ἐπέδειξας ὡς οὐκ ὁρθῶς ὁμολόγησα, quo loco οὐ interpositum est ideo, quia in verbis τὸ ἐμὸν — ὁμολόγησα inest notio negandi et refellendi. Phileb. p. 26. D: οὐδ' ἐδυσκολαινόμεν, ὡς οὐκ

ἀμείνους καὶ χεῖρους· οἷς οὐκ ἐναντία νομοθετητέον. οἱ μὲν γὰρ πού δια πνεύματα παντοῖα καὶ δι' εἰλήσεις ἀλλόκοτοι τ' εἰσὶ καὶ ἐναῖσιοι αὐτῶν, οἱ δὲ δι' ὕδατα, οἱ δὲ καὶ διὰ ταύτην τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν, ἀναδιδούσαν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἀμείνω καὶ χεῖρω,

καὶ ἐναῖσιοι] Sic A. B. x. et pr. Q. Legebatur ἀναῖσιοι, quod nihili est. v. enarrat.

ἦν ἐν φύσει. Sophist. p. 260. A: ἀρηρέθημεν αὐτὸ μηδ' εἶναι τὸ παράπαν. Tuetur οὐκ etiam Galenus, qui Tom. I. p. 349. 48. ed. Bas. haec inde ab: ἀπὸ τοῦθ' ἡμᾶς usque ad finem libri exserpsit. Dübnerus Mus. Rhenan. III. 4. (ann. 1844) legendum censet ὡς εἰκόσιν ἄλλοι.

οἱ μὲν γὰρ πού δια πνεύματα] Ne quis pro γε requirat γὰρ, v. ann. ad Phileb. p. 12. E. et Sympos. p. 180. D.

καὶ δι' εἰλήσεις] Tractavit haec Ruhnkenius ad Tim. p. 97 sq. qui pro vulg. διελήσεις, quod libros omnes obsidet, correxit δι' εἰλήσεις, Galenum ea in re ducem sequutus, apud quem scriptum legitur: οἱ μὲν πού γε διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ εἰλήσεις ἀλλόκοτοι τε εἰσὶ καὶ ἀνέθεοι ἐναντίων. Sunt vero εἰλήσεις, vel potius εἰλήσεις, solis calor, aestus, ἢ ἐξ ἡλίου θερμοτήτες, ut interpretatur Galenus. De Rep. II. p. 380. E: ἡμιστὰ ἀλλοιοῦται τε καὶ κρεῖται, οἷον σῶμα ὑπὸ σιτίων τε καὶ ποτίων καὶ πόνων, καὶ πᾶν φυτόν ὑπὸ εἰρησεῖν τε καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοιοῦτων. Ibid. III. p. 404. A: καὶ πολλὰς μεταβολὰς ἐν ταῖς στραταῖς μεταβάλλοντες ὕδατων τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων καὶ εἰλήσεων καὶ χειμώνων. Apud Stobaeum Eclogg. Phys. p. 88. scribitur turpi errore διελήσεις. Utrum εἰλήσεις, ψιλῶς, scribendum sit an εἰλήσεις, δασείως, de eo ambigitur. v. Schaefer. ad Schol. Apollon. Rhod. II. p. 279. Sed asperum de-

fendit analogia verbi εἰλέω, quod Eustath. ad Odys. ἡ. p. 1513. interpretatur τὸ ἐν ἡλίῳ ξηραίνεω, solis ardore arefacere; differt enim aliquantum ab εἰλεῖν, volvere, volutare, coarctare etc. defendit item cognatio nominis ἡ εἰλη, calor, lux solis, quod non confundendum est cum ἡ εἰλη, turba. Sed de his vide Astium, qui de iis bene exposuit. Hoc unum addidisse iuvabit, etiam in locis Reipublicae asperum optimorum atque plurimorum codicum auctoritate confirmari. — ἀλλόκοτοι, insolentes. Vocabulum optime illustravit Ruhnkenius ad Tim. Gloss. p. 24. — Dein codd. vel ἐναῖσιοι vel ἀναῖσιοι. Ruhnkenius i. e. ἀπαῖσιοι vel ἀνάριστοι coniecit. Astius malebat ἐξάισιοι. Nos ἐναῖσιοι cum optimis codd. tuendum censemus, quod legit etiam Phrynichus apud Bekkerum Anecd. Vol. I. p. 15. qui interpretatur: οἷον οἱ γενόμενοι ἐν αἰσῇ καὶ μοῖρᾳ τινί. Nimirum ἐναῖσιον ut ἐναῖσιμον in utramque partem dicitur, ut omnino significet fatale quiddam, quod afferat aliquid vel habeat, quod tanquam fato videatur constitutum esse.

διὰ ταύτην τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν] Non caret vi sua istud ταύτην, quod sic interpretaris: propter quotidianum istum, quem terra praebet, victum. Similem usum notavimus ad Phileb. p. 59. A. Sed habet etiam hic locus ma-

Ε ταῖς δὲ ψυχαῖς οὐχ ἦττον δυναμένην πάντα τὰ τοιαῦτα ἐμποιεῖν, τούτων δ' αὖ πάντων μέγιστον διαφέροισιν ἂν τόποι χώρας, ἐν οἷς θεία τις ἐπίπνοια καὶ δαιμόνων λήξεις εἶεν, τοὺς αἰεὶ κατοικιζομένους ἢ δὲ δεχόμενοι καὶ τούναντίον. οἷς ὁ γε νοῦν ἔχων νομοθέτης ἐπισκευάμενος, ὡς ἄνθρωπον οἶόν τ' ἐστὶ σκοπεῖν τὰ τοιαῦτα, οὕτως περὶ τ' ἂν τιθεῖναι τοὺς

E. λήξεις εἶεν, τοὺς αἰεὶ] Voss. λήξεις εἶεν τοῖς αἰεὶ. male.

gnam difficultatem. Neque enim quisquam expedire poterit verborum constructionem, ita ut nihil impedimenti remaneat. Corrigendum, nisi fallor, sic est: οἱ δὲ καὶ ταύτην τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν ἀναδιδούσαν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἀμείνω καὶ χεῖρω, ταῖς δὲ ψ. οὐχ ἦττον δ. alii vero loci etiam victum istum quotidianum, quem terra praeberet, efferunt non modo corporibus vel salubriorem vel deteriorem, sed etiam eum, qui non minus animis possit talia ingenerare. *Διὰ* illud ante ταύτην quam facile errore nasci potuerit, in aprico est. Nam sive antecedentis καὶ similitudinem respicimus, sive eiusdem praepositionis repetendae occasionem consideramus, nihil fuit sane ad fraudem admittendam utraque re opportunius. Nec vero audax videbitur vulgati ἀναδιδούσαν in ἀναδιδούσαν mutatio. Iam vero recte dicuntur ipsi loci ἀναδιδούσαι τροφήν, quod in vulgata lectione secus est. Politic. p. 272. A: αὐτοματῶς ἀναδιδούσης τῆς γῆς. Menex. p. 237. D: ἐν ᾧ ἡ πᾶσα γῆ ἀνεδίδου καὶ ἔφνε ζωὰ παντοδαπά. Post οὐ μόνον quod non ἀλλὰ καὶ vel ἀλλὰ, sed δὲ infertur, id haudquaquam est insolens. Libr. VI. p. 751. B:

οὐ μόνον οὐδ' πλεον, σχεδὸν δὲ βλάβαι — νομῶν ἂν ἐξ αἰτιῶν. Ibid. p. 752. D: μὴ μόνον ἀφοσιώσασθε. — ξενιόρος δ' ἐπιμεληθῆναι. Ibid. p. 760. D. p. 777. D. VIII. p. 842. C. VII. p. 823. A. XI. p. 920. A. B. XII. p. 965. B. — πάντα τὰ τοιαῦτα per synesin dictum refertur ad ἀμείνω καὶ χεῖρω, cuius generis sunt illa Phaedon. p. 59. A. et p. 67. A. E. ἐν οἷς θεία τις ἐπίπνοια — | H. e. in quibus omnia quasi divina sunt, ita ut non modo tanquam divinus quidam afflatus per omnia spiret, verum etiam agri diis sint consecrati. De ἐπίπνοια v. ann. ad cap. 9. in. p. 738. C. *Δαιμόνων λήξεις* vero, sicuti alibi κλήραι, vocantur portiones, quae diis sorte obtigerunt. Respicitur ad p. 745. B.—D.

ἢ δὲ δεχόμενοι καὶ τούναντίον.] Nominativus masculini generis per synesin positus est, perinde ac si θεοὶ et δαίμονες praecesserit. Eiusdem fere generis sunt, de quibus exposuerunt intpp. ad Gregor. Corinth. p. 37 sqq. ed. Schäfer. Porson. ad Eur. Hecub. v. 22 et Hermannus ad Viger. ann. 55. p. 714.

οἷς ὁ γε νοῦν ἔχων —] cuiusmodi locis omnibus

νόμους. ὁ δὲ καὶ σοὶ ποιητέον, ὦ Κλεινία· πρῶτον τρεπτέον ἐπὶ τὰ τοιαῦτα μέλλοντι γε κατοικίξιν χώραν.

ΚΛ. Ἄλλ', ὦ ξένη Ἀθηναίε, λέγεις τε παγκάλως ἐμοὶ τε οὕτως ποιητέον.

πρῶτον τρεπτέον] σχεπτέον Ric.

prudens legum scriptor, ubi ista consideraverit quantum homo talia considerare potest, conabitur leges iis convenientes scribere. Non opus est, opinor, ut οἷς, quod cum τιθεῖναι

τοὺς νόμους cohaeret, in οἷς mutetur, quod desideravit Astius.

πρῶτον τρεπτέον —] Desideraveris fortasse οὐν. Sed v. ann. ad Theaet. p. 181. B. p. 203. E.

ARGUMENTUM

LIBRI SEXTI.

Accedit Atheniensis dehinc ad magistratus, quorum genera, potestas, imperium definiuntur. De qua re haec fere disseruntur. Quum plurimum reipublicae intersit, ut boni sapientesque sint quibus utatur magistratus, tum etiam ii, qui illos sint creaturi, tales sint necesse est, qui recte possint aliorum virtutes aestimare atque iis committere munera publica, qui ad ea recte sapienterque obeunda vere idonei habeantur. Cuiusmodi prudentia atque intelligentia quoniam a novis colonis, qui nondum publicas res noviverunt, vix potest expectari, qui ab initio in nostra civitate deligant et constituent magistratus, partim arcessendi sunt aliunde. Itaque Gnosii, coloniae auctores, rogandi erunt, ut hac in re novis civibus nostris velint consilio atque opera sua adesse. Quocirca principio constituentur triginta septem viri, quibus legum cura demandetur, usque dum nostri cives novis legibus assuefacti eorumque liberi ad harum rationem educati et instituti fuerint. Illorum autem undeviginti ex colonis deligantur, octodecim vero sint Gnosii, quibus ius novae civitatis impertiatur. Hi igitur communiter legum publicarum curam gerant, usque dum ab ipsa civitate institui possit magistratum creatio. De cuius ratione haec videntur scienda esse. Suffragiorum ius esto penes eos omnes,

qui arma gerunt atque iam bellis interfuerunt. Comititia porro habentur in templo, quod sit omnium sanctissimum et augustissimum. Denique tabulae, in quibus candidatorum pariter atque suffragantium nomina perscripta sint, a singulis arae Dei imponuntur, in eaque re dolus atque fraus procul esto. Iam vero ubi primum comitia creandis magistratibus fuerint habita, suffragiis singulorum collecti et examinatis, ante omnia trecenti, qui plurimis sententiis fuerint probati, exquirantur publiceque reputentur. Tum vero ex horum ipsorum numero rursus deligantur centum, qui praeter ceteros bona apud alios existimatione floreat. Denique vero, civibus tertium in suffragia missis, ex his ipsis legantur triginta septem viri, qui magistratum dignitate et auctoritate ornentur. Atque hi quidem in locum eorum succedant, qui fuerunt ab initio constituti legum custodes sive νομοφύλακες. Quo cautius autem illi atque prudentius deligantur, rursus consentaneum est novam coloniam in hoc negotio ab ea civitate adiuvari, unde ipsa habet suam originem (p. 751. — 754. D. in.). — Atque haec quidem de creatione horum magistratum. Munus autem et officium eorum hoc sit, ut legum custodiam agant, census tabulas asservent, denique poenas constituent iis, qui honorum suorum opes ultra modum adauxerint. Ceterum nemo ante annum aetatis quinquagesimum hac dignitate potiatur, nec quisquam ea diutius ornandus est, quam viginti annos (p. 754. D. — 755. B.). — Hi igitur principes sunt magistratus. Post hos vero legendi sunt etiam duces exercitus, magistri equitum, phylarchae, taxiarchae, alii; in quo negotio item praeter legum custodes partes non exiguas ipsi cives habebunt (p. 755. B. — 756. B.). — Porro creandi senatores sunt. Qui quidem numero trecenti sexaginta sunt. Legantur autem ex quaternis civium classibus pro census ratione constitutis nonageni, idque fiat sic, ut quam maxima servetur civium omnium aequalitas. Lecti deinde in duodecim describantur partes, ita quidem, ut singulae singulis mensibus publicae saluti et securitati prospiciant et iuxta cum reliquis magistratibus id agant unice, ut ne quid respublica detrimenti capiat. Quo tempore reliqua pars senatus suis rebus vacare poterit (p.

756. B. — 758. E.). — Accedimus ad sacerdotes. Quorum alii erunt perpetui, alii annui. Et hi quidem sortito capiantur, ita tamen, ut nisi morum castitate, vitae innocentia et generis honestate fuerint probati, munera adipisci non possint. Nec cuiquam sacerdotio aliquo fungi liceat, nisi qui sexaginta annorum aetatem attigerit (p. 759. A.). — Similiter creandi sunt etiam aediles, qui templorum gerant curam, aediles, quibus sit cura viarum et quae sunt alia huius generis, denique agoranomi, qui rebus vendendis et emendis praeficiantur. Sed redimus ad res sacras. Leges igitur ad divina spectantes Delphis petendae sunt et interpretes ad has constituti, si qua opus fuerit, adhibendi. Iam vero etiam religionum interpretes (ἑξηγηταί) creandi sunt, quod fieri oportet maxima cum religione. Hi vero sint perpetui nec nisi cum morte munus suum deponant (p. 759. Ibid. E.). — Porro constituantur procuratores (ταμίαι) pecuniae sacrae aliarumque rerum sacrarum, veluti nemorum, agrorum sacrorum et fructuum (p. 759. E. 760. A.). Atque haec quidem de rebus sacris. Pergimus ad alia. Nihil vero in tota civitate custodia carere fas est. Itaque urbis custodiam agant duces, centuriones, magistri equitum, phylarchae, prytanes, et vero etiam aediles et rerum venalium curatores. Agros autem procurare iubeantur agrorum praefecti ac tribuum principes annui. Quae res hunc in modum instituenda erit. Duodecim tribus, quarum cuique antea duodecimam agrorum partem assignavimus, singulae sibi quinos praeficiant tribunos annuos, qui rerum rusticarum curam gerant, ἀγρονόμους et φρουροόχοις. Horum quisque ex tribu sua duodecim iuvenes, qui aetatem habeant viginti annorum necdum tricesimum annum superaverint, sibi tanquam socios et ministros adiungat, qui agros peragrent atque visitent, ita quidem, ut omnes ac singuli paullatim universae terrae quam accuratissimam accipiant notitiam. Horum munus sit videre, ut fines ab hostium incursionibus tuti maneant, ut locis idoneis munimenta et castella extruantur, ut prohibeantur aquarum inundationes, atque necessarii aquaeductus et fossae instituantur, denique ut securitati et fertilitati agrorum satis prospectum videatur (p. 760. A. — 761. D.). —

Sexaginta vero illi suum quisque locum custodiant non modo hostium caussa, verum etiam propter eos, qui sese amicos profitentur. Componant enim etiam lites civium. Ipsi vero si quid deliquerint ignominia vel etiam gravioribus poenis afficiantur (p. 761. D. — 762. B.). Utantur autem illi omnes per duos annos hac victus ratione. Primum quoque loco publica sint convivia (*ξυστία*), a quibus sine necessitate aliqua abesse nemini impune liceat. Deinde victu fruantur simplici ac tenui. Denique adolescentes universam regionem perscrutentur aestate atque hieme armati; quamobrem eos etiam venationi operam dare consentaneum est. Horum igitur ipsorum, sive quis eos *κρηπτοῦς* sive agrarios curatores appellare voluerit, unusquisque prompto animo officio suo fungatur (p. 762. B. — 763. C.). — Sequitur iam, ut de rerum venalium et urbanarum curatoribus (*ἀγορανόμοις* et *ἀστυνόμοις*) exponendum sit. Constituantur igitur tres aediles et quinque fori praefecti, iisque certa munia demandentur. (p. 763. C. — 764. C.). — Musicae porro et gymnasticae praefectos deligere decet, duplices quidem utriusque. Hi prospiciant rebus ad institutionem ac disciplinam puerorum et adolescentium pertinentibus; scholis et gymnasiis invigilent; in ludis musicis et gymniciis concertantibus praemia decernant; choros ac saltationes curent, et quae alia sunt similia (p. 764. C. — 765. D.). — Praeterea vero etiam magistratus creandus est, qui institutionis universae tam feminarum quam masculorum procurationem habeat. Quoniam vero plurimum interest ad civitatis salutem, ut iuventus recte instituatur, nihil magis curandum videtur, quam ut vir quam optimus ad hoc officium suscipiendum deligatur. Itaque omnes magistratus, exceptis senatoribus et prytanibus, in templo Apollinis conveniant atque suffragiis suis declarent, quemnam ipsi puerorum educationi optime praefectum iri existiment. Qui plurimorum tulerit suffragia atque magistratibus quoque satis probatus fuerit, is per quinquennium hoc magistratu, longe illo gravissimo, fungatur (p. 765. D. — 766. B.). — His de singulis magistratibus expositis, quaedam generatim adduntur (p. 766. C.). Monetur enim, quid faciendum sit, si quis magistratum aut pupillo-

rum tutelam gerens mortuus sit; de qua quidem re brevissima est admonitio. Tum vero inde a p. 766. D. ad disputationem transitur de iudicibus, cuius summa haec est.

Civitas, inquit Atheniensis, quum revera futura sit nulla, nisi iudicia habeat, plane necesse est, idonei iudices deligantur; qui quidem magistratibus, quos vulgo dicimus, haud sane dissimiles sunt. Debent autem qui inter se lites et controversias exercent, primum se convertere ad vicinos, amicos, alios, qui rerum contraversarum haud ignari sint, atque experiri, num per eos componi possit controversia. Quod si non contigerit, ad aliud iudicium accedant, et si ne ab hoc quidem iustam diiudicationem acceperint, tertium denique adeant iudicium, a quo tandem lis plane dirimetur. Constituantur vero praeter arbitros, quos ipsi litigantes capiant, duo iudicia, unum quod causas civium privatas diiudicet, alterum, in quo causae publicae agantur. Iudices vero maxima cum religione creentur (p. 766. D. — 768. C.). Sed quoniam difficile est omnia, quae huc pertineant, iam nunc accurate exponere, praesertim quum nondum scriptae sint aliae leges, quae ad civitatem civiliumque rerum administrationem pertineant, et quia eius, qui civitatem aliquam primus ornavit legibus, plurimum interesse debet, ut opus ab ipso inchoatum aliquando quam optime absolvatur, etiam hoc curandum est, ut quidquid in Legum expositione fuerit praetermissum, id postero tempore expleatur atque consummetur. Ut igitur perficiantur quae manserint imperfecta, experimento rei per aliquod tempus facto, in commune ea de re consulendum est, utendumque iis, quae magistratus cum legum custodibus de harum emendatione communicaverint (p. 768. C. — 771. A.). — Sed his ita expositis convertamus nos ad alias leges, quae deinde nobis scribendae sunt. Et initium quidem a sacris faciendum est. Divisis igitur ope numeri 5040 agris nostrae civitatis, quamque partem deo alicui vel deorum filio consecrari fas est, iisque sacra constitui, quae a civibus obeantur atque celebrentur quum divinae gratiae comparandae caussa, tum etiam eo fine, ut ipsi inter se contrahant amicitiam atque mutuum exercent com-

mercium. Nam ad nuptiarum communitatem et conjunctionem prorsus est necessarium novisse, a quibus quis uxorem ducat et quam vel quem nuptum det. Huius igitur rei longe gravissimae caussa oportet etiam inter ludos publicos saltiones instituere pueros et puellas, idque facere nudos nudasque ad moderatum usque pudorem. Sed de his quoque rebus, experimento demum per decem annos capto, accuratius certiusque decernendum et iudicandum erit; nunc legis primas quasi lineas duxisse satis erit (p. 771. A. — 772. E.). — Dicendum vero nunc de matrimonii est, de quibus haec exposuisse iuvabit. Legitimum tempus matrimonii ineundi viris statuatur annus aetatis quintus vicesimus usque ad quintum tricesimum. In iungendis autem nuptiis caveri oportet, ne divitiae potius quam reipublicae rationes hominumque mores et ingenia respiciantur. Itaque qui calidior et ferocior animo sunt, ii in matrimonium ducantur virgines modestis natis parentibus, et vicissim qui sunt natura tardiores et sedatior, ii parentum alacriorum et fervidiorum filias uxores ducant; ita enim diversitas ingeniorum tamquam temperamento quodam adhibito lenietur atque paulatim evanescet. Coelibes vero si qui esse et manere maluerint, eos par est mulctari publice et a iunioribus contemni. Sed ut connubia ne ineantur lucri et quaestus gratia, dotem, quae pretium quinquaginta drachmarum excedat, vel dare vel accipere legibus interdictum sit. Liberos despondere nemini liceat nisi patri, fratri germano, avo paterno, et, si hi mortui fuerint, matri. In conviviiis nuptialibus vero celebrandis sedulo curandum est, ut mediocritas quaedam et temperantia observetur. Itaque et magnum sumtus in iis vitandi sunt et ebrietas omni modo fugienda. Neque enim quidquam novis coniugibus ebrietate turpius fuerit, qua certe nihil cogitari potest quod liberorum procreationi plus damni afferat. Ceterum novi coniuges seiuncti ac separati habitent ab affinibus et cognatis, ne quotidiana cum iis conversatio fastidium afferat aut discordiam et inimicitiam pariat (p. 772. E. — 776. B.). — His de connubio ineundo explicatis Atheniensis veluti in transeursu quaedam disserit quum de bonorum tum de servorum possessione, quos prolixiore oratione

docet cautissime in obsequio esse continendos, ideoque nec contumeliose et iniuste nec nimis humaniter et amice tractari oportere (p. 776. B. — 778. A.). Addit etiam quaedam de condendis instruendisque habitationibus, omninoque de publicis pariter atque privatis aedificiis, ita tamen, ut ipse moneat, haec per liberiores sermonis cursum hic interponi, aptius fortasse alias habitura locum (p. 778. A. — 779. D.). His expositis denique sermo revertitur rursus ad coniugia, de quibus orator sic fere pergit disputare. Ponamus igitur, inquit, nuptias esse contractas. Quocirca nunc definiendum est, quonam vivendi genere novis coniugibus utendum sit. De qua re quae praecipienda sunt, ea difficultatem habent haud sane exiguam, propterea quod aliquantum a vulgari hominum opinione et consuetudine abhorrent. Nam vulgo certe existimant, de publica quidem vita leges dari posse, de privata vita non item. Ab hoc igitur iudicio longissime discedendum videtur. Praeterea vero quae novis coniugibus praescribenda videntur, ea a moribus et institutis aliarum civitatum multum discrepant. Nam primum quidem omnes volumus etiam post nuptias interesse communibus conviviiis (*συσπιτιοις*). Quod etsi primo ad spectu insolens, imo etiam maxima cum difficultate coniunctum, videatur, tamen revera fieri posse luculente docet exemplum Spartanorum, qui publicis assueverunt conviviiis. Sed multo insolentius ac difficilius aliud quid est, quod in civitate nostra instituendum arbitramur. Nam etiam mulieres interesse volumus conviviiis communibus, id quod nusquam terrarum ita fieri novimus. At enim vero plurimum sane hac in parte vulgo peccari solet, quandoquidem a legum conditoribus vita feminarum plerumque negligitur, vita virorum unice respectatur. Nostro tamen iudicio plurimum refert ad felicitatem publicam, ut mulieribus pariter atque viris leges scribantur, ad quas vivendi rationem suam dirigant et componant. Nunc vero mos latissime pervagatus fere ita fert, ut mulieres a publica luce alienae in occulto vitam degant. Sed dubitari certe non potest, quin illud ipsum, quod nos volumus publice institui et legibus sanciri, ad honestatem ac decorem plurimum possit. De qua re, quoniam sumus otiosi, ita licet

confabulari, ut sermo exspatiatur paullo liberius. Itaque hic denuo admonuisse iuvabit, de quo dictum est in superioribus, humanum genus aut nullo unquam tempore nec initium habuisse nec finem esse habiturum, aut immensum fere esse temporis spatium, ex quo ortum suum acceperit. Iam vero tam multis longisque temporum periodis verisimillimum est multas civitates et extitisse et rursus interiisse, ideoque mores et instituta inter homines pro temporum locorumque varietate locum obtinuisse maxime varios ac diversos. Veluti olim nec vitem nec olivam nec fruges extitisse memoriae proditum est: unde quamnam tandem putabimus exortam esse vivendi rationem? Nimirum videntur homines tum sese mutuo consumsisse, ut ne totum genus fame disperiret. Ac superest hic et illic etiam nunc mos crudelissimus, quo homines ab hominibus mactantur atque sacrificantur. Alia rursus de aliarum terrarum incolis narrantur, quale est illud, quod olim dicuntur fuisse, qui eo usque carniū esu abstinere, ut eas ne sacrificiis quidem adhiberent; unde vita Orphica nomen accepit, qua qui usi sunt, ii non alio victu ciboque nisi rerum inanimatarum frui consueverunt. Sed quorsum tandem ista pertinent quae nunc disputare instituimus? Nimirum propositum fuit hoc, ut simul appareret, omnia hominum studia et consilia maxime ex triplici indigentia et cupiditate suspensa esse, ex quibus, si recte ducantur homines, virtus; sin male, contrarium existat. Pertinet vero triplex ista indigentia et cupiditas ad cibum, ad potum, et ad venerem, unde quasi tres morbi naturae humanae nascuntur. Qui quidem ita debent in melius converti, ut et metu et lege et ratione coërceantur, represso iucunditatis ac voluptatis appetitu. Atque etiam Musarum reliquorumque deorum certamina in auxilium vocanda sunt, quo facilius eorum vis propulsetur et removeatur. — Sed ut revertamur tandem ad id, unde paullo ante deflexit oratio, post nuptias consentaneum est, liberos primum gigni et procreari; deinde etiam educari et institui oportere. Haec vero nobis in sermone nostro respicientibus fieri non poterit, quin aliae atque aliae leges oboriantur, usque dum denique etiam ordine deinceps ad publica illa convivia perveniamus. Eo igitur ubi de-

lati erimus, tum vero, re ipsa propius considerata, melius utique quam in praesenti iudicare poterimus, talis vivendi ratio num solis viris an etiam mulieribus conveniat. Pariter etiam ea, quae legibus de his rebus scribendis antecedere debent, ubi suo quaeque loco fuerint spectata, rectius iudicare et constituere poterimus. Quocirca illic, quae hoc loco disseruimus, meminisse iuvabit, imprimis vero utile erit tenuisse, quod modo significavimus, tria esse maxime, quae in regenda morum disciplina respicienda sint, cibi desiderium et potus appetitum et rerum venerearum cupiditatem. Etenim ex his rebus communium conviviorum, a viris pariter atque mulieribus celebrandorum, elucebit utilitas et honestas. Verum mittamus nunc quae de virorum et mulierum conviviis communibus dicenda sint, veniamusque ad leges, quibus novi coniuges edoceantur, quo pacto liberos procreari oporteat. P. 779. D. — 783. D. Oportet igitur sponsam atque sponsum maxime curare hoc, ut civitati liberos quam optimos exhibeant. Quod quo magis fiat, legendae sunt mulieres speculatrices, quae huius rei curam gerant et quotidie in templo Ilithyiae de ea communia conferant consilia. Liberos procreatio vero itemque custodia eorum, qui illi operam dent, non diutius quam per decem annos locum habeat, siquidem fecundum fuerit matrimonium; sin minus, divortium faciendum, uti commodum fuerit visum. Mulieres vero illae, quas diximus, subinde domos recens nuptorum et matrimonio iunctorum invisant eosque vel monendo vel etiam minitendo a vitae pravitate arceant. Quod si non potuerint efficere, rem deferre ad legum custodes debent, qui poenas in eos constituent (p. 783. D. — 784. D.). — Si quis, postquam liberos ex legibus genuit, cum aliena muliere rem habeat aut mulier cum mare, his quidem adhuc liberis procreantibus, item puniatur gravissime. Contra qui temperantes permanserint neque lubricitatem indulserint, ii merito honore ornentur (p. 784. D. — 785. A.). — Iam vero cum iis, quae exposuimus, cognatione quadam et necessitudine haec continentur. Annus cuiusque natalis perscribatur in sacellis paternis atque albo phratriarum secundum archontum ordinem; eorum autem nomina, qui vitam excesserunt,

indidem rursus tollantur et extinguantur (p. 785. A.). Porro nuptiarum terminus virgini statuatur inde ab anno aetatis sexto decimo usque ad annum vicesimum; iuveni vero ab anno tricesimo usque ad quintum tricesimum. Etiam magistratus certos annos sibi destinatos habeant. Quocirca mulieri capessere illos liceat quadraginta annos habenti, viro autem triginta annos nato. Similis est militiae ratio, cuius tempus maribus statuatur inde a vicesimo aetatis anno usque ad annum sexagesimum; mulieri vero, si quem habeat usum militare, posteaquam liberos pepererit, usque ad quinquagesimum vitae annum (p. 785. B.).

Στ.

Cap. I. Ἀλλὰ μὴν μετὰ γε πάντα τὰ νῦν 751
εἰρημένα σχεδὸν ἂν ἀρχῶν εἶέν σοι καταστάσεις τῆ
πόλει.

Κλ. Ἐχει γὰρ οὖν οὕτω.

Αθ. Δύο εἶδη ταῦτα περὶ πολιτείας κόσμον γι-
γνόμενον τυγχάνει, πρῶτον μὲν καταστάσεις ἀρχῶν

Cap. I. P. 751. Ἐχει γὰρ οὖν —] Ald. hic cum Z. Q. omittit nomen Cliniae, ac deinde Atheniensis. In cod. B. x. οὖν non comparat.

κόσμον γιγνόμενον τ.] γιγνόμενον pro vulg. γιγνόμενα teste Bekkero A. Q. v. a. pr. probante Schneidero. Mirum tamen accidit, quod Bastius ex A. et Q. nihil varietatis enotavit in reliquis hic quoque diligentissimus.

Cap. I. P. 751. σχεδὸν ἂν ἀρχῶν εἶέν σοι — πόλει] magistratus fere a te constituendi fuerint civitati. Duplicis dativi eadem ratio est IV. p. 712. B. VI. 721. E. 767. D. Xenoph. Hellen. III. 1, 28: μισθὸς μὲν οὖν ἐξέλγασται τῆ στρατιᾷ. Magistratus vero, ἀρχαί, latiore dicit sensu, quo sensu etiam duces exercituum et iudices comprehenduntur; v. infra p. 766. B. et 767. A. Quem usum loquendi a Graecorum consuetudine non abhorruisse, luculente docuit Hermann. Quaestt. de iure et aucto-

ritate magistrat. ap. Atheniens. c. II. p. 32 sq. Dein fortasse scribendum: Δύο δὲ εἶδη ταῦτα κ. τ. λ. Quamquam ferri potest asyndeton in novae disputationis principio, sicuti exemplis demonstravimus ad Theaet. p. 181. B. et 203. E. Eodem modo supra V. p. 747. E: πρῶτον τρεπίον ἐπὶ τὰ τοιαῦτα, ubi noli οὖν inserendum putare. Sententia verborum haec est: Duo igitur haec rerum genera (duae res) ad ordinandam civitatem pertinent, primum magistratuum creatio et eo-

τε και ἀρχόντων, ὅσας τε αὐτὰς εἶναι δεῖ καὶ τρόπον ὄντινα καθισταμένας· ἔπειτα οὕτω δὴ τοὺς νόμους ταῖς ἀρχαῖς ἐκάσταις ἀποδοτέον, οὕστινας
 B τε αὐ καὶ ὄσους καὶ οἴους προσήκον ἂν ἐκάσταις εἴη. ὁμικρόν δὲ ἐπισχόντες πρὸ τῆς αἰρέσεως εἰπωμεν προσήκοντά τινα λόγον περὶ αὐτῆς ῥηθῆναι.

ΚΑ. Τίνα δὴ τοῦτον;

ΑΘ. Τόνδε. παντὶ που δῆλον τὸ τοιοῦτον, ὅτι,

B. *ἔτι μεγάλου τῆς νομοθεσίας*] Ricc. h. ante τῆς interponit τῶν. Ceterum conf. explicat.

C. *γίνονται ἂν*] γίνονται. E. f. h. o. et pr. Q. In Voss. x. et Par. B. est καὶ λῶσαι καὶ πόλι.

rum qui imperaturi sint; deinde leges, quae singulis magistratibus scribendae sunt et veluti tradendae tanquam aliquid, quod ipsis conveniat ac debeatur. De verbo ἀποδοτέον consulat ann. ad Tim. p. 19. C. p. 20. B.

B. *ὁμικρόν δὲ ἐπισχόντες — ῥηθῆναι.*] Sed antequam ad eorum creationem accedamus, paululum inhibentes orationem nonnulla disseramus, quae de ea re disputari conveniat. Politic. p. 283. C: *λόγον ἀκουσόν τινα προσήκοντα περὶ πάντων τῶν τοιούτων ῥηθῆναι.* Praeterea compares Charmid. p. 165. C: *ἀλλ' ἐπιλογες, ἕως ἂν σκῆψομαι.* Phaedon. p. 95. E: *συγρὸν χρόνον ἐπισχόν.* Euthyd. p. 302. B. al.

παντὶ που δῆλον τὸ τοιοῦτον] Locus perquam salebrosus, quem tamen qui expedire voluerunt critici, etiam impeditorem reddiderunt, quippe protenus tentantes illi coniecturas, quibus corrupta scilicet verba resfingerentur, de eorum interpretatione minus solliciti. Et nobis quidem mutatione vulgatae scripturae omnino non opus esse videtur, siquidem ei

maiores, quam adhuc factum vidimus, interpretandi diligentiam ac subtilitatem adhibuerimus. Quod quo iure ita statuamus, paucis ostendere conabimur. Itaque *μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου* ita dictum videtur, ut participium ὄντος praedicato sit accommodatum, quum subiectum requirat ὄσας: de quo constructionis genere identidem monuimus, veluti ad Protagor. p. 354. C. Gorg. p. 463. E. Lachet. p. 190. B. Legg. V. p. 726. A. X. 892. A. Tum vero genitivus iste: *τοῦ πόλι — ἐπιστήσαι*, de cuius caussa et ratione multum dubitatum est, sine dubio pendet ex nominibus substantivis, quae mox insequuntur: *γέλωσ ἂν πάμπολυς* et *βλάσαι καὶ λῶσαι*. Quippe istud: *οὐ μόνον οὐδὲν πλέον ἐν τεθέντων* interponitur ὡς ἐν παρόδῳ vel διὰ μέσον, ita ut reliquam verborum constructionem non afficiat, quum Atheniensis iam de proximorum verborum, unde genitivus aptus est, accessione cogitaverit. Quae loquendi ratio minime videbitur insolens, ubi vel ea comparaveris, quae de casu nominum subinde ex verbis remotioribus suspenso explicavimus ad Phaedon. p. 94. D. conf. etiam

μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου, τοῦ πόλι ἐν παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι τοῖς ἐν κειμένοις νόμοις οὐ μόνον οὐδὲν πλέον ἐν τεθέντων οὐδ' ὅτι γέλωσ ἂν πάμπολυς ζυμβαίνοι, σχεδὸν δὲ βλάσαι καὶ λῶσαι πολὺ μέγιστα ταῖς πόλεσι γίνονται ἂν ἐξ αὐτῶν.

ΚΑ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΑΘ. Τοῦτο τοίνυν νοήσωμεν σοι περὶ τῆς νῦν,

τοίνυν νοήσωμεν] V. *νοήσωμεν*, praeter fidem codicum. Nam quum Par. B. quoque *νοήσωμεν* coniunctivum habeat, etiam in Voss. ita scriptum extare colligimus, qui cum illo in plurimis solet consentire.

Lobeckius ad Sophocl. Aiac. v. 475. Ad *ἐν τεθέντων* vero intelligendum est αὐτῶν, h. e. τῶν νόμων, de quo usu loquendi v. mox p. 755. D. ibique ann. et ad οὐδ' ὅτι ex antecessis assumendum μόνον. Quibus ita explanatis, patebit, opinor, sententiam verborum sic fere declarandam esse: Unicuique, opinor, perspicuum esse debet hoc: quum legum scriptio res sit maximi momenti, tamen si civitas bene constituta prudenterque legibus temperata magistratus praeficiat legibus bonis parum idoneos, non modo legum sapienter scriptarum nullam fore utilitatem, ac non tantum illius rei (τοῦ ἐπιστήσαι) magnam ineptiam ac stoliditatem, verum etiam pestem ac perniciem longe maximam esse futuram. Sed ita quum iam apparuerit, quid de illo τοῦ ἐπιστήσαι iudicari debeat, tum etiam aliud quid admonuisse iuvabit. Etenim observandum praeterea est, in exitu periodi liberioriorem esse decursum orationis. Nam hic quidem post *βλάσαι καὶ λῶσαι* repente ex abundanti subiungitur *ἐξ αὐτῶν*, perinde

ac si τοῦ πόλι — ἐπιστήσαι non antecesserit. Quocirca rursus habemus anacoluthon, cuius ratio sane paullo est intricatior. Nec tamen quidquam esse existimamus, quod legentes cogat orationem Platonis deformatam putare. Quamquam non inutile aut supervacaneum erit indicavisse, quid sit, quod viri docti de facienda loci mutatione statuerint. Stephanus igitur locum corrigi iubet sic: *ἐκ τοῦ πόλι — ἐπιστήσαι*, i. e. *ἐὰν πόλις ἐπιστήσαι*, ipse tamen hac correctione sua minime acquiescens. A quo Heindorfius Specim. coniect. p. 35. ita discessit, ut locum lacunosum esse censeat atque hoc modo expleat: *τοῦ πόλι ἐν παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἔργου, ἐκ τοῦ ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι κ. τ. λ.* Huic vero assentitur etiam Astius, ita quidem, ut post *παρεσκευασμένην* eadem putet excidisse, quae Heindorfius suppleri voluit, reliqua vero ita scribi malit: *εἰ ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι τοῖς ἐν κειμένοις νόμοις*. Denique Schrammianus Specim. II. p. 12. pro *τοῦ πόλι* coniecit *τῶ πόλι*, quod C. Fr. Hermannus non dubitavit Platoni ultro imperitari, quum tamen isto pacto

ὦ φίλε, πολιτείας τε καὶ πόλεως ξυμβαῖνον. ὁρᾷς γάρ, ὅτι πρῶτον μὲν δεῖ τοὺς ὀρθῶς ἰόντας ἐπὶ τὰς τῶν ἀρχῶν δυνάμεις βάσανον ἰκανὴν αὐτοὺς τε καὶ γένος ἑκάστων ἐκ παιδῶν μέχρι τῆς αἰρήσεως εἶναι δεδωκότας, ἔπειτα αὖ τοὺς μέλλοντας αἰρήσασθαι τεθράσθαι [τε] ἐν ἡθροῖ νόμων εὐ πεπαιδευμένους πρὸς τὸ δυσχεραίνοντάς τε καὶ ἀποδεχομένους ὀρθῶς κρίνειν καὶ ἀποκρίνειν δυνατοὺς γίγνεσθαι

ἔπειτα αὖ τοὺς μ.] αὐτοὺς A. B. x.

D. πρὸς τὸ δυσχεραίνοντάς τε] Pro τὸ Z. v. f. h. r. a. c. d. o. τοὺς scriptum exhibent, errore aperto, de quo vid. enarrat. Teste Bastio idem error etiam in A. Q. admissus est.

τοὺς ἀξιόλους ἑκατέρων] Vulgo erat ἑκατέρων praeter fidem

deinde pro οὐδ' ὅτι requiratur potius ἀλλὰ καί, quod nemo ausit Platoni obtrudere. Sed satis haec: nam commenta alia in medium afferre piget.

C. τοὺς ὀρθῶς ἰόντας ἐπὶ τὰς τῶν ἀρχῶν δυνάμεις] eos, qui recte ad magistratuum potestatem exercendam accessuri sint. Neque enim in his δυνάμεις vi sua caret aut merae inservit periphrasi, in qua sententia Zellerum Stud. Platon. p. 91. fuisse videmus. Quod vero magistratus, antequam munera sua suscipiant, explorandi esse iudicantur, cuius rei ratio infra c. IV. describitur accuratius; sequutus in his philosophus est mores et instituta Atheniensium. Athenis enim constat ita fuisse institutum, ut archontes, priusquam magistratum inirent, de vita ante acta, de re familiari, de bonis et opibus, de generis honestate, de maioribus suis, aliisque rebus similibus, rationem reddere cogerentur. De qua eorum probatione, quae δοκιμασία appellata est, nuper disputarunt accuratius Platner Symbol. ad

rem iudiciariam Athen. p. 229. Process. Attic. I. p. 317 sqq. Tittmann. De Rebus publ. Graec. p. 320 sqq. Meier. De Lite Attic. p. 202 sqq. et p. 206. Schömann. Antiquitat. Iur. Publ. Graecor. p. 215. et 237 sq. Hermann. Antiquitat. Graecae. §. 148. 5. conf. Polylux Onom. VIII. 9. De appositionis genere, αὐτοὺς τε καὶ γένος ἑκάστων, quod Astium fefellit, tu conferas Criton. p. 50. D: οὐχὶ ἡμέτερος ἦσθα δούλος, αὐτὸς τε καὶ οἱ σοὶ πρόγονοι; Apolog. Socr. p. 42. A: δίκαια πεπονθὸς ἐγὼ ἔσομαι ἐφ' ἑμῶν, αὐτὸς τε καὶ οἱ νείεις. Sympos. p. 221. D: οἶος δὲ οὐτοῦ γέγονε τὴν ἀνοπίαν ἀρθραπος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ. ubi alia id genus notavimus. Legg. IV. p. 720. D: τῷ κάμνοντι κοινοῦμενος, αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις. Libr. V. p. 759. C. al.

τοὺς μέλλοντας αἰρήσασθαι —] Vocem τε post τεθράσθαι insertam Astius in δεῖ mutari iubet. Nobis ea videtur errore orta atque interposita esse ab iis, qui periodi structuram non satis perspexis-

τοὺς ἀξιόλους ἑκατέρων. ταῦτα δὲ οἱ νεωστὶ ξυνηλυθότες ὄντες τε ἀλλήλων ἀγνώτες, ἐτι δ' ἀπαιδευτοί, πῶς ἂν ποτε δύναιτο ἀμείπτως τὰς ἀρχὰς αἰρῆσθαι.

K. A. Σχεδὸν οὐκ ἂν ποτε.

A. Θ. Ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις φασὶν οὐ πᾶν δεχέσθαι. καὶ δὴ καὶ σοὶ τοῦτο νῦν καὶ ἐμοὶ ποιητέον, ἐπειπερ σὺ μὲν δὴ τὴν πόλιν ὑπέστης τῷ

codd., ex quibus Par. B. et Voss. x. tantum ἑκατέρων tueri videntur. Erroris causam infra in ann. demonstravimus.

προφάσεις φασὶν οὐ πᾶν] codd. omnes φασὶν omittunt, quod non dubitavimus ex Scholiasta ad Cratylum restituere, v. enarrat. Hermannus οὐ φασὶ δ. scripsit.

E. ὑπέστης τῷ Κρητῶν] τῶν Κρητῶν Voss. x. et Par. A.

sent, quam sententiam nostram etiam Hermannus amplexus est. Patet vero ex antegressis repetendum esse δεῖ, unde infinitivus pendeat. — ἐν ἡθροῖ νόμων, in moribus, quales leges vel efficiunt vel postulant. Libr. VII. p. 798. A: οἷς γὰρ ἂν ἐπιτασσάμενοις x. z. λ.

εὐ πεπαιδευμένους πρὸς τὸ δυσχερ.] Male codd. non pauci πρὸς τοὺς δυσχ. Nam ordo et nexu verborum hic est: εὐ πεπαιδευμένους πρὸς τὸ δυνατοὺς γίγνεσθαι ὀρθῶς κρίνειν καὶ ἀποκρίνειν δυσχεραίνοντάς τε καὶ ἀποδεχομένους τοὺς ἀξιόλους ἑκατέρων, bene institutos, quo et repudiantes et probantes possint legere vel reicere utroque dignos. Ex quo apparet τὸ articulum prorsus esse necessarium. Praeterea animadvertas figuram chiasmi, quandoquidem δυσχεραίνοντάς τε καὶ ἀποδεχομένους ἀποδεχομένους autem ad κρίνειν referendum est. Nec rara sunt apud Platonem huius loquendi figurae exempla. Denique ad ἑκατέρων int. τοῦ κρίνειν καὶ ἀποκρίνειν. Qui ἑκατέρων dederunt, ii videntur ignoravisse

usum illum numeri pluralis, quo ἀμφοτέρα, οὐδέτερα et ἑκάτερα ibi quoque dici solet, ubi expectaveris numerum singularem. Exempla rei consignavimus ad Apolog. Socr. p. 22. E.

D. ταῦτα δὲ — ἀρχὰς αἰρῆσθαι.] In his ταῦτα est: harum rerum habita ratione, quocirca; v. ad Symp. p. 174. A. — ἀγῶνες ἀλλήλων, sibi invicem incogniti; se mutuo ignorantibus. Ἀγῶς active dixerunt etiam Thucyd. III. 53. Xenoph. Oec. 20. 13. Sophocl. Oed. Tyr. v. 677. ed. Br.

Ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις φασὶν οὐ πᾶν δεχέσθαι] Vulgo deerat φασὶν, quod Cornarius, Stephanus et Astius post δεχέσθαι inserendam censebant. Nobis autem πᾶν οἷμ videbatur in φασὶ commutari oportere, quam rationem C. Fr. Hermannus comprobavit. Nunc illud fidenter post προφάσεις interposuimus, quo loco interpositum habet Scholiastes ad locum Cratyl. p. 421. D: οὐ μὲντοι μοι δοκεῖ προφάσεις ἀγῶνα δεχέσθαι, ἀλλὰ προθυμητέον αὐ

Ε Κρητῶν ἔθνη προθύμως κατοικεῖν δέκατος αὐτός, 752 ὡς φησ, τὰ νῦν, ἐγὼ δ' αὖ σοὶ ξυλλήψομαι κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμῖν τὰ νῦν μυθολογίαν. οὐκ οὐκ δὴ πον λέγων γε ἂν μῦθον ἀκέφαλον ἐκὼν καταλίπομι· πλανώμενος γὰρ ἂν ἀπάντη τοιοῦτος ὢν ἄμορφος φαίνοιτο.

ΚΑ. Ἄριστ' εἴρηκας, ὦ ξένη.

ΑΘ. Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ δράσω κατὰ δύναμιν οὕτω.

ΚΑ. Πάνυ μὲν οὖν ποιῶμεν ἤπερ καὶ λέγομεν.

ΑΘ. Ἔσται ταῦτ', ἂν θεὸς ἐθέλῃ καὶ γήρως ἐπικρατῶμεν τὸ γε τοσοῦτον.

P. 752. ἐκὼν καταλίπομι] καταλείπομι teste Bekkero corr. A. qui secundum Bastium totum locum sic scriptum exhibet: καταλείπομι πλανώμενος, ἂν ἀπάντη, consentiente etiam Par. B. et sec. Q. itemque marg. a. δ. Eandem scripturam exhibet etiam Voss. x., nisi quod hic cum Ang. v. post ἄμορφος particulam ἂν interserunt. In Ven. E. pr. Q. (sequimur Bastium, nam Bekkerus istud ipsum de sec. Q. narrat) Flor. δ. a. reper-

τὰ διασκέψασθαι: ad quem locum etiam de usu huius proverbii dictum est. conf. Bergler. ad Alciphron. I. 39.

Ε. κατοικεῖν δέκατος αὐτός] H. e. una cum novem aliis.

P. 752. οὐκ οὐκ δὴ πον λέγων γε —] H. e. itaque, quantum in me est, disserendo certe efficiam, ut nihil ad rem desiderari videatur; re ipsa ut fiat, quod efficere vultis, tu iuxta cum aliis curabis. Hoc vero sic exprimit, ut respiciat ad notissimum proverbium. Gorg. p. 505. D: ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θεῶν εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθένας κεφαλὴν, ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περῶν. Tim. p. 69. B: τελευτήν ἤδη κεφαλὴν τε τῷ μύθῳ περῶν μετὰ ἀρμότιον ἐπιθεῖναι τοῖς πρόσθεν. ubi v. annotat. nostra. Etiam Phil. p. 66. D. videmur recte statuisse pro vulg. κεφα-

λὴν ἀποδοῦναι, quod absurdum est, legendum esse κεφαλὴν ἐπιθεῖναι. Quamquam fuit, qui librorum scripturam nuper defendere conaretur, perversissimo rei usus argumento, quod ipsi iam annotatione nostra ostenderamus perquam ineptum esse.

πλανώμενος γὰρ ἀπάντη — φαίνοιτο.] Particulam ἂν, ex codd. restitutam, male olim omittebant editt. Sed praeterea vitium inesse visum in ἀπάντη. Astius enim correxit ἂν ἀπάντη, si obviam veniat s. occurrat. Verum lenius certe correxeris cum Heindorfio ad Gorg. p. 202. ἀπάντη, in quam rationem olim ipsi quoque incidimus. Nunc tamen putamus mutatione neutiquam opus esse. Nam ἀπάντη ubi non cum πλανώμενος, sed cum ἄμορφος φαίνοιτο coniunxeris, aptissima et verissima sententia emergit haec: nam ubique locorum,

ΚΑ. Ἄλλ' εἰκὸς ἐθέλειν.

ΑΘ. Εἰκὸς γὰρ οὖν. ἐπόμενοι δὲ αὐτῷ λάβωμεν καὶ τόδε.

ΚΑ. Τὸ ποῖον;

ΑΘ. Ὡς ἀνδρείως καὶ παρακεκινδυνευμένως ἐν τῷ νῦν ἢ πόλις ἡμῖν ἔσται κατοικισμένη.

ΚΑ. Περὶ τί βλέπων καὶ ποῖ μάλιστα αὐτὸ εἴρηκας τὰ νῦν;

ΑΘ. Ὡς εὐκόλως καὶ ἀφόβως ἀπείροις ἀνδράσι νομοθετοῦμεν, ὅπως δέξονται ποιεῖ τὸν νῦν τεθέντας νόμους. δῆλον δὲ τὸ γε τοσοῦτον, ὦ Κλεινία, παντὶ σχεδὸν καὶ τῷ μὴ πάνυ σοφῷ, τὸ μὴ ῥαδίως C

tum: καταλίπομι πλανώμενος γὰρ ἂν ἀπάντη, quod unice verum esse infra ostendimus. Pro ἀπάντη vero quod Ven. E. habet ἀμόρτη, id errore scribendi natum. Hermannus audacter ἀπάντη exclusit.

B. ὅπως δέξονται] Sic Bekkerus, Schneiderus Herm. Turicensis ex A. et pr. Q. pro vulg. δέξονται. Sed Bastio teste Vat. Q. coniunctivum tuetur, qui per se non est spernendus.

σι ἀκέφαλος sit, turpis videtur.

Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ δρ.] Formula οὐ μόνον γε elliptice posita non rari est usus; de qua re v. ann. ad Phileb. p. 23. B. Phaedon. p. 107. B. — καὶ γήρως ἐπικρατῶμεν τὸ γε τοσοῦτον, si hactenus certe vincimus senectutem, ut ista perficere possimus, h. e. si non impedimur senectutis infirmitate, quominus ista perficiamus.

B. Ὡς ἀνδρείως — κατοικισμένη.] Pendent haec ex antecessis: λάβωμεν καὶ τόδε, h. e. etiam hoc sumamus explorandum, hoc quoque consideremus; v. ad Phileb. p. 23. C. ubi hunc usum verbi λαμβάνειν attigimus. Itaque verborum sententia haec est: Deo duce atque auspice etiam hoc consideremus, audacter nos et periculose in praesenti rerum condicio-

ne (quum ea sit rerum condicio, qualis nunc est) civitatem esse condituros.

Περὶ τί βλέπων καὶ ποῖ —] Stephanus legendum censet: Πρὸς τί βλ., usitatore verbi structura. Sed περὶ τί ex eo habet excusationem, quod scriptor iam ab initio in mente habuit verbum primum εἴρηκα.

ὅπως δέξονται ποιεῖ —] ut leges nunc constitutas aliquando accipiant. De constructionis ratione v. Matthiae Gr. Gr. §. 519. 6. 7. et quos ille laudat in ann. Hermann. ad Viger. p. 805. — παντὶ σχεδὸν καὶ τῷ μὴ πάνυ σοφῷ, cuique etiam non admodum sapienti.

C. τὸ μὴ ῥαδίως γε — αὐτοῖς —] haud facile ullos ab initio eas esse suscepturos. Pro vulg. μηδὲνα enim ex codd. sine ulla dubitatione scribendum fuit μηδὲνα.

γε αὐτοὺς μηδένας προσδέξασθαι κατ' ἀρχάς· εἰ δὲ μείναιμὲν πως τοσοῦτον χρόνον, ἕως οἱ γενεσάμενοι παῖδες τῶν νόμων καὶ ξυνηραμέντες ἰκανῶς ξυνηθείς τε αὐτοῖς γενόμενοι τῶν ἀρχαιρεσιῶν τῇ πόλει πάσῃ κοινωνήσασιν· γενομένου γε μὴν οὐ λέγομεν, εἴπερ τινὶ τρόπῳ καὶ μηχανῇ γίγνοιτο ὀρθῶς, πολλὴν ἐγωγε ἀσφάλειαν οἶμαι καὶ μετὰ τὸν τότε παρόντα χρόνον ἂν γενέσθαι τοῦ μείναι τὴν παιδαγωγηθείσαν οὕτω πόλιν.

C. μηδένας προσδέξασθαι] V. μηδένα, quod ex A. Q. h. r. a. c. o. x. et editt. Bas. 1. 2. mutatum. Pro vulg. προσδέξασθαι aoristum προσδέξασθαι exhibent A. Q. E. v. f. h. r. a. c. o. x. Bass. 1. 2. Paullo ante Voss. x. et Par. B. ῥαδίως ἄς γε αὐτοὺς, et superius Par. B. μὴ πάντι σοφῶ. Voss. x. μὴ πάντι σοφῶ.

ξυνηθείς τε] V. συνηθείς, invitis codd. ἀσφάλειαν οἶμαι] V. ἀσφάλειαν ἴσομαι, invitis A. Q. v. f. h. r. o. Dein χρόνον ὅν ἂν γ. A. Q. E. v. f. h. r. a. c. d. o. Vitium teste Bastio in Vat. Q. punctis notatum est. Non ferendum est, quod ex miserando errore extudit Schmidt, Bielef. Lectt. Platt. p. 6. χρόνον τοῦτον ἂν γε. Mox Q. pr. πάλιν pro πόλιν, ut Flor. a. c.

Nec vero dubitavimus in locum vulg. lectionis προσδέξασθαι sufficere προσδέξασθαι, quod Ald. et Bas. 1. 2. pariter atque codd. praestantissimi tuentur. Infinitivum aoristi in talibus positum vindicavimus a dubitationibus criticorum ann. ad Phaedon. p. 67. B.

C. εἰ δὲ μείναιμὲν πως—] Locus admodum difficilis, quem etiam difficiliorem effecerunt, qui recta verborum distinctione neglecta post κατ' ἀρχάς comate interpunxerunt. Nos quid de eius interpretatione sentiamus, paucis exposuisse iuvabit. Putamus vero, post priora ista: εἰ δὲ μείναιμὲν — κοινωνήσασιν, locum habere aposiopesin vel reticentiam, quam rhetores appellant. Itaque Atheniensis ubi post κοινωνήσασιν paulisper orationis cursum inhibuit, deinde pergere existimandus est: γενομένου γε μὴν — οὕτω πόλιν.

veruntamen hoc si fieret quod dicimus, siquidem aliquo modo atque arte recte fieret, multa cum securitate equidem arbitrator sperari posse, futurum esse, ut civitas sic instituta maneret. His vero ita explanatis non obscurum esse arbitramur, quidnam illud sit, quod Atheniensis reticeat. Hoc enim significat, nisi fallor: sin autem tam diu exspectarem, donec pueri leges gustavissent iisque tanquam innutriti et adsueti una cum universa civitate ad magistratum creationem adhiberentur; res sane aliquid dubitationis habitura esset. De aposiopesi post εἰ δὲ facta v. ad Sympos. p. 208. E. Conf. etiam ad libr. VII. p. 822. B. Numeri pluralis ἀρχαιρεσιῶν usum notat Gram.

ΚΑ. Ἐχει γοῦν λόγον.

D

ΑΘ. Ἴδωμεν τοίνυν, πρὸς τοῦτο εἰ πῆ τινα πόρον ἰκανὸν πορίζοιμεν ἂν κατὰ τάδε. φημί γάρ, ὦ Κλεινία, Κνωσίους χρῆναι τῶν ἄλλων διαφερόντως Κρητῶν μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι περὶ τῆς χώρας, ἣ νῦν κατοικίζεται, συντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι τὰς πρώτας ἀρχάς εἰς δύναμιν ὅπως ἂν στῶσιν ὡς ἀσφαλέστατα καὶ ἀριστα. τὰς μὲν οὖν ἄλλας καὶ

D. Ἴδωμεν τοίνυν.] Pro τοίνυν Vat. r. οὖν, ut solent subinde permutari synonyma. Paullo ante editt. vett. Ἐχει γ' οὖν λόγον, quod emendavit tacitus Bekker. Et γοῦν a Bastio diserte enotatum habemus ex Vat. Q. et Ven. E.

Κνωσίους χρῆναι] Κνωσίους B. E. Q. v. f. h. r. a. c. o. d., uti solent, mox item Par. A. teste Bast. V. Κνωσίους. ἣ νῦν κατοικίζεται] Sic A. B. E. v. f. a. c. x. Vulgo ἣν νῦν κατοικίζετε, quam lectionem tuetur Vat. Q. qui pr. habet ἣν νῦν κατοικίζεται, atque κατοικίζετε a m. sec. superscriptum exhibet. Eodem modo fere Flor. o. qui ἣν νῦν quidem praebet, sed κατοικίζετε tuetur. Dein δ' post νομοφύλακας om. A. Q. v. f. h. r. a. c. o. errore manifesto. Herm. ἄν uncis seclusit, quod Astius cum Stephan. in αὐ' mutari volebat; sed v. explicat.

Bekkeri Vol. I. p. 449. Ἀρχαιρεσίας· ἀρχαιρεσίας λέγουσι πληθυντικῶς, οὐκ ἀρχαιρεσιῶν δέ, οὐδὲ ἄλλως πως. De παιδαγωγηθείσαν conf. Libr. I. p. 641. B: συμποσίον — ὀρθῶς παιδαγωγηθέντος. Tim. p. 89. C: διὸ παιδαγωγεῖν δεῖ διαίταις πάντα τὰ τοιαῦτα. al.

D. μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι] Cnosios prae ceteris Cretensibus non leviter tantum et animi religione exsolvendi gratia terram istam, quam nunc colonis datis, curare oportere, sed omnibus viribus prospicere, ut primi magistratus quam firmissime optimeque constituantur. Usus verbi ἀφοσιώσασθαι, quo significat aliquid leviter et perfunctorie tractare, ut saltem animi religione exsolvaris; non serio ac diligenter alteri aliquid

Plat. Opp. Vol. XI. Sect. II

praestare, sed ut saltem species officij expleti obtendantur, attingit Dorvill. ad Chariton. p. 308. ed. Lips. = 177 sq. edit. pr. pluribus persecuti sunt Wernsdorf. ad Himer. p. 149. Valckenar. ad Herod. IV. 154. Tom. V. Part. II. p. 312. ed. Schw. itemque Harpocration, Hesychius, Suidas, eorumque intpp. Quod post μὴ μόνον deinde δέ infertur, sicut alibi simplex ἀλλά, tetigimus rem ann. ad Libr. V. p. 747. D. Eodem modo paullo ante: οὐ μόνον οὐδὲν πλέον — σχεδὸν δὲ βλάβαι μέγισται — γίγνοιτ' ἂν ἐξ αὐτῶν. Libr. VI. p. 760. D. p. 777. D. al. Pari lege a Latinis frequentatur non modo — sed, cuius exempla dedit Drackenb. ad Liv. II. 6. 1. Fallitur vero Astius, qui μόνον non ad μὴ, sed ad ἀφοσιώσασθαι pertinere statuit. Pro

Ε βραχύτερον ἔργον, νομοφύλακας δ' ἂν ἡμῖν πρώτους αἰρεῖσθαι ἀναγκαιότατον ἀπάσῃ σπουδῇ.

ΚΑ. Τίνα οὖν ἐπὶ τούτῳ πόρον καὶ λόγον ἀνευρίσκομεν;

ΑΘ. Τόνδε φημί, ὦ παῖδες Κρητῶν, χρῆναι Κνωσίους διὰ τὸ πρεσβεύειν τῶν πολλῶν πόλεων κοινῇ μετὰ τῶν ἀφικομένων εἰς τὴν ξυνοίκησιν ταύτην ἐξ αὐτῶν τε καὶ ἐκείνων αἰρεῖσθαι τριάκοντα μὲν καὶ ἑπτὰ τοὺς πάντας, ἑννέα δὲ καὶ δέκα ἐκ 753 τῶν ἐποικησάντων, τοὺς δὲ ἄλλους ἐξ αὐτῆς Κνω-

Ε. ἐκ τῶν ἐποικησάντων] Sic A. E. Q. r. d. cum Ald. Bas. 1. 2. In Steph. scriptum ἐποικησάντων.

P. 753. τῇ πόλει σοὶ δόντων] Male Steph. pro σοι, quod codd. omnes cum Ald. Bas. 1. 2. tuentur, de suo refinxit σῆ. v. enarrat.

σῶσιν Hermannus de coniectura scripsit ἰσῶσιν.

νομοφύλακας δ' ἂν ἡμῖν] Int. ἐπ. Optativi ellipsin apud ἂν notavimus ad Sophist. p. 235. A. Theaet. p. 185. C. al. Alia eius exempla attulerunt Reising. de ἂν part. p. 108. Sauppe Epist. Crit. ad Hermann. p. 72.

Ε. ἐπὶ τούτῳ πόρον] quam viam et rationem ad hoc efficiendum. Dativum sic usurpatum exemplis illustravit A. Matthiae Gr. §. 586. ἤ. Addimus Arist. Avv. 1431: ὁ δὲ τίς φησὶν — ἐπὶ τραγωδίᾳ ἀνεπερώσθαι. Diod. Sic. II. p. 86. ed. Wess. ἐπὶ ξενίᾳ παρακαλεῖν. Eurip. Phoeniss. v. 1596: οὐκ ἐπ' ὀνειδισσίν οὐδ' ἐπιγάρμασιν, ἀλλ' ὀδύρῃσι λέγοι. ex cuiusmodi locis apparet, ἐπὶ ita demum finem et consilium significare, ut simul conditio quaedam significetur, ad quam actio aliqua pertineat.

διὰ τὸ πρεσβεύειν τῶν πολλῶν πόλεων] propterea.

quod dignitate antecel- lunt plurimas civitates.

ἐκ τῶν ἐποικησάντων] ex iis, qui coloni immi- graverunt. Non opus est cum Stephano ἐποικησάντων refi- gere, quamquam hoc unice probavit Astius. Eundem criti- cum mentis opinio fefellit, pro σοι potius σῆ requirentem. Dativi σοι ita usurpati exempla bene multa concessit Astius ad Libr. I. cap. I. ubi v. etiam ann. nostr. Prorsus eodem modo IV. p. 712. B: περιόμεια προσαρμόττοντες τῇ πόλει σοι. ubi Steph. item correxit scilicet σῆ. At non potuit ille mutare talia, quale est VI. p. 767. C: τοῖς πολίταις ἀντιῶ.

P. 753. πολίτην εἶναι ταύτης τῆς ἀπ.] H. e. ὥστε πολίτην εἶναι. — ἢ τῇ μετρίᾳ δυνάμει β. aut modica vi cogentes. Fallitur de his Heindorfius ad Charmid. §. 7. qui articulum τῇ positum arbitratur sic, ut idem fere valeat quod τῶν, pronomen indefinitum. At enim vero τῇ μετρίᾳ δυνάμει est: vi ea, quae

σοῦ. τούτους δ' οἱ Κνωσίοι τῇ πόλει σοὶ δόντων, καὶ αὐτόν σε, πολίτην εἶναι ταύτης τῆς ἀποικίας καὶ ἕνα τῶν ὀκτωκαίδεκα, πείσαντες ἢ τῇ μετρίᾳ δυνάμει βιασάμενοι.

ΚΑ. Τί δῆτα οὐ καὶ σὺ τε καὶ ὁ Μέγιστος, ὦ ξένε, ἐκοινωνήσατῃν ἡμῖν τῆς πολιτείας;

Cap. II. **ΑΘ.** Μέγα μὲν, ὦ Κλεινία, φρονού- σιν αἱ Ἀθῆναι, μέγα δὲ καὶ ἡ Σπάρτη, καὶ μα- κρὰν ἀποικοῦσιν ἐκάτεραι· σοὶ δὲ κατὰ πάντα ἐμ- μελῶς ἔχει καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκισταῖς κατὰ ταῦτα, ὡς περὶ τὰ περὶ σοῦ νῦν λεγόμενα. ὡς μὲν οὖν γέ- B

Cap. II. μέγα δὲ καὶ ἡ Σπάρτη] Vitiose Steph. μὲν pro δε scripsit, invitis etiam codd. ad unum omnibus.

B. νῦν λεγόμενα] λέγομεν Steph. invitis libris mss. Dein A. pr. Q. ὡς μὲν νῦν pro ὡς μὲν οὖν.

sit mediocris. v. ad Symp. p. 191. B.

ἐκοινωνήσατῃν ἡμῖν —] „Nonne ἐκοινωνήσατον?“ Im. Bekkerus. Non opus muta- tione. De secunda persona in τὴν terminata v. ad Euthydem. p. 273. E. ann. crit. et Legg. IV. p. 705. D.

Cap. II. μέγα δὲ καὶ ἡ Σπάρτη —] Male vulgo μέγα μὲν καὶ ἡ Σπ. Nam solet in hac eiusdem vocabuli repetitione μὲν — δὲ usurpari. Cuius generis exempla bene multa consignavit Reizius ad Viger. p. 841. not. 534. et consignavimus ipsi quoque ann. ad Phileb. p. 29. B. = 188. ed. Goth. Nimirum in secundo quoque mem- bro scripserunt μὲν, qui istud putarent propter insequens δὲ necessarium esse. At enim vero membrum istud orationis: σοὶ δὲ κατὰ πάντα κ. τ. λ. opponitur integra huic sententiae: μέγα μὲν — μέγα δὲ καὶ ἡ Σπάρτη, καὶ μακρὰν ἀπ. ἐκάτεραι; quae per se seorsum spectata μὲν — δὲ requirit. Eadem ratio est Phaedr. p. 241. C: βλα-

βερωῖ μὲν πρὸς οὐσίαν, βλαβερωῖ δὲ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, πολὺ δὲ βλαβερωτάτω πρὸς τὴν παιδεύειν.

σοὶ δὲ κατὰ πάντα ἐμμε- λῶς ἔχει] Mire erravit Astius, qui subiectum statuit esse Ἀθῆναι et Σπάρτη, quasi ἐκα- τέρα, non ἐκάτεραι praecesserit. Quod prorsus abhorret a recta ratione. Imo tertia persona ita posita est, ut sponte intelligatur αὐτὸ s. τὸ πρᾶγμα, cuius exempla notavimus plurima ad Theaet. p. 171. A. et 187. C. Itaque sententia verborum haec est: Superbae Athenae sunt; superba item Sparta, ut nolint sane in hac colonia condenda istas partes agere. Huc accedit, quod utraque civitas longe hinc dissita est. Tibi vero in omnibus res bene se habet, itemque ceteris conditoribus perinde, atque de te iudicamus, quandoquidem Gnosii nec procul abhinc habitant nec colonis suis opem at- que auxilium suum recu-

νοῖτ' ἂν ἐπιεικέστατα ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν τὰ
νῦν, εἰρησθῶ· προσελθόντος δὲ χρόνου καὶ μεινάσης
τῆς πολιτείας αἵρεσις αὐτῶν ἔστω τοιαύδε τις. πάν-
τες μὲν κοινωνοῦντων τῆς τῶν ἀρχόντων αἰρέσεως
ὁπόσοι περ' ἂν ὄπλα ἵππικὰ ἢ πεζικὰ τιθῶνται καὶ
πολέμου κεκοινωνήκωσιν ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν
τῆς ἡλικίας δυνάμεσι· ποιῆσθαι δὲ τὴν αἵρεσιν ἐν
C ἱερῷ ὅπερ ἂν ἡ πόλις ἡγήται τιμιώτατον, φέρειν δ'
ἐπὶ τὸν τοῦ θεοῦ βωμόν ἕκαστον, εἰς πινάκιον γρά-
ψαντα τούνομα πατρόςθεν καὶ φυλῆς καὶ δήμου ὁπό-
θεν ἂν δημοτεύηται, παρεγγράφειν δὲ καὶ τὸ αὐ-

ὁπόσοι περ' ἂν ὄπλα.] ὁπόσοις B. E. v. f. al. Dein τιθῶν-
ται E. Tum vulg. αὐτῶν.

C. τὰ δὲ τῶν πινακίων κριθέντα] V. πινάκιον, quod
ex A. Q. v. f. h. r. mutavimus, praeunte Bekero. Nam de
codd. A. Q. Bastius quidem silet omnino.

sabunt. — κατὰ ταῦτ' ὡς-
περ ἰ. q. ὡσαύτως, ὡςπερ. Ad
ὡςπερ τὰ περὶ σοῦ νῦν λεγόμε-
να int. ἐμμελῶς ἔχει.

B. ἐκ τῶν ὑπαρχόντων] pro
praesenti rerum statu. Contulit Astius Xenoph.
Anab. VI. 4, 9. Ἐθαπῶν ἐκ τῶν
ὑπαρχόντων ὡς ἐδύνατο κάλλι-
στα. Plura suppeditabunt desi-
derantibus Schaefer. ad Demosth.
V. p. 253. Fischer. ad Weller. Gr.
Gr. T. III. P. II. p. 124. Hermann.
ad Soph. Aiac. v. 537. ubi similiter ἐκ
τῶνδε positum; Matthiae Gr.
Gr. §. 574.

πάντες μὲν κοινωνοῦν-
των —] In his quoque Platoni
ob oculos versata esse Solonis
instituta, ostendit Hermannus:
De vestigiis institutor. vet. per
Platonis de Legibus libros indagan-
dis p. 35. collatis locis Aristot.
Polit. II. 9, 6. Plutarch. Solon. c. 18.
Polluc. On. VIII. 139. Quamquam
postera aetate res Athenis abolita
fuit. Formula loquendi: ὄπλα

τιθεσθαι, est: castra metari
s. ponere, ideoque per consequens
i. q. στρατοπέδευεσθαι, campiren;
quo sensu eam creberrime usurpavit
Xenophon. Variam eius significationem
rimati sunt P. Leopard. et H. Valesius
ad Harpocrat. s. v. Wesseling. ad
Diodor. T. I. p. 524. et T. II. p. 428.
Valckenar. ad Herodot. IX. 52.
intpp. Xenoph. Hell. III. 1, 20. al.

ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν
— δυνάμεσι] Gorg. p. 452. E: καίτοι
ἐν ταύτῃ τῇ δυνάμει (haec dicendi
facultate instructus) δοῦλον μὲν ἔξει-
σιν τὸν ἄτρον, δοῦλον δὲ τὸν παι-
δοτρέφην. Itaque verborum sensus
hic est: et quicumque belli fuere
participes, quamdiu suae cuiusque
aetatis vires tulerunt. Dein infinitivi
ποιῆσθαι, φέρειν, παρεγγράφειν,
δειξαι, φέρειν positi sunt pro
imperativis, usu satis trito; ut
mox p. 755. E. 756. E. 760. A. B. 873.
E. al.

C. φέρειν δ' ἐπὶ τὸν τοῦ
θεοῦ —] H. e. suffragia

τοῦ κατὰ ταῦτα οὕτως ὄνομα. τῷ βουλευμένῳ δ'
ἐξέστω τῶν πινακίων ὅ τι περ' ἂν φαινῆται μὴ κατὰ
νοῦν αὐτῷ γεγραμμένον, ἀνελόντα εἰς ἀγορὰν θείναι
μὴ ἔλαττον τριάκοντα ἡμερῶν. τὰ δὲ τῶν πινακίων
κριθέντα ἐν πρώτοις μέχρι τριακοσίων δεῖξαι τοὺς
ἀρχοντας ἰδεῖν πάσῃ τῇ πόλει, τὴν δὲ πόλιν ὡσαύ-
τως ἐκ τούτων φέρειν πάλιν ὃν ἂν ἕκαστος βούλη-
ται, τοὺς δὲ τὸ δεύτερον ἐξ αὐτῶν προκριθέντας
ἐκατὸν δεῖξαι πάλιν ἅπασιν· τὸ δὲ τρίτον φερέτω μὲν
ἐκ τῶν ἐκατὸν ὁ βουλευθείς ὃν ἂν βούληται, διὰ
τομίῶν πορευόμενος· ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα, οἷς ἂν

D. διὰ τομίῶν πορευόμενος] Vett. edit. διὰ τῶν αὐ-
τῶν. Recte A. B. Q. v. f. h. r. a. c. d. o. x. διὰ τομίῶν, nisi
quod Vat. Q. teste Bastio τομίῶν habet. In Ven. E. perscriptum
διὰ τομίῶν.

ferre aliquem nuncupantem. De suffragiis in causa
sollemniori arae impositis v. Plutarch. Pericl. c. 32. The-
mistocl. c. 17. μὴ ἔλαττον
τριάκοντα ἡμ.; triginta
minimum dies.

τὰ δὲ τῶν πινακίων —]
quae vero tabulae suffragiorum
optimae iudicatae inque primis
numeratae fuerint, eas magistratus
usque ad trecentas universae
civitati spectandas exhibento,
atque civitas rursus eodem modo
ex his (trecentis) creato quem
quisque voluerit. Κρίνεσθαι ἐν
πρώτοις dictum ut κρίνειν ἐν
ὁμοίῳ Thucyd. IV. 68. et κρίνεσθαι
πρὸ τιῶς Philob. 57. E. ubi v. ann.
Formulam autem φέρειν τινά,
quae significat: aliquem lato
suffragio designare s. creare,
ne quis moleste ferat, eadem
usurpatur infra p. 756. C. D. E. p.
759. D. XII. p. 946. A. Demosth. adv.
Boeot. p. 996. 21. Ac statim post
etiam: τὸ δὲ τρίτον φερέτω μὲν ἐκ
τῶν

ἐκατὸν ὁ βουλευθείς ὃν ἂν βού-
ληται. conf. etiam Schneider. ad
Aristot. Pol. II. 3. p. 97.

D. διὰ τομίῶν πορευόμε-
μος] Sic codd. mss. pro vulg.
διὰ τῶν αὐτῶν, quod errore
videtur iniectum esse. Enimvero
istud διὰ τομίῶν πορευόμενος
significat, postremam hanc
creationem, qua denique triginta
magistratus constituantur,
magnam habere oportere
religionis sanctitatem, ideoque
suffragia ferentes debere per
victimarum frustra incidere. Nam
in pactis, foederibus, affisque
rebus similibus, solemniore modo
ac ritu sanciendo antiquitus
fuit usitatum, per medium mac-
tatarum hostiarum transire; de
quo ritu v. Valckenar. Diss. De
ritibus iuris iurandi in Opuscul.
Philol. Crit. Orat. Tom. I. p. 44.
ed. Lips. et quos ille laudavit Lydius
De iurament. p. 321. Petrus Greg.
Tholosanus Syntagm. universi
iuris atque legum pene omnium
gentium. Libr. VII. p. 1097. De
τῶν τομίῶν ne dubites, eti-

πλεῖστοι γίνονται ψῆφοι, κοίναντες ἀποφηνάντων ἄρχοντας. Τίνες οὖν, ὦ Κλεινία καὶ Μέγилле, πάντα ἡμῖν ταῦτ' ἐν τῇ πόλει καταστήσουσι τῶν ἀρχῶν
 E τε περὶ καὶ δοκιμασιῶν αὐτῶν; ἄρα ἐννοοῦμεν, ὡς
 ταῖς πρῶτον οὕτω καταξυγγυμνίαις πόλεσιν ἀνάγκη
 μὲν εἶναι τινὰς, οἵτινες δὲ εἶεν ἂν πρὸς πασῶν τῶν
 ἀρχῶν γεγονότες οὐκ ἔστι; δεῖ μὴν ἀμωσγέπως,
 καὶ ταῦτα οὐ φάουλους, ἀλλ' ὅ τι μάλιστα ἄκρους.
 ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἡμῖσι παντὸς ἐν ταῖς παροι-
 μιαῖς ἔργου, καὶ τό γε καλῶς ἄρξασθαι πάντες ἐγκω-
 μιᾶζομεν ἐκάστοτε· τὸ δ' ἔστι τε, ὡς ἐμοὶ φαίνεται,
 754 πλεον ἢ τὸ ἡμῖσι καὶ οὐδεὶς αὐτὸ καλῶς γενόμενον
 ἐγκωμιάσκειν ἰκανῶς.

ΚΑ. Ὅρθότατα λέγεις.

τῶν ἀρχῶν τε περὶ καὶ δοκιμασιῶν] In his τῶν ante ἀρχῶν omisit Bekkerus, nescimus cur. Neque enim codicum testimonia eius sententiam firmant. Nos vero vicissim τῶν ante δοκιμασιῶν vulgo interpositum extrusimus, quod quidem abest ab A. B. Q. v. f. h. r. d. o.

E. δεῖ μὴν ἀμωσγέπως] Ante δεῖ A. B. E. Q. et mox post ἰκανῶς duo puncta (:) posita habent, quod solet esse signum personae loqui incipientis. Contra ante μὴ τοῖνυν γιν. A. Q. E. B. idem signum omittunt.

am Demosthenes p. 642. dicit eum, qui in Areopago aliquem homicidii accusaret, dicta confirmasse iureiurando, et quidem πάντα ἐπὶ τοῖτον κάπρον καὶ κροῦ καὶ ταύρου.

E. ἀνάγκη μὲν εἶναι τινὰς —] Sententia loci haec videtur esse: nam illud quidem intelligimus, civitatibus ita iunctis prorsus necesse esse sint aliqui, qui ista omnia regant et gubernent; sed non apparet, quinam illi possint esse ante magistratus constitutos. Nam magistratum alioquin solet esse talia negotia curare, aut certe ex iis deligi, quia regant et administrant. Itaque alicui cum Cornario pro πρὸς legendum

videatur πρὸ πασῶν τῶν ἀρχῶν, quod sine auctoritate codicum susceperunt Astius ac Turicenses. Nihilominus putamus, vulgatam lectionem probam esse. Nam πρὸ si legimus, molestissime inculcatum erit istud πασῶν, quod mirum est viris egregiis non subo'uisse. Itaque servato πρὸς πασῶν τῶν ἀρχῶν locum interpretamur sic: dass es von Seiten aller Behörden dergleichen nicht geben kann. Etenim magistratus quoniam nulli dum sunt constituti, nec fieri ullo modo potest, ut, quamvis ratione omnis generis magistratum habita, reperiantur, qui ista negotia administrant. Nihil igitur est quod quis recte mutari cupiat. Ceterum constructio ver-

ΑΘ. Μὴ τοῖνυν γινώσκοντες γε παρῶμεν οὐτὸ ἀόρητον, μηδὲν διασαφῆσαντες ἡμῖν αὐτοῖς, τίνα ἔσται τρόπον. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδαμῶς εὐπορῶ πλὴν γε ἐνός εἰπεῖν πρὸς τὸ παρὸν ἀναγκαίου καὶ ξυμφέροντος λόγου.

ΚΑ. Τίνος δῆ;

Cap. III. ΑΘ. Φημί ταύτη τῇ πόλει, ἣν οἰκίζεν μέλλομεν, οἷον πατέρα καὶ μητέρα οὐκ εἶναι πλὴν τὴν κατοικίζουσαν αὐτὴν πόλιν, οὐκ ἀγνοῶν, ὅτι πολλαὶ τῶν κατοικισθεισῶν διάφοροι ταῖς κατοικισάσαις πολλάκις ἐναι γεγονασί τε καὶ ἔσονται. νῦν μὴν ἐν τῷ παρόντι, καθάπερ παῖς, εἰ καὶ ποτε μέλλει διάφορος εἶναι τοῖς γεννήσασιν, ἐν γε τῇ παρουσίᾳ παιδείας ἀπορία στέργει τε καὶ στέρ-

ἄλλων (i. e. καὶ ὅπως τῶν ἄλ-
λων), ὅποσα ἐμπόδια (ἔσιν)
ταῦτοις, φανείται προτιμῶν μη-
δὲν κ. τ. λ. In quibus primo
certo ad spectu molestiam affert
duplex istud ὅπως, ut haud sa-
ne absurdum sit, quod nonnemo
legendum proposuit εἰς (pro
ὅπως) εἰς ταῦτον τοῦτο κ. τ. λ.
Sed recte utique se habet ὅπως
cum futuro tempore coniunctum.
Nam ἐν ἔχουσα κεφάλαιον idem
significat quod ἐν τοῦτο σκο-
πούσα. De ὅπως ἂν γίγνοιτο,
quomodo fieri possit, v.
ad Lysid. p. 207. E. — Pro

τεταμένη σπουδῆ, quod praeunte
Astio de Stephani coniectura
restituimus, libri omnes habent:
τεταμένη σπουδῆ, idque defen-
dere conatus est Winckel-
mann. ad Euthydem. p. 71.
Sed dissimilibus ille usus est
rei exemplis. Veram lectionem
expressit Ficinus: atque ad
hoc ipsum, quod dicimus,
quisque per totam vitam
omni studio tendat. Ver-
bum τεταμένη et συντείνεσθαι
de acri studio et contentione
non rari est usus. v. De Rep.
VI. p. 504. E. Symp. p. 206.
B. Euthydem. p. 288. D. al.
Pro vulg. μηδ' ὄτιοῦν aliquis
maluerit μηδ' ὄπωςτιοῦν. Sed
praestat μηδ' ὄτιοῦν, quod unus
ms. suppeditavit.

τελευτῶν δὲ καὶ πόλεως
ἐὰν ἀνάστατον —] Locus
hic, si quis alius, criticos atque
interpretes vehementer vexavit.
Nec vero quisquam fuit, qui
eum aut recte intelligeret aut
verisimiliter emendaret. Nos
verba utrumque interpretari co-
nabimur, non alia fere nisi in-
terpunctionis facta mutatione.
Itaque post πόλεως comma,
quod Bekkerus et Turicensis
posuerunt, funditus tollendum,
quippe quod perturbat miserrime
verborum constructionem.

ὅπως ποτὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνοι' ἂν τὴν ἀνθρώπων D
προσήκουσαν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἔχων ἐκ τινος ἐπι-
τηδεύματος ἢ τινος ἠθους ἢ ποιᾶς κτήσεως ἢ ἐπι-
θυμίας ἢ δόξης ἢ μαθημάτων ποτὲ τινων, εἴτε ἀρ-
ρόην τις τῶν ξυνοικούντων ὄσα ἢ φύσις εἴτε θήλια,
νέων ἢ γερόντων, ὅπως εἰς ταῦτον τοῦτο, ὃ λέγομεν,
τεταμένη σπουδῆ πᾶσα ἔσται διὰ παντὸς τοῦ βίου,
τῶν δ' ἄλλων, ὅποσα ἐμπόδια ταῦτοις, μηδὲν προ-
τιμῶν φανείται μηδ' ὄτιοῦν, τελευτῶν δὲ καὶ πόλεως

ὄτιοῦν, quod ex Angel. (v.) correxi. Sed totus locus vulgo
scribitur in edit. omnibus vitiosissime, de quo exposuimus in
enarrat.

Deinde pro ὄπωςτιοῦν legen-
dum ὄπωςτιοῦσαν, una litterula
addita, quae facili errore po-
tuit negligi. Denique ante ὅς
πάντα, sicuti fecimus, non colo,
sed virgula interpungenda ora-
tio est. Quibus ita restitutis
omnia facillimam habent expli-
cationem. Nam τελευτῶν δὲ est:
denique, postremo, ut sex-
centies. Porro genitivus πόλεως
pertinet ad ἀνάστατον, quod cum
genitivo construitur, quia pri-
vationem et expulsionem signi-
ficat, veluti quum dicitur ἀνά-
στατος δόμων, quo Plutar-
chus T. II. p. 632. E. usus est.
Nam ἀνάστατον ponitur etiam
de incolis, qui sedibus suis mi-
grare coguntur iisque exturban-
tur. v. Wesseling. ad Diodor.
XI. 1. Porro post τελευτῶν δὲ
inferri sane debet verbum
tertia personae, quorsum illud
ipsum referretur. Sed inde a
verbis ὅς πάντα τὰ τοιαῦτα no-
vo anaeclotho mutatur instituta
orationis tenor, quandoquid-
dem pro simplici: πάντα τὰ
τοιαῦτα ποιεῖται, illato iam ὅς
pro superiore ὅπως, dicitur
πάντα τὰ τοιαῦτα ἂρ' ἔσθ' ὄπο-
μενέτεον, atque adeo πάσωντιος
numero plurali subiungitur. Ita-
que totius loci sententia haec
est: denique ut etiam, si

necessitas imminere vi-
deatur, ut patria potius
exturbari se patiatur,
quam ipsam velit servile
iugum subeuntem a deter-
rioribus regi, aut ut fuga
ultra relinquat urbem,
haec igitur omnia ut per-
peti sustineat potius,
quam ut mutatione facta
accipiat civitatem, quae
homines soleat efficere
deteriores. Atque his ita ex-
plicatis nihil fere superest, quod
lucem interpretationis magno-
pere desiderare videatur. Ne
tamen usquam dubitationi locus
relinquatur, etiam singula dilu-
cidasse non erit inutile. Et pri-
mum quidem considerata vi-
detur oppositio verborum: πό-
λεως ἀνάστατον γίγνεσθαι et λεί-
πειν φυγῆ τὴν πόλιν. Quae ma-
nifesto ita dicuntur, ut priora
violentam ex civitate expulsio-
nem atque exturbationem signi-
ficent, quae cum patriae ipsius
ruina quasi coniuncta sit, pos-
teriora vero fugam indicent
eam, quam quis sponte atque
ultra capessat, ne scilicet ma-
lorum consors ac socius fieri
cogatur. Itaque nihil in his
otiosi aut inepti inest. Neque
illud, opinor, insolens videri
cuiquam poterit, quod verba:

E εὐαν ἀνάστατον ἀνάγκη φαίνεται γίνεσθαι, πρὶν ἐθέλειν δοῦλειον ὑπομείνασα ζυγὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χειρόνων, ἢ λείπειν φυγὴ τὴν πόλιν, ὡς πάντα τὰ τοιαῦτ' ἀρ' ἐσθ' ὑπομεινέειον πάσχοντας, πρὶν ἀλλάξασθαι πολιτείαν, ἢ χεῖρους ἀνθρώπους πέφυκε ποιεῖν. ταῦτα ἡμεῖς τε ἐμπροσθεν ξυνωμολογησάμεθα, καὶ νῦν ὑμεῖς ἡμῶν εἰς ταῦτα ἐκάτερα βλέποντες 771 ἐπαινέετε καὶ ψέγετε τοὺς νόμους, ὅσοι μὴ ταῦτα δυνατοί, τοὺς δὲ δυνατοὺς ἀσπάζεσθε τε καὶ φιλοφρόνως δεχόμενοι ζητεῖ ἐν αὐτοῖς· τὰ δ' ἄλλα ἐπι-

P. 771. ψέγετε τοὺς νόμους, ὅσοι μὴ τ.] Stephan.: ψέγετε τοὺς νόμους, ψέγετε μὲν ὅσοι μὴ ταῦτα δ. de coniectura Cornarii. Recte codd. A. E. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. Ald. Lov. Bass. 1. 2. Tur. omittunt istud ψέγετε μὲν, quod, nisi fallit augu-

πρὶν ἐθέλειν — ὑπὸ χειρόνων, etiam ad ἢ λείπειν — πόλιν, mente et cogitatione referenda sunt, siquidem alterius membri eadem prorsus est conditio atque prioris. Porro ὑπομεινέειον, quoniam nihil aliud significat quam ἐπομείνειν δεῖ, usu satis trito et vulgari cum accusativo πάσχοντας coniungitur, cuius loquendi rationis exempla saepe notavimus, veluti ad Criton. p. 49. A. et Gorg. p. 512. D. Pluralis vero πάσχοντας quod post numerum singularem infertur, Graecos constat hoc in genere maxima uti libertate, ut modo a plurali ad singularem modo a singulari ad pluralem numerum transiliant. Participium eodem modo positum restituimus Theaet. p. 167. A. De hac numerorum variatione omnino consuluisse iuvabit Matthiae Gr. §. 293. coll. Elmslei. ad Eurip. Med. vers. 552. Denique ista: πρὶν ἀλλάξασθαι πολιτείαν — ποιεῖν, repetunt cum vi quadam sententiam verborum superiorum: πρὶν ἐθέλειν κ. τ. λ. quod ipsum plane est Platonium. Significat vero ἀλλάξασθαι πολιτείαν, facta mutatione sumere vel accipere, quem usum loquendi, etiam in verbis μεταβάλλειν, ἀμειβεῖν, μεταμειβεῖν, aliis, observatum, illustrarunt viri docti ad Phaedr. p. 241. A. Reip. IV. p. 424. C. al. Latinum mutare eodem modo usurpatum dudum explicavit Lambin. ad Horat. Od. I. 16, 26. multis eam in rem allatis testimoniis. Sed haec de loco satis difficilia. Restat, ut quid alii viri docti de eo senserint, paucis ostendendum sit. Mitinus tamen varias eorum sententias, qui locum vertendo exprimere conati sunt, quae sunt fere innumerabiles, eaeque omnes eiusmodi, ut a vero abhorreant quam maxime. Satis erit Astii, Wagneri, Heindorfii opiniones de eo susceptas retulisse. Et Heindorfius quidem Specim. Coniect. p. 36. pro ἀνάστατον legi iussit ἀνάστατον; de aliis verborum difficultatibus non explicavit. Astius autem totum locum sic refingit iussit: τελευτῶν δὲ καὶ πόλεως ἀνάστατος, εὐαν ἀνάγκη φαίνεται, γίνεσθαι —

ἢ λείπειν φυγὴ τὴν πόλιν. Quae mutatio vel propter audaciorem verborum transpositionem displicet. Denique Wagnerus τὸ ante πόλεως excidisse suspicatus est, quod tamen nequiquam sufficit ad tollendas loci difficultates. ὅσοι μὴ ταῦτα —] Quod dicit εἰς ταῦτα ἐκάτερα, eo respicitur, opinor, quod autem et quisque pro se ipso virtutis atque honestatis studiosus esse et vero etiam omnes ac singuli patriae salutem prospicere iussi sunt, h. e. et boni homines et boni cives esse. Genitivum ἡμῶν iungas cum τοὺς νόμους. P. 771. ὅσοι μὴ ταῦτα δυνατοί] Stephanus ψέγετε μὲν ante ὅσοι μὴ τ. inculcavit, quod a codd. omnibus et vet. editt. abest. Nimirum celavit ille legentes, quod proh dolor fecit saepissime, sese hanc lectionem, unice acceptam retulisse Cornarii coniecturae. Verum ea certe nequiquam opus est. Nam ὅσοι μὴ ταῦτα δυνατοί accommodatur proxime antecedenti καὶ ψέγετε τοὺς νόμους. In quo quia negligitur quod an-

τηδεύματα καὶ πρὸς ἄλλα τείνοντα τῶν ἀγαθῶν λεγομένων χεῖρειν χρῆ προσαγορεύειν.

Ἀρχὴ δὲ ἔστω τῶν μετὰ ταῦτα ἡμῶν νόμων ἡδε τις, ἀφ' ἱερῶν ἡρχομένη. τὸν ἀριθμὸν γὰρ δὴ δεῖ πρῶτον ἀναλαβεῖν ἡμᾶς τὸν τῶν πεντακισχιλίων καὶ τετραράκοντα, ὅσας εἶχεν τε καὶ ἔχει τομὰς προσφύρους ὃ τε ὅλος ἅμα καὶ ὃ κατὰ φυλάς, ὃ δὲ τοῦ παντός ἐστὲν δωδεκατημόριον ἐν καὶ εἰκοσιν εἰκοσάκις ὀρθότατα φύν. ἔχει δὲ διανομὰς δώδεκα μὲν ὃ πᾶς ἀριθμὸς ἡμῶν, δώδεκα δὲ καὶ ὃ τῆς φυλῆς.

rium, etiam in Voss. deest, unde tamen nihil enotatum habemus.

B. ὀρθότατα φύν. ἔχει] φύναι Voss. x. et Par. Faehsii. Astius de deleta verba ἔχει διανομὰς cum antegressis iungenda censet.

tegressum est: ἐπαινέετε, deinde subiungitur: τοὺς δὲ δυνατοὺς ἀσπάζεσθε κ. τ. λ. De ὅσοι μὴ δυνατοί, qui hoc non possunt efficere, v. ad Protagor. p. 335. C. Hipp. min. p. 367. E. — ἐν αὐτοῖς, in eorum imperio ac potestate. — τοὺς δὲ δυνατοὺς, sc. ταῦτα.

B. ὃ δὲ τοῦ παντός — φύν] Relativum pertinet ad postrema: καὶ ὃ κατὰ φυλάς. Quocirca verba sic intelligas: quam quidem partem duodecimam numeri 5040. posuimus eam esse, quae rectissime ortum habeat suum, si numerus 21. per 20. multiplicetur. Nam numerus 420, qui efficit partem duodecimam numeri 5040, existit, ubi 20 per 21 multiplicatur. Totum locum miserrime perturbavit Astius, qui quae de eo commentus est, ea referre poenitet.

δώδεκα δὲ καὶ ὃ τῆς φυλῆς] Nam numerus trium 420 in partem aequales 35 dividi potest, qui est numerus civium unicuique tribui adscriptorum.

ἐκάστην δὴ τὴν μοῖραν διανοεῖσθαι χρῆν ὡς οὖσαν
 ἱερὸν θεοῦ δῶρον, ἐπομένην τοῖς μῆσι καὶ τῇ τοῦ
 παντός περιόδῳ. διὸ καὶ πᾶσαν πόλιν ἄγει μὲν τὸ
 ξύμφυτον ἱεροῦν αὐτάς, ἄλλοι δὲ ἄλλων ἴσως ὀρθό-
 τερον ἐνεύμαντό τε καὶ εὐτυχεστέρον ἐθείωσαν τὴν
 C διανομήν. ἡμεῖς δὲ οὖν νῦν φαιμέν ὀρθότατα προη-
 ρῆσθαι τὸν τῶν πεντακισχιλίων καὶ τετρακάκοντα ἀρι-
 θμόν, ὃς πάσας τὰς διανομὰς ἔχει μέχρι τῶν δώ-
 δεκα ἀπὸ μιᾶς ἀρξάμενος πλὴν ἐνδεκάδος. αὕτη δ'
 ἔχει σμικρότατον ἴαμα· ἐπὶ θάτερα γὰρ ὑγιῆς γί-
 γνεται δυοῖν ἐστίαν ἀπονεμηθεῖσαι. ὡς δ' ἐστὶ
 ταῦτα ἀληθῶς ὄντα, κατὰ σχολὴν οὐκ ἂν πολὺς
 ἐπιδείξειε μῦθος. πιστεύσαντες δὴ τὰ νῦν τῇ πα-

ὡς οὖσαν ἱερὸν θ.] ἱερὸν A. Q. E. v. h. f. r. x. alii, vi-
 tiose; quamquam ita etiam Ald. Lovan. Bass. 1. 2.

C. ἐστίαν ἀπονεμηθεῖσαι] Gronius conii. ἀπονηθεί-
 σαν. Sed v. enarr.

ὡς οὖσαν ἱερὸν θεοῦ δῶ-
 ρον] Causam sanctitatis ipse
 statim addit; sequitur enim hic
 numerus ipsam rerum naturam
 eiusque leges. v. etiam ad V.
 c. 14.

διὸ καὶ πᾶσαν πόλιν —
 διανομήν] Quapropter et-
 si unamquamque civita-
 tem ducit id, quod, ut-
 pote ipsi tanquam inna-
 tum, eam consecrat, ta-
 men alii aliis rectius for-
 tasse distributionem fe-
 cerunt felicis que conse-
 crarunt, prouti scilicet vel
 propius accesserunt ad naturae
 similitudinem, vel longius ab
 eadem afuerunt. Locus neuti-
 quam intellectu difficilis; qui si
 quid obscuritatis habere visus
 est, totum illud ei per inter-
 pretes ipsos est illatum. Veluti
 quod Astius scripsit αὐτὰς
 esse omnes civitatis par-
 tes s. φυλάς et ad πόλεις perti-
 nere, id totum est ficticium et
 plenum erroris.

C. ὃς πάσας τὰς διανο-
 μὰς — ἐνδεκάδος] V. ad
 Libr. V. c. 14. et c. 8. p. 737.
 C sqq.

αὕτη δ' ἔχει σμ. ἴαμα.]
 Intelligit τὴν ἐνδεκάδα, quam
 ait habere medelam lenissimam,
 quoniam, demtis duobus focis,
 in alteram partem, hoc est, si
 ad 5040 respiciatur, protenus
 sana reddatur. Nam 5040 per
 11 divisus efficit numerum pa-
 rem 458. Ἀπονεμεῖν est fa-
 cta distributione demere.
 Gronius legendum coniciebat
 ἀπονηθείσαι, probante Astio.
 Sed v. Politic. p. 276. D. p.
 280. D.

τῇ παρούσῃ φήμῃ καὶ λό-
 γῳ] praesenti effato et
 rationi. Φήμην vocat, quia
 res, non iam ad calculos revo-
 cata, tanquam effato quodam
 divino, cuius caussae lateant,
 niti videtur. Vocabuli usum
 subtiliter rimatus est Wytten-
 bach. Bibl. Crit. Vol. III. P.

ρούση φήμῃ καὶ λόγῳ νείμωμέν τε ταύτην, καὶ ἐκά- D
 στη μοῖρα θεὸν ἢ θεῶν παῖδα ἐπιφημίσαντες, βω-
 μούς τε καὶ τὰ τούτοις προσήκοντα ἀποδόντες, θυ-
 σιῶν περὶ ξυνόδους ἐπ' αὐτοῖς ποιόμεθα δύο τοῦ
 μηνός, δώδεκα μὲν τῇ τῆς φυλῆς διανομῇ, δώδεκα
 δὲ αὐτῷ τῷ τῆς πόλεως διαμερισμῷ, θεῶν μὲν δὴ
 πρῶτον χάριτος ἕνεκα καὶ τῶν περὶ θεούς, δεύτερον
 δὲ ἡμῶν αὐτῶν οἰκειότητός τε περὶ καὶ γνωρίσεως
 ἀλλήλων, ὡς φαίμεν ἂν, καὶ ὀμιλίας ἕνεκα πάσης. E
 πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν γάμων κοινωνίαν καὶ ξύμμι-
 ξιν ἀναγκαιῶς ἔχει τὴν ἄγνοιαν ἐξαιρεῖν, παρ' ὧν
 τε τις ἄγεται καὶ ἂ καὶ οἷς ἐκδίδωσι, περὶ παντός
 ποιούμενον ὃ τι μάλιστα τὸ μὴ σφάλεσθαι μηδα-

παῖδα ἐπιφημίσαντες] V. ἐπιφημίσαντες, quod vix unus
 alterve codd. deteriorum habet. Rectissime plurimi optimique
 ἐπιφημίσαντες.

1. p. 58 sqq. — νείμωμέν τε
 ταύτην, sc. τὴν πόλιν.

D. θεῶν παῖδα ἐπιφημί-
 σαντες] H. e. assignantes,
 attribuentes, adiuncta rei
 sanctae ac divinae significatio-
 ne. Vocabuli usum illustrarunt
 Hemsterhus. ad Lucian. T.
 I. p. 24. ed. Reitz. Werns-
 dorf. ad Himer. Eclog. V. §.
 9. p. 134 sq. Lobeck. ad
 Phryn. p. 596. Iacobs ad Ae-
 lian. p. 178, 18. alii. — δύο
 τοῦ μηνός, binas singulis
 mensibus. — τῆς γνωρί-
 σεως ἀλλήλων, der gegen-
 seitigen Bekanntschaft
 halber. Nam γνωρίζειν τινά
 dicuntur, qui in alicuius noti-
 tiam perveniunt, et cum eo
 ineunt consuetudinem ac fami-
 liaritatem, sicuti ostendimus ad
 Lachet. p. 181. C.

E. πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν
 γάμων κ.] Hermannus Com-
 ment. De iuris domestici et fa-
 miliaris ap. Plat. in Legg. cum
 veteris Graccae institutis com-

paratione p. 4. „Illud quidem,
 inquit, e communi Graecorum
 usu instituit Plato, ut iuvenum
 et puellarum chori simul in me-
 dium procedant inter seque
 spectantes animis designent,
 quem sibi quisque potissimum
 ad vitae consortium convenire
 arbitretur.“ Comparat ille prae-
 ter hunc locum Legg. V. p. 738.
 D. et Xenoph. Eph. I. 2.

παρ' ὧν τε τις ἄγεται
 καὶ ἂ καὶ οἷς ἐκδ.] a qui-
 bus quis sibi ducat uxore
 rem vel quaenam ducat,
 et quibus nuptum det.
 Ἐκδίδοναι ita usurpatum ad
 Theaet. p. 151. B. Politic. p.
 310. C. Legg. V. p. 742. C.
 tetigimus. Pro καὶ ἂ Astius
 scribendum censet καὶ ἦν, quod
 cum ἄγεται cohaereat. Malis
 fortasse καὶ οἷ. Sed nihil opus
 mutatione. Neutrum enim eti-
 am in iis, qui nobis cari esse
 debent, hominibus, maxime li-
 beris et uxoribus, non insolens.
 Sic τὰ φίλινα, τὰ πρώτα φί-

μῶς ἐν τοῖς τοιούτοις κατὰ τὸ δυνατόν. τῆς οὖν
 τοιαύτης σπουδῆς ἕνεκα χρὴ καὶ τὰς παιδίας ποιῆσθαι
 χορευούσας τε καὶ χορευούσας χορούς καὶ κόρας, καὶ
 772 ἅμα δὴ θεωροῦντάς τε καὶ θεωρούμενους μετὰ λό-
 γου τε καὶ ἡλικίας τινὸς ἐχούσης εἰκνίας προγάσεις,
 γυμνοὺς καὶ γυμνάς μέχρι περ αἰδοῦς σώφρονος ἐκά-
 στων. τούτων δ' ἐπιμελητάς πάντων καὶ κοσμητάς
 τοὺς τῶν χορῶν ἀρχοντας γίνεσθαι καὶ νομοθέτας
 μετὰ τῶν νομοφυλάκων, ὅσον ἂν ἡμεῖς ἐκλείπωμεν
 τάττοντας. ἀναγκαῖον δέ, ὅπερ εἶπομεν, περὶ τὰ
 Β τοιαῦτα πάντα ὅσα σμικρὰ καὶ πολλὰ νομοθέτην
 μὲν ἐκλείπειν, τοὺς δ' ἐμπείρους αἰεὶ κατ' ἐνιαυτὸν
 γιγνομένους αὐτῶν ἀπὸ τῆς χρείας μανθάνοντας
 τάττεσθαι καὶ ἐπανορθουμένους κινεῖν κατ' ἐνιαυ-
 τόν, ἕως ἂν ὄρος ἰκανὸς δόξῃ τῶν τοιούτων νομί-
 μων καὶ ἐπιτηδευμάτων γεγενῆσθαι. χρόνος μὲν οὖν

E, τῆς οὖν τοιαύτης σπουδῆς] Laudant locum Euseb.
 Praep. Ev. XIII. 19. p. 708. A. Theodoret. Therap. IX. p. 616. E.
 P. 772. περὶ τὰ τοιαῦτα πάντα] Steph. invitis codd. περὶ
 πάντα τὰ τοιαῦτα. In Ven. E. πάντα om.

B. χρόνος μὲν οὖν μ.] χρόνος A. Q. r. a. c. d. o. x. sed
 Par. A. Vat. Q. Voss. x. alii, in marg. χρόνος. Mox pro δεκά-

λων, et quae sunt id genus alia.
 Mox p. 772. E: τὸ πρότερον καὶ
 τὸ ἀρόμειον ὡς χρὴ ζητεῖν. ubi
 v. ann. D.

τῆς οὖν τοιαύτης σπου-
 δῆς —] Haec usque ad verba:
 σώφρονος ἐκάστων, exscripse-
 runt Euseb. Praep. Ev. XIII.
 p. 708. a. et Theodoret. Cur.
 Aff. Graec. p. 130. ed. Sylb.
 = 355. ed. Gaisf. Pro παιδίας
 Theodoret. παιδείας male. Dein
 κόρους τε καὶ κόρας Theod. et
 Eus. Sed τε codices Platonis
 ignorant. Contra τε post θεω-
 ρούσας abest ab Theodoro et
 quattuor Eusebii libris apud
 Gaisford. Mox ἐχούσας pro
 ἐχούσης Theodoret. Idem cum
 Euseb. εἰκνίας.

P. 772. μετὰ λόγον τε καὶ

ἡλικίας τινὸς —] auxili-
 ante ratione atque aetate
 fere ea, quae probabiles
 habeat excusationes, h. e.
 cui nuda saltationes conveni-
 ant. — μέχρι περ αἰδοῦς
 σωφρ., soweit es Zucht
 und Ehrbarkeit erlaubt.

χρόνος μὲν οὖν μέτριος
 —] Astius verba θνυσίων τε
 καὶ χορειῶν elicendi censet,
 quippe quae neque cum reliqua
 oratione apte cohaereant, neque
 omnino huc pertineant, quoniam
 non de sacrificiis et choreis,
 sed de legum emendarum
 ratione disseratur. Fallitur vir
 egregius. Nam primum quidem
 non generatim agitur de legum
 emendarum ratione, sed dis-
 putatur de iis legibus, quae ad
 res modo commemoratas referun-

μέτριος ἅμα καὶ ἰκανὸς γίγνεται ἂν τῆς ἐμπειρίας
 δεκαετηρῶς θνυσίων τε καὶ χορειῶν, ἐπὶ πάντα καὶ
 ἕκαστα ταχθεῖς· ζῶντος μὲν τοῦ τάξαντος νομοθέτου
 κοινῇ, τέλος δὲ σχόντος αὐτὰς ἕκαστας τὰς ἀρχὰς εἰς C
 τοὺς νομοφύλακας εἰσφερούσας τὸ παραλειπόμενον
 τῆς αὐτῶν ἀρχῆς ἐπανορθοῦσθαι, μέχρι περ ἂν τέ-
 λος ἔχειν ἕκαστον δόξῃ τοῦ καλῶς ἐξευροῦσθαι· τότε
 δὲ ἀκίνητα θεμένους ἤδη χρῆσθαι μετὰ τῶν ἄλλων
 νόμων, οὓς ἔταξε κατ' ἀρχὰς ὁ θεὸς αὐτοῖς νομο-
 θέτης, ὧν περὶ κινεῖν μὲν ἔχοντας μηδέποτε μηδὲν·
 εἰ δὲ τις ἀνάγκη δόξῃ ποτε καταλαβεῖν, πάσας μὲν D
 τὰς ἀρχὰς χρὴ ξυμβούλους, πάντα δὲ τὸν δῆμον καὶ
 πάσας θεῶν μαντείας ἐπιελθόντας, ἐὰν συμφωνῶσι
 πάντες, οὕτω κινεῖν, ἄλλως δὲ μηδέποτε μηδαμῶς,
 ἀλλὰ τὸν κωλύοντα αἰεὶ κατὰ νόμον κρατεῖν. Cap.
 XVI. Ὅποτε τις οὖν καὶ ὀπηνίκα τῶν πέντε καὶ

τηρος Par. A. Q. δεκάτης. Ald. Lov. Bass. 1. 2. cum Flor. a.

c. Ven. E. δεκατῆρος. Vat. r. δεκατῆρος. Ang. δεκατῆρος. Schnei-
 derus de conjectura scripsit δεκαετηρῆς.

Cap. XVI. D. Ὅποτε τις οὖν καὶ ὀπηνίκα] Steph. ὀπό-
 θεν τις οὖν, invitis codd. omnibus. Praeterea Voss. x. πάντα μὲν
 pro πάντα δέ.

tur. Quocirca θνυσίων τε καὶ
 χορειῶν aptissime mentio iniici-
 tur. Deinde genitivus θνυσίων
 τε καὶ χορειῶν idoneam profecto
 causam et rationem habet.
 Pendet enim ex verbis χρόνος
 τῆς ἐμπειρίας in unum conian-
 ctis, ut Germanice interpretari
 possis: Eine zehnjährige
 Erfahrungszeit von den
 Opfern und Reigentänzen
 (hinsichtlich der Opfer
 und Reigentänze) dürfte
 gehörig und ausreichend
 sein, wenn sie zu allem
 und ieglichem angeordnet
 würde.

C. τέλος δὲ σχόντος] i.
 e. ἀποθανόντος.

μέχρι περ ἂν τέλος —
 ἐξευροῦσθαι] usque dum
 unumquodque visum fue-

rit eam habere perfectio-
 nem, ut pulcre sit absolu-
 tum et consummatum.

εἰ δὲ τις ἀνάγκη δόξῃ
 ποτε καταλαβεῖν] „inci-
 disse. Καταλαμβάνειν proprie
 dicitur quiddam inopinatum et
 repentino quasi impetu nos de-
 prehendit, et in universum quod
 improvisum nobis accidit. Libr.
 IX. p. 873. A: εἰ δὲ τις οὖ-
 τως ἀθλία ξυμφορὰ καταλάβοι.
 Ibid. p. 878. B: ὁπόταν αὐτὸν
 καταλάβωσιν αἰ τοιαῦται ξυμφο-
 ραί. v. Dorvill. ad Char. p.
 567. Hemsterhus. ad Lucian.
 I. p. 60. et Burmann. ad
 Phaedr. IV. 24, 20.“ Astius.

Cap. XVI. D. τῶν πέντε
 καὶ εἴκοσι γεγονότων ἐτη]
 eorum, qui viginti quin-

εἴκοσι γεγονότων ἐτη σκοπῶν καὶ σκοπούμενος ὑπ' ἄλλων κατὰ νοῦν ἑαυτῷ καὶ πρόποντα εἰς παιδῶν κοινωνίαν καὶ γένεσιν ἐξευρηκέναι πιστεύει, γαμείτω
 E μὲν πᾶς ἐντὸς τῶν πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν, τὸ δὲ πρόπον καὶ τὸ ἀριότιον ὡς χρῆ ζῆτεῖν, πρῶτον ἐπακουσάτω· δεῖ γάρ, ὡς φησι Κλεινίας, ἐμπροσθεν τοῦ νόμου προσιμίον οἰκεῖον ἐκάστω προτιθέναι.

ΚΑ. Κάλλιστα, ὦ ξένη, διεμνημόνευσας, ἔλαβες τε τοῦ λόγου καιρὸν καὶ μάλ' ἐμοὶ δοκοῦντ' εἶναι σύμμετρον.

πᾶς ἐντὸς τῶν π.] τὰς A. et rec. Q. praeterea etiam Flor. a. c. in marg.

E. ἐκάστω προτιθέναι] προτιθέναι cum uno E. Stephanus, qui coni. προστιθέναι.

que annos nati sunt. Dein pro καὶ πρόποντα Heindorf. Specim. Coniect. p. 36. mavult καὶ πρόπον τι, quemadmodum statim post legitur τὸ δὲ πρόπον καὶ τὸ ἀριότιον. Sed πρόποντα item neutro genere numeri pluralis accipiendum, ut non opus sit mutatione. De neutro nominum in personis designandis usurpato v. Brunek. ad Soph. Electr. v. 301. Phil. v. 435. et 927. Valckenar. ad Eurip. Phoen. v. 437. Hermann. ad Viger. p. 727. n. 95. Poppo ad Thucyd. l. p. 104. Kritz. ad Sallust. ll. 69. Kühner. Gr. Gr. Ampl. Vol. II. p. 47. §. 422. 1. Pertinet huc etiam Soph. Antig. 659 sq. εἰ γὰρ δὴ τὰδ' ἔγγενῆ φῦσει ἀκόσμη, φρέσσω κάρτα τοὺς ἔξω γένους, sc. ἀκόσμους.

E. ἐντὸς τῶν πέντε καὶ τρ. ἐτῶν] intra illos, qui constituti sunt, quinque et triginta annos. Nam de tempore ineundi matrimonii iam supra disputatum Libr. IV. p. 721. A. B. ubi v. ann. Praeterea conf. infra p. 785. B. ὡς φησι Κλεινίας] Nimi-

rum quae ipse Atheniensis de prooemiis Libr. IV. p. 714 sqq. disputavit, iis assensus etiam Clinias est. Lepide igitur et urbane huic attribuitur, quod illius esse meminimus. Iniuria in hac ratione offendit Zellerus Stud. Platt. p. 107. et p. 79. praesertim quum deinceps ne Clinias quidem sibi huius rei laudem vindicet, qui Atheniensem potius ideo laudat, quia opportuno tempore prooemium meminert.

Q παῖ τοῖνυν φῶμεν] V. ad IV. p. 715. E: Ἄνδρες τοῖνυν φῶμεν, κ. τ. λ.

ἀγαθῶν πατέρων φύντι] Cavendum magnopere est, ne genitivum per ὑπό vel ἐκ explicandum putemus. Diversa enim sunt quae viri docti de hoc genere attulerunt ad Eurip. Orest. v. 491. πληγῆς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς. Electr. v. 123. κείσθαι σᾶς ἀλόγον σφαιρῆς Ἀγίσθων τ' Ἀγαμέμνων. Imo ἀγαθῶν πατέρων φύναι nihil est aliud quam ἀγαθῶν πατέρων εἶναι vel γενέσθαι, guten Aelteren von Natur angehören, quod idem est atque bo-

ΑΘ. Εὐ λέγεις. Ὡ παῖ τοῖνυν φῶμεν ἀγαθῶν πατέρων φύντι, τοὺς παρὰ τοῖς ἐμφοροῖν εὐδόξους 773 γάμους χρῆ γαμείν, οἱ σοὶ παραιοῖεν ἂν μὴ γένειν τὸν τῶν πενήτων μηδὲ τὸν τῶν πλουσιῶν διώκειν διαφερόντως γάμον, ἀλλ' ἐὰν τὰλλα ἰσάζῃ, τὸν ὑποδέεστερον ἀεὶ τιμῶντα εἰς τὴν κοινωνίαν ξυνίεναι. τῇ τε γὰρ πόλει ξύμφορον ἂν εἴη ταύτη ταῖς τε ξυνιουσαις ἐστίας· τὸ γὰρ ὀμαλὸν καὶ ξύμμετρον ἀκράτου μυρίον διαφέρει πρὸς ἀρετὴν. κοσμίῶν τε πατέρων χρῆ προθυμείσθαι γίγνεσθαι κηδεστὴν τὸν B

P. 773. οἱ σοὶ παραιοῖεν] Sic A. Q. v. r. a. c. δ. Vulgo erat ὅσοι π.

ξυμμ. ἀκρ. μυρίον] V. μυρίῳ. Accusativum dedi ex A. Q. h. r. a. c. δ. o. x. Confirmant eundem v. et f. qui μυρίον scriptum exhibent. Dein Astius coni. κοσμίῶν δὴ π. χρ.

nis parentibus ortum esse. Eodem modo Menex. p. 239. A: μᾶς μητρὸς πάντες ἀδελφοὶ φύντες. Soph. Ant. v. 876: οἶον ἐγὼ ποθ' ἂ ταλαίφρων ἔφην. Eurip. Phoen. v. 9: τοῦ δὲ Λάβδακον φύναι λέγουσιν. Iphig. T. v. 1: τοῦ δ' ἔφην ἐγώ. Non aliter accipimus Soph. Phil. v. 3: κρατίστον πατρὸς Ἑλλήνων τραφεῖς. Pindar. Pyth. IV. 256: κείνων φυνενθέτες.

P. 773. οἱ σοὶ παραιοῖεν ἂν] Int. οἱ ἐμφοροῖς. De divitiis in matrimonio ineundo non consecrandis prorsus eodem modo Politic. p. 310. B: τὰ μὲν πλοῦτον καὶ δυνάμειον ἐν τοῖς τοιοῦτοις τί καὶ τίς ἂν ὡς ἄξια λόγον σπονδάξοι μεμφόμενος; Σω. Οὐδέν. Sed quae ibi paucis verbis significantur, ea hoc loco exponuntur copiosius.

τὸν ὑποδέεστερον ἀεὶ τιμῶντα. —] H. e. τὸν ὑποδέεστερον (γάμον) ἀεὶ τιμῶν καὶ οὕτω εἰς τὴν κοινωνίαν (τῶν ὑποδεεστέρων) ξυνίεναι. Absone Astius ante ξυνίεναι intelligendum putat ὥστε vel πρὸς τὸ κοσμίῶν τε πατέρων χρῆ

πρ.] Aliud annectit praeceptum superioribus. Quamobrem recte ponitur τε, quod Astius praecipitato consilio in δὴ mutavit. Significat vero κηδεστῆς h. l. generum. Etenim proprie quidem latiore significatione de eo dicitur, qui matrimonio aliis est cognatus et affinis; sed deinde etiam singulatum vel socerum, vel generum, vel maritum sororis, al., ut fere Latin. affinis. conf. Hesych. s. v. Suid. ibid. Zonar. p. 1203. Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. p. 645. Dorrill. ad Charit. p. 619. al. — lam vero quod philosophus suadet, ut vehementioris et calidioris ingenii homines filias moderatorum parentum in matrimonium ducant, atque vicissim, idem fieri iubet Politic. p. 310. C sqq. ut facillime appareat. Platonem hac in re sibi plane constitisse. Nam quod Zellerus Stud. Platt. p. 105. inde colligit, Legum locum ex Politico esse expressum, id nihili esse utrumque locum inter se diligentius comparantibus facile apparebit.

αὐτῷ ξυνεϊδότετα ἰταμώτερον ἅμα και θάττον τοῦ δέοντος πρὸς πάσας τὰς πράξεις φερόμενον· τὸν δ' ἐναντίως πεφυκότα ἐπὶ τὰναντία χρῆ κηδεύματα πορεύεσθαι. και κατὰ παντός εἰς ἔστω μῦθος γάμου· τὸν γὰρ τῇ πόλει δεῖ συμφέροντα μνηστεύειν γάμον ἑκαστον, οὐ τὸν ἥδιστον αὐτῷ. φέρεται δὲ πως πᾶς αἰὶ κατὰ φύσιν πρὸς τὸν ὁμοιότατον αὐτῷ, ὅθεν ἀνώματος ἢ πόλις ὅλη γίγνεται χρήμασι τε και τρόπων ἤθεσιν· ἐξ ὧν ἂ μὴ βουλόμεθα ξυμβαίνειν ἡμῖν, και μάλιστα ξυμβαίνει ταῖς πλείσταῖς πόλεσι. ταῦτα δὴ διὰ λόγου μὲν νόμῳ προστάττειν, μὴ γαμεῖν πλού-

C. *θυμὸν ἂν ἀνεγείραι*] ἂν inserui de coniectura Bekkeri, quae vel ideo est verisimillima, quia in A. et B. post *θυμὸν* lacuna est. Astius corr. *ἂν ἐγείραι*. Praeterea Steph. ante *θυμὸν* inserit *καί*, quod codd. mss. omnes ignorant. Mutato ordine Vat. r. πολλοῖς ἀνεγείραι θυμὸν.

B. *οὐ τὸν ἥδιστον αὐτῷ*] H. e. ἀλλ' οὐ vel και οὐ τὸν ἥδιστον αὐτῷ. Triplici enim hac ratione Graecis utique in talibus licuit uti. v. ad Protagor. p. 337. B.

και τρόπων ἤθεσιν] De dativo v. Matthiae Gr. Gr. §. 424. 4. ann. 1. Dein και μάλιστα est vel maxime, ut locis innumeris.

C. ταῦτα δὴ διὰ λόγου —] Vult tamen haec a viro civili sic institui et imperari in Politico l. c. Pro δὴ Astius posuit δέ, invitis codd. omnibus. Nimirum δὴ est iam vero, aptissimeque dicitur. Proxima, μὴ γαμεῖν πλούσιον π. λ. κ. τ. λ. sic intelligenda sunt: ne dives divitis aut potens alius potentis filiam in matrimonium ducat. Πράττειν est: rem publicam gerere, ideoque multum auctoritate valere in republica. Protagor. p. 317. A: οὐ γὰρ λαθεῖν τῶν ἀνθρώπων τοὺς δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι πράττειν, ὥνπερ ἕνεκα

ταῦτ' ἐστὶ τὰ προσήματα. Demosth. De Coron. p. 240: αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν, τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι και πράττειν διορθοκονίτων κ. τ. λ. Plenius Protag. p. 319. A: ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατότατος ἂν εἴη και πράττειν και λέγειν. Gorg. p. 525. D: τὰ τῶν πόλεων πραξάντων.

πρὸς τῷ γελοῖα εἶναι — πολλοῖς] praeterquam quod ridiculum est, multis etiam stomachum moverit. Ante ἀνεγείραι cum Bekkero ἂν particulam de coniectura interposuimus. Nisi forte praestat ἂν ἐγείραι scribere, quod placuit Astio, consentiantibus Turicensibus et Schneidero. Loquutionem, πρὸς τῷ γελοῖα εἶναι illustravimus ad Protagor. p. 333. A: πρὸς τῷ ἑτέρου εἶναι και ἀνόμοια και αὐτὰ και αἱ δυνάμεις αὐτῶν.

D. δίκην κρατῆρος κεκραμένην —] Locus multum celebratus, quem praeter alios memorant Athen. X. 61. Longin. XXXII. 7. Plutarch. De

σιον πλούσιου μηδὲ πολλὰ δυνάμενον πράττειν ἄλλου τοιούτου, θάττους δὲ ἤθει πρὸς βραδυτέρους και βραδυτέρους πρὸς θάττους ἀναγκάζειν τῇ τῶν γάμων κοινωνίᾳ πορεύεσθαι πρὸς τῷ γελοῖα εἶναι θυμὸν * ἂν * ἀνεγείραι πολλοῖς· οὐ γὰρ ῥᾶδιον ἐννοεῖν, ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην, οὐ μαινόμενος μὲν οἶνος ἐγκεχυμένος ζεῖ, κολαζόμενος δὲ ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ καλὴν κοινωνίαν λαβὼν ἀγαθὸν πῶμα και μέτριον ἀπεργάζεται. τοῦτ' οὖν γιγνόμενον ἐν τῇ τῶν παιδῶν μίξει διορᾶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δυνατὸς οὐδεὶς. τούτων δὴ

D. ἀγαθὸν πῶμα] Sic Vat. B. pr. teste Bekkero et Vat. r. Flor. a. pro vulg. πῶμα v. ad Phileb. p. 34. E. Legg. I. p. 649. C. 648. C. 659. E. VI. p. 782. A. VIII. p. 844. B. IX. p. 932. E. al. Mox Voss. x. ἐὰν pro ἐὰν.

aud. poet. II. p. 15. E. et A. p. 791. B. iam ab aliis laudati. Reprehendit vero Longinus quidem audaciam metaphorarum: κολαζόμενος ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ; quae sane potest etiam ideo videri nimia, quia antecedit μαινόμενος οἶνος ἐγκεχυμένος ζεῖ. Nam lenior foret atque usitatio imago, si scriptum legeretur: οὐ μαινόμενος μὲν θεὸς ζεῖ. Sic Homer. II. §. 132. Bacchum vocat μαινόμενον Διόνυσον, quod Grammatici interpretantur μαινοποιόν. Verum meminisse debemus, eam esse Graecorum hoc in genere libertatem, ut notiones rerum cum diis, qui illis praesunt, fere misceant et confundant. Cuius generis exempla bene multa unum Platonis Symposium praebet, ad quod v. quae scripsimus p. 196. D. conf. etiam Monk. ad Eurip. Alcest. v. 40. et Fritsche Quaest. Lucc. p. 4 sq. Hoc igitur ubi nobiscum reputaverimus, minus offensionis habere videbuntur ista κολαζόμενος — θεοῦ, quandoquidem quod antecedit οἶνος.

eo comprehenditur simul Bacchi vel Dionysi cogitatio. Iam vero quod ὁ μαινόμενος dicitur κολάζεσθαι, id profecto nihil habet insolentiae. Lepide vero id fieri iudicatur ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ, quoniam aqua vino admixta sobrietatem efficit. Eodem modo Xenoph. Oecon. XX. 12: ὡς ἢ ἄλλη κολάζεται μινυμένη πᾶσι τοῖς ἀνάλοις τε και ἴγροις και ξηροῖς. Conf. etiam Tibullus II. 1, 46. Mixtaque securo est sobria lympha mero. Plutarch. An Seniger. Resp. 13: μαινόμενον θεὸν ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι σαρρονίζεσθαι κολαζόμενον. Sententiam rursus illustrabunt quae de eodem argumento disputantur Politico. p. 310. C sqq.

τοῦτ' οὖν γιγνόμενον — ὡς ἔπος εἰπεῖν, δυνατὸς οὐδεὶς] Politico. l. c.: σχεδὸν οὐδὲν χαλεπὸν οὔτε ἐννοεῖν οὔτε ἐννοήσαντα ἀποτελεῖν. Etenim vulgaris erat opinio, in matrimoniis iungendis potius spectandam esse tam bonorum et fortunae quam morum et ingenio-

χάριν εἶν μὲν νόμῳ τὰ τοιαῦτα ἀναγκαῖον, ἐπά-
 δοντα δὲ πείθειν πειρᾶσθαι τὴν τῶν παιδῶν ὁμαλό-
 E τητα αὐτῶν αὐτοῖς τῆς τῶν γάμων ἰσότητος ἀπλή-
 στον χρημάτων οὐσίας περι πλείονος ἕκαστον ποιῶ-
 σθαι, καὶ δι' ὀνειδούς ἀποτρέπειν τὸν περὶ τὰ χρή-
 ματα ἐν τοῖς γάμοις ἐσπουδακότα, ἀλλὰ μὴ γραπτῶ
 νόμῳ βιαζόμενον. Cap. XVII. Περὶ γάμων δὴ ταῦτ'
 ἔστω παραμύθια λεγόμενα, καὶ δὴ καὶ τὰ ἐμπρο-
 σθεν τούτων ῥηθέντα, ὡς χρῆ τῆς ἀειγενοῦς φύ-
 σεως ἀντέχεσθαι τῷ παιδᾶς παιδῶν καταλείποντα
 αἰετῶ θεῶ ὑπηρετίας ἀνθ' αὐτοῦ παραδιδόναι.
 774 πάντα οὖν ταῦτα καὶ ἔτι πλείω τις ἂν εἴποι περὶ
 γάμων, ὡς χρῆ γαμεῖν, προοιμαζόμενος ὀρθῶς. ἂν

Cap. XVII. E. τῆς ἀειγενοῦς φύσεως] Steph. ἀειγεν-
 ροῦς, reluctantibus codd. mss.
 καταλείποντα αἰετῶ θεῶ.] Libri καταλείποντι. Vere Steph.
 correxit καταλείποντα.

rum similitudinem. Quod ipsum
 etiam inter philosophos fuerunt
 qui tanquam sapientissimum
 quiddam commendarent. Quam
 in rem Hermannus De iure
 domest. et familiar. p. 5. lau-
 dat illud Cleobuli apud Diog.
 Laert. I. 92: γαμεῖν ἐκ τῶν
 ὁμοίων. et Pittaci apud eundem
 I. 80: τὴν κατὰ πάντων ἔλα.
 Aeschyl. Prom. 890: ὡς τὸ
 κηδεύσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει
 μακρῶ.

ἐπάδοντα δὲ πείθειν —]
 Verba hunc in modum iungen-
 da: πειρᾶσθαι δὲ ἐπάδοντα πεί-
 θειν, ἕκαστον περὶ πλείονος ποι-
 εῖσθαι τὴν τῶν παιδῶν ὁμαλό-
 τητα αὐτῶν αὐτοῖς τῆς τῶν γά-
 μων ἰσότητος ἀπλήστον χρημά-
 των οὐσίας i. e. ἢ τὴν γάμων
 ἰσότητα ἀπλήστον χρημάτων οὐ-
 σαν, et conari tanquam
 incantatione iis persuade-
 dere, ut liberorum suo-
 rum inter se aequalita-
 tem pluris quisque faciat,
 quam aequalitatem nuptia-
 rum opum insatiabilem,

i. e. cum divitiarum insatiabili
 cupiditate coniunctam. Ἐπά-
 δειν de leni persuasione, quae
 animum tanquam mulceat, vel
 etiam consoletur et tranquillet,
 Platoni non est insolens; v.
 Legg. II. p. 664. B. VIII. p.
 837. E. XII. p. 944. A. B.
 Phaed. p. 77. E. Reip. X. p.
 608. A: ἐπάδοντες ἡμῖν αὐτοῖς
 τούτων τῶν λόγων, quod cum
 his verbis satis concordat. Fal-
 litur ergo Zellerus Stud.
 Platt. p. 89. ἐπάδειν negans hic
 atque aliis Legum locis mori
 Platonico convenienter usurpa-
 tum esse. — ἀλλὰ μὴ γρ. v.
 βιαζόμενον per anacoluthon
 dictum pro βιάζεσθαι.

Cap. XVII. E. Περὶ γάμων
 δὴ ταῦτ' ἔστω —] Laudat
 usque ad παραδιδόναι Stobae-
 us Serm. LXV. p. 419. 10. =
 ed. Gaisf. Lips. Vol. III. p. 16.
 καὶ δὴ καὶ τὰ ἐμπροσθεν
 τ. ῥ.] Libr. IV. p. 721. B. C. D.
 ὡς χρῆ — παραδιδόναι]
 V. IV. p. 721. C. Sympos. p.
 206. C: καὶ δὲ τούτο θεῖον τὸ

δ' ἄρα τις μὴ πείσθαι ἐκῶν, ἀλλότριον δὲ αὐτὸν
 καὶ ἀκοινωνήτον ἐν τῇ πόλει ἔχει καὶ ἄγαμος ὢν γε-
 νηται πεντεκαετριάκοντούτης, ζημιούσθω κατ' ἐνιαυ-
 τὸν ἕκαστον, ὁ μέγιστον μὲν τίμημα κεκτημένος ἕκα-
 τὸν δραχμαῖς, ὁ δὲ τὸ δεύτερον ἐβδομήκοντα, τρί-
 τον δὲ ἐξήκοντα, ὁ δὲ τὸ τέταρτον τριάκοντα· τούτο
 δ' ἔστω τῆς Ἥρας ἱερόν. ὁ δὲ μὴ ἐκτίμων κατ' ἐνιαυ-
 τὸν δεκαπλάσιον ὀφειλέτω. πραττέσθω δὲ ὁ ταμίαις B
 τῆς θεοῦ, μὴ ἐκπράξας δὲ αὐτὸς ὀφειλέτω καὶ ἐν
 ταῖς εὐθύναις τοῦ τοιοῦτου λόγον ὑπεχέτω πᾶς. εἰς
 μὲν οὖν χρήματα ὁ μὴ θέλων γαμεῖν ταῦτα ζημιού-
 σθω, τιμῆς δὲ παρὰ τῶν νεωτέρων ἄτιμος πάσης
 ἔστω, καὶ μηδεὶς ὑπακούετω μηδὲν αὐτῷ ἐκῶν τῶν

P. 774. B. ὁ ταμίαις τῆς θεοῦ] ταμιαστὴς τῆς θεοῦ Voss. x.
 ὑπεχέτω πᾶς] Herm. de conl. scripsit πᾶσι. Sed πᾶς est
 unusquisque.

πράγμα· καὶ τούτο ἐν θνητῷ ὄντι
 τῷ ζῳῷ ἀδανάτῳ ἔστιν, ἢ κῆ-
 ρος καὶ ἢ γέννησις. Ibid. p. 206.
 E. Hanc Platonis sententiam
 multi celebrarunt, veluti Clem.
 Al. Strom. II. p. 421. C. Theo-
 doret. Cur. Aff. p. 675. Iam-
 blich. Vit. Pyth. p. 179. et
 184. ed. Kiessl. Sed otium fe-
 cerunt Gataker. ad Antonin.
 VIII. 31. p. 249. a. B. Ku-
 ster. ad Iamb. Vit. Pyth.
 XVIII. p. 69 sqq. quos etiam
 Astius laudavit. Pro καταλεί-
 ποντι, quod libri habent, recte
 Steph. καταλείποντα, quod eti-
 am Bekkerus, Astius et re-
 centiores susceperunt. Kuste-
 rus ad Iamblich. l. c. c. 18. corr.
 καταλείπειν. Sed recte Kiess-
 lingius p. 179. καταλείποντα
 defendit, dativum καταλείποντι
 existimans deberi librario, qui
 hoc participium cum articulo
 τῷ infinitivo addito coniunxerit,
 quum pertinere ad παραδιδόναι.

P. 774. ἂν δ' ἄρα τις μὴ
 πείσθαι ἐκῶν,] Quod Plato
 eos, qui uxorem non duxerint,
 Plat. Opp. Vol. X. Sect II.

poena eaque admodum gravi
 afficiendos esse statuit, similia
 constat sanxisse Lycurgum. v.
 Plutarch. Vit. Lyc. c. 15.
 Osannus De coelibum apud ve-
 teres populos condicione. Gies-
 sae, 1827. 4. pag. 4 sqq. Cle-
 mens. Al. Strom. II. p. 423.
 A: ὁ δὲ γενναῖος Πλάτων καὶ
 τροφὴν γυναικὸς ἀποτινῆν εἰς
 τὸ δημόσιον κελεύει τὸν μὴ γή-
 ματια καὶ τὰς καθηκούσας δα-
 πάνας ἀποδιδόναι τοῖς ἄρχουσιν·
 εἰ γὰρ μὴ γήματες οὐ παιδο-
 ποιήσουσι, καὶ καταλύσουσι τὰς
 τε πόλεις καὶ τὸν κόσμον τὸν ἐκ
 τούτων, τὸ δὲ τοιοῦτον ἀσεβές,
 θεῶν γένεσιν καταλύόντων.

B. εἰς μὲν οὖν χρήματα]
 quod igitur ad opes atti-
 net. Opponitur deinde τιμῆς
 δὲ. De eis sic usurpato conf.
 Lysid. p. 210. A: εἰς μὲν ταῦ-
 τα, ἂ ἂν φρόνιμα γενόμεθα,
 πάντες ἡμῖν ἐπιτρέψουσιν, κ. τ.
 λ. ibique ann. Reisig. ad Oed.
 Col. exeg. 796.

τιμῆς δὲ παρὰ τῶν νεω-
 τέρων —] Haec quoque ad

νέων· ἐὰν δὲ κολάζειν τινὰ ἐπιχειρῇ, πᾶς τῶ ἀδι-
 C κουμένῳ βοηθεῖτω καὶ ἀμυνέτω, μὴ βοηθῶν δὲ ὁ
 παραγενομένος δειλὸς τε ἅμα καὶ κακὸς ὑπὸ τοῦ
 νόμου πολίτης εἶναι λεγέσθω. Περὶ δὲ προικὸς εἴ-
 ρηται μὲν καὶ πρότερον, εἰρήσθω δὲ πάλιν, ὡς ἴσα
 ἀντὶ ἴσων ἔστι τῶ μῆτε λαμβάνοντι μῆτ' ἐκδιδόντι

C. εἰρήσθω δὲ πάλιν] καὶ ante πάλιν interponunt h. d.
 διδάσκειν τοὺς πένητας] γηράσκειν A. E. Q. f. a. c. d.
 o. x. et marg. h., quod receperunt Bekkerus, Schneiderus et Tu-
 ricenses. Sed recte διδάσκειν scribitur, quod teste Bastio etiam
 in marg. Vat. Q. sicuti in marg. Florentinorum omnium adscri-
 ptum legitur. v. enarrat. A. Q. v. f. Flor. a. c. o. τὸ μῆτε pro
 τῶ μῆτε.

Lycurgi instituta attemperata
 esse, ex Plutarchi l. c. constat.
 De τιμῆς ἀτίμος conf. p. 810.
 A: ἀτίμος τῶν παιδεῶν τιμῶν.
 Thucyd. III. 58: ἀτίμονος γε-
 ρῶν.

C. Περὶ δὲ προικὸς εἴ-
 ρηται —] V. Libr. V. p. 742.
 C. De re ipsa exposuit C. Fr.
 Hermann. De vestigiis insti-
 tuti. p. 24. qui praeclare do-
 cuit, etiam a Lycurgo dotes fu-
 isse prohibitas, ne res familia-
 ris immodice augetur mulie-
 resve imperiosae et contumaces
 adversus maritos fierent, lau-
 dans in hanc rem Hermippum
 ap. Athen. XIII. 2. Aelian.
 Varr. Hist. VI. 6. et Iustin.
 III. 3. qui similes rationes af-
 fert: ut uxores eligerentur,
 non pecuniae, severiusque ma-
 trimonia sua viri coëcerent,
 quum nullis frenis tenerentur.

εἰρήσθω δὲ πάλιν — δι-
 δάσκειν τοὺς πένητας] Haec
 verba dici non potest quantum
 molestiae viris doctis creaverint.
 Quod iam antiquitus ita factum
 esse, iure videtur exinde colligere,
 quod pro διδάσκειν fuerunt qui
 vel in optimis codd. invehent
 γηρά-
 σκειν, quae lectio praeter Bas.

δια χρημάτων ἀπορίαν, διδάσκειν τοὺς πένητας· τα-
 γὰρ ἀναγκαῖα ὑπάρχοντά ἐστι πᾶσι τῶν ἐν ταύτῃ
 τῇ πόλει, ὕβρις δὲ ἥττον γυναιξὶ καὶ δουλεία τα-
 πεινὴ καὶ ἀνελεύθερος διὰ χρήματα τοῖς γήμασι γί- D
 γνοῖτ' ἄν. καὶ ὁ μὲν πειθόμενος ἐν τῶν καλῶν δροῶν
 τοῦτ' ἄν· ὁ δὲ μὴ πειθόμενος ἢ διδοὺς ἢ λαμβά-

ὑβρις δὲ ἥττον] Ald. Lov. Bass. 1. 2. codd. A. Q. E. v.
 f. h. r. scriptum exhibent ἥττον, quod Bekkerus quoque et Turicenses
 amplexi sunt. Stephanus dedit ἥττον.

D. ὁ δὲ μὴ πειθόμενος ἢ διδοὺς] Male vulg. ante ἢ δι-
 δοὺς interponitur ἀλλ', quod cum A. Q. v. f. h. r. a. c. o. d.
 omisimus, v. enarrat.

aptum esse ex atgresso εἰρή-
 σθω δὲ πάλιν, ita quidem, ut
 notio verbi εἶν ipsi adhaereat,
 quae inest in εἰρήσθω, quod iu-
 bendi vim et significationem
 adiunctam habet. Exposuimus
 de hoc genere loquendi ad Phae-
 don. p. 95. B. et Protagor. p.
 346. B. ubi etiam Heindor-
 fiius de eo consulendus est.
 Adde Hermann. ad Viger. p.
 733. ann. 158. Hanc vero pu-
 sillam rem ubi diligenter tenuer-
 imus, protenus apparebit, opi-
 nor, sententiam verborum esse
 hanc: De dote et antea dic-
 tum est, et iterum nunc
 dicatur, pauperes edoce-
 ri oportere, aequalia pro
 aequalibus habere, qui
 omnino nec det nec acci-
 piat dotem, propterea,
 quod isto modo omnibus
 sit pecuniarum penuria.
 Nam necessariae quidem
 res omnibus suppetunt in
 hac civitate. Atque ita
 per pecunias et in mulie-
 ribus minor petulantia
 existet et maritis minor
 servitutis humilitas ob-
 tinget. De postrema senten-
 tia Euripides in Fragm.
 Phaeth.: ἡλεῦθερος δ' ἄν, δου-
 λός ἐστι τοῦ λέχου, Περικλέ-
 νων τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

quae apte comparat Astius.
 Praeterea Wytttenbach. l. c.
 confert Plant. Asinar. I. 1.
 74. Argentum accipi; dote
 imperium vendidi. Aulul.
 III. 5, 60. Nam quae indota-
 tata est, ea in potestate
 est viri; Dotatae mactant
 et malo et damno viros.
 Silium Bassum ap. Senec.
 Controv. I. 6: Omnes uxores
 divites servitutem
 exigunt. Crede mihi, vol-
 let in suis regnare divitiis,
 et Arellium Fuscum ibid.
 Insolens malum est beata
 uxor. Cum immensum
 pondus auri orba attulerit,
 cum pecunia arcas
 nostras oneraverit, quid
 aliud, quam beate servie-
 mus? Praeterea legas Bek-
 kerum Charicl. Vol. II. p. 455.

D. ὁ δὲ μὴ πειθόμενος
 ἢ διδοὺς ἢ λαμβάνων] Verba
 ἢ διδοὺς ἢ λαμβάνων — μναίν
 praegressum πειθόμενος expli-
 cant, v. ad Euthyphr. p. 4. C.
 Gorg. p. 479. D. Hoc qui non
 perspexerunt penitus, ante ἢ
 διδοὺς de suo ἀλλ' interposue-
 runt, quod cum Turicensibus
 extrusimus. Praeterea vero te-
 nendum ante ἢ διδοὺς ἢ λαμβά-
 νων intelligi oportere ὁ μὲν, de
 qua ellipsi v. ann. ad Protagor.

νων πλέον ἢ πενήκοντα ἄξια δραχμῶν ἐσθῆτος χάριν, ὁ δὲ μνᾶς, ὁ δὲ τριῶν ἡμιμναίων, ὁ δὲ δυεῖν μναῖν, ὁ τὸ μέγιστον τίμημα κεκτημένος ὀφειλέτω μὲν τῷ δημοσίῳ τοσοῦτον ἕτερον, τὸ δὲ δοθὲν ἢ ληφθὲν ἱερὸν ἔστω τῆς Ἡρας τε καὶ τοῦ Διός, πραττόντων δὲ οἱ ταμίαι τούτων τοῖν θεοῖν, καθάπερ

E ἐρρήθη τῶν μὴ γαμουμένων περὶ τοὺς ταμίαις ἐκπράττειν ἐκάστοτε τοὺς τῆς Ἡρας ἢ παρ' αὐτῶν ἐκάστοτους τὴν ζημίαν ἐκτινεῖν. Ἐγγύην δὲ εἶναι κυρίαν πατρὸς μὲν πρῶτον, δευτέραν πάππου, τρίτην δὲ

ὁ δὲ μνᾶς, ὁ δὲ τρι.] Male vulgo ὁ μὲν μνᾶς, quod ex A. E. Q. v. f. h. r. a. e. o. δ. emendavimus. De universo loco plura in enarrat.

δυεῖν μναῖν] Sic A. r. a. et pr. Q. pro vulg. δυοῖν μν.

p. 330. A. Quod qui non habuere cognitum, ii pessimo consilio deinceps pro ὁ δὲ μνᾶς, quod praestantissimi quique tuentur libri, de suo scripserunt ὁ μὲν μνᾶς. At nimirum istud δὲ ob suppressum ὁ μὲν inferitur profecto rectissime. Atque his ita restitutis et commate ante ὀφειλέτω praeterea sublato, videmur locum prorsus in integrum restituisse, ad quem intelligendum Astius putabat Oedipo coniectore opus esse. Nimirum hic adeo in verba Platonis grassatus est, ut ista: ἐσθῆτος χάριν—ὁ δὲ δυεῖν μναῖν, pro spuris habuerit ideoque uncinis a reliqua oratione separaverit. Est autem universi loci sententia haec: qui vero non paret, ita ut aut det vel accipiat vestimenti gratia, quod pretium quinquaginta drachmarum exsuperet, aut quod minam excedat, aut quod tribus minae dimidiis aut duabus minis plus sit, is, quum maximum habet census, aerario publico solvito alterum tantum (et

ceteri similiter pro bonorum suorum ratione; hoc enim sponte intelligitur); datum vero vel sumptum Iunoni et Iovi sacrum esto. Etenim Plato videtur in his ob oculos habuisse legem Solonis, de qua Hermannus Antiquitat. Gr. §. 122. 2., qua ornatus tantum sponsae, non dotis magnitudo restringebatur. Legitur illa Plutarch. Sol. c. 20: τῶν δ' ἄλλων γάμων ἀφείλε τὰς φερνάς, ἐμάτια τρία καὶ σκεῦη μικροῦ νομισματός ἄξια κελύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν ἐπιφέρεισθαι τὴν γαμουμένην. Itaque et ipse sanxit quasi terminos quosdam, ultra quos hac in re progredi non liceret. Tractavit hunc locum etiam Winckelmannus ad Plutarch. Amator. p. 172. non tamen addita eius interpretatione. Etenim probat ille quoque librorum scripturam ὁ δὲ μνᾶς; tum vero distinctionem post δυεῖν μναῖν removeri iubet, de quo cum ipso dissentimus; denique post δημοσίῳ ex cod. Voss., ut ait, interponit ἕκαστος, in quo falsus est vir doctissimus. Nam codex ille,

ἀδελφῶν ὀμοπατρίων· ἐὰν δὲ μηδὲ εἰς ἢ τούτων, τὴν πρὸς μητρὸς μετὰ τοῦτο εἶναι κυρίαν ὡσαύτως· ἐὰν δ' ἄρα τύχη τις ἀθήνης συμβαίῃ, τοὺς ἐγγύτατα γένους αἰεὶ κυρίους εἶναι μετὰ τῶν ἐπιτρόπων. Ὅσα δὲ προτέλεια γάμων ἢ τις ἄλλη περὶ τὰ τοιαῦτα ἱερουργία μελλόντων ἢ γιγνομένων ἢ γεγονότων προσήκουσα ἐστὶ τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς ἐρωτῶντα χρὴ καὶ πειθόμενον ἐκείνοις ἕκαστον ἠγεῖσθαι πάντα ἑαυτῷ μετρίως γίνεσθαι. Cap. XVIII. Περὶ δὲ τῶν ἐστιάσεων, φίλους μὲν χρὴ καὶ φίλας μὴ πλείους

τῷ δημοσίῳ] Ad haec marg. Q. h. a. e. o. δ. ann. Lit. Sed Par. A. et Voss. x. ὀφίλσει ὀφειλέτω μὲν τῷ Lit. Quod ortum ex διαιτογραφία. Nam marg. Par. A. ὀφειλέτω superscripto ὀφίλσει.

E. πατρὶς μὲν πρῶτον] Steph. coni. πρώτην, probante Astio.

Heusdio quidem teste, istud ἕκαστος prorsus ignorat, atque in proximis demum pro ἐκπράττειν ἐκάστοτε scriptum exhibitum ἐκπράττειν ἕκαστος τε.

E. καθάπερ ἐρρήθη—τοὺς ταμίαις ἐκπράττειν] V. supra p. 774. B. ubi item post simplex πράττειν inferitur ἐκπράττειν. Nempe alterum rem designat accuratus; proprie enim ponitur in multa exigenda, quemadmodum ἐκπράττειν dicuntur, qui exigunt vectigalia et tributa in aerarium conferenda. Utrumque πράττειν complectitur.

ἢ παρ' αὐτῶν—ἐκτινεῖν] aut de suo poenam solvunt. Nam infinitivus, etsi continuo post πραττόντων imperativum inferitur, tamen huius ipsius vim et potestatem exercet.

Ἐγγύην δὲ εἶναι—] Haec quoque cum institutis Soloniis comparat Hermann. De iure domestic. et familiar. apud Platon. in Legg. p. 9. ubi verissime docuit, Platonem idem fere sanxisse quod sancitum fuit lege Attica apud Demosth. adv. Stephan. II. p. 1134. nisi quod

matrem maternosque cognatos adiungendo sexus muliebris aequalitatem quodammodo vindicaverit. Platonem enim constat feminarum fortunam, quantum quidem fieri posset, voluisse eandem efficere, quae esset sexus virilis. v. Legg. VII. p. 794 sqq. De Atheniensibus v. etiam Hermann. Lehrbuch der Griech. Alterthümer §. 119. et quos ille ann. 6. et 7. laudavit, atque Wachsmuth. Hellen. Alterth. Vol. II. P. I. p. 206. ed. 1. Pro πρῶτον Stephanus mavult πρώτην, probante Astio.

ὄσα δὲ προτέλεια γάμων—] Timaens Gloss. p. 224: προτέλεια· αἱ πρὸ τῶν γάμων τελούμεναι θυσίαι καὶ δωρεαί. ubi v. Ruhnken. Adde Valles. ad Harpocrat. p. 164. = 380. ed. Lips. et intrp. Pol-luc. On. III. §. 38. Deinde scripserim: ἢ εἴ τις ἄλλη περὶ τὰ τ.

Cap. XVIII. P. 775. Περὶ δὲ τῶν ἐστιάσεων] Quod vero ad epulas attinet, ut vulgari loquendi formula utamur; vel: De epulis vero.

πέντε εκατέρων συγκαλῆν, συγγενῶν δὲ καὶ οἰκείων ὡσαύτως τοσοῦτους ἄλλους ἐκατέρων· ἀνάλωμα δὲ μὴ γίγνεσθαι πλέον ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν μηδενί, τῷ μὲν εἰς χρήματα μεγίστω μᾶν, τῷ δ' ἡμῖσι τοῦ B τοσοῦτου, τῷ δ' ἐφεξῆς οὕτω, καθάπερ ὑποβέβηκεν ἐκάστῳ τὸ τίμημα. καὶ τὸν μὲν πειθόμενον τῷ νόμῳ ἐπαινεῖν χρὴ πάντας, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα κολαζόντων οἱ νομοφύλακες ὡς ἀπειροκάλον τε ὄντα καὶ ἀπαιδευτον τῶν περὶ τὰς νυμφικὰς Μούσας νόμων. πίνειν δὲ εἰς μέθην οὔτε ἄλλοθι που πρέπει, πλὴν ἐν ταῖς τοῦ τὸν οἶνον δόντος θεοῦ ἑορταῖς, οὐδ' ἀσφαλές, οὔτ' οὖν δὴ περὶ γάμους ἐσπουδα-

Cap. XVIII. P. 775. B. πίνειν δὲ εἰς μέθην] Laudat Athen. X. 39. T. IV. p. 80 sq. ed. Schw. ubi post οὐν deest δὴ. οὐδ' ἀσφαλές.] Libri οὐτ'. Vitium sustulit Bekker. v. enarr. Dein οὐτ' οὐν δεῖ coni. Wagner.

Ponitur enim in talibus *περὶ*, ut Lat. De, absolute, hoc est sic, ut constructio non cum verbo apte cohaereat. Qui usus loquendi viros doctos passim fecellit. v. quae scripsimus ad Euthydem. p. 289. C. ad Phaedr. p. 231. D. p. 250. C. et ad Remp. VII. p. 538. De lege ipsa comparant Athen. VI. 46. qui similia de rebus publicis quibusdam memoriae prodidit. v. etiam Schweighaeuser. T. I. p. 60.

ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν] quam pro ratione rei familiaris.

B. καθάπερ ὑποβέβηκεν —] prouti census cuiusque decrescit s. inferior est.

πίνειν δ' εἰς μέθην] ad ebrietatem usque. „Laudat Athen. X. 39. conf. Aristox. ap. Stob. Serm. XCIX. p. 543. 4. Euseb. Praep. Ev. III. p. 83. D. Iamblich. De Vita Pythag. XXXI. (p. 426. ed. Kiessl.). Similia praecipit Pseudo-Plutarch. De pue-

ror. educ. c. 3. „Astius. De moribus Graecorum hoc in genere legisse iuvabit Becker. Charicl. Vol. II. p. 279. De concessio in Dionysiis largiore vini usu v. Legg. I. p. 645. D. E. II. p. 671. A sqq.

οὐδ' ἀσφαλές, οὔτ' οὐν δὴ περὶ γ.] Libri omnes: οὐτ' ἀσφαλές, quod primus correxit Bekkerus. Enimvero opponuntur inter se οὐτε ἄλλοθι et οὐτε περὶ γάμους. Itaque istud οὐδ' ἀσφαλές connectendum fuit cum antegresso οὐτε ἄλλοθι πρέπει, ideoque pro οὐτ' refingendum οὐδ' hoc sensu: nec alibi decet aut tutum est, nec vero eum, qui nuptiis studeat. Res satis, opinor, aperta.

C. ἅμα δὲ καὶ τὸ γεννώμενον ὅπως ὁ τι μ.] Habes hic synesin rariorem. Nam istud ὅπως — γίγνηται, nihil habet unde pendeat, nisi ex praegresso μεταλλάττοντας aliquid verbum intellexeris, ex quo haec apta sint et suspensa. veluti

κότα, ἐν οἷς ἐμφορὰ μάλιστα εἶναι πρέπει νύμφην καὶ νυμφίον μεταβολὴν οὐ σμικρὰν βίου μεταλλάτ- C τοντας, ἅμα δὲ καὶ τὸ γεννώμενον ὅπως ὁ τι μάλιστα ἐξ ἐμφορῶν αἰεὶ γίγνηται· σχεδὸν γὰρ ἀδηλον, ὅποια νύξ ἢ γῆ αὐτὸ γεννήσει μετὰ θεοῦ. καὶ πρὸς τοῦτοις δεῖ μὴ τῶν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης γίγνεσθαι τὴν παιδουργίαν, ἀλλ' εὐπαγές ἀπλα- νές ἡσυχαιὸν τε ἐν μοίρᾳ ξυμπίπασθαι τὸ φρούμενον· ὁ δὲ διφρωμένος αὐτὸς τε φέρεται πάντῃ καὶ φέρεται, D λυτῶν κατὰ τε σῶμα καὶ ψυχὴν. σπείρειν οὖν παράφορος ἅμα καὶ κακὸς ὁ μεθύων, ὡστ' ἀνώματα καὶ ἄπιστα καὶ οὐδὲν ἐνθύπορον ἤθος οὐδὲ σῶμα

C. ὁ δὲ διφρωμένος] Sic A. et pr. Ω. cum v. n. c. d. Legebatur olim διφρωμένος.
D. καὶ ἄπιστα —] Ald. Lov. Bass. 1. 2. pro καὶ habent μέν.

σπονδάζοντες. Res certe mentione non indigna.
καὶ πρὸς τοῦτοις δεῖ μὴ τῶν σωμάτων] Quod Plato παιδουργίαν pro παιδοποιίαν dixit, notarunt hoc Pollux On. III. 14. et Tim. Gloss. p. 203. Nec vero res mirabilis, quandoquidem etiam ἔργον ἔρωτος, ἔργα Ἀφροδίτης, al. frequentatur. Similiter Aeschyl. Agam. v. 1178: καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἡλθέτην ὁμοῦ. conf. Suppl. v. 1035. Theocrit. Ep. 4: δυναιτὸν Κύπριδος ἔργα τελείν. Ovid. Heroid. XV. 45. omni- que a parte placebam; sed tum praecipue, quum sit amoris opus. v. Iacobs ad Antholog. Gr. Vol. VII. p. 194 sq. Villoison. ad Long. p. 180. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Agam. l. c. Bast. Epist. Crit. p. 149 sq. — τῶν σωμάτων διακεχυμένων, nam ebrietate corpus quasi diffunditur eoque ipso amittit firmitatem, constantiam et aequabilitatem nativam; quo efficitur, ut nec τὸ φρούμενον existat

εὐπαγές, firmum ac bene compositum, ἀπλανές, stabile, et ἡσυχαιὸν, quietum et aequabile. — ἐν μοίρᾳ, ut par est, ut decet, i. q. κατὰ μοίραν.
D. σπείρειν οὖν παράφορος ἅμα] Ne haec quidem satis intellecta sunt, id quod vel Astii docet explicatio, quam confutare nunc non attinet. Satis erit paucis monuisse, consecutionem verborum esse hanc: ὁ μεθύων οὖν (τοῦ) παράφορος ἅμα καὶ κακὸς σπείρειν (ὡστ' ἐσπείρειν). De voc. παράφορος, quod designat eum, qui transversus abripitur, v. Gataker. ad Antonin. I. 15. p. 26. et Baehr. in Creuzeri Meletem. Critt. III. p. 5 sqq. ad Plutarch. Alcibiad. p. 213. Pro καὶ ἄπιστα Faehsius Syll. Lectt. p. 386. legi volebat ἄπισα. Quem bene refutavit Astius, qui monet verissime, multo gravius esse ἄπιστα, h. e. quibus non fidentium propter mentis et corporis mutabilitatem

ἐκ τῶν εἰκότων γεννῆ ποι' ἄν. διὸ μᾶλλον μὲν ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν καὶ βίον χρῆ, μάλιστα δὲ ὅποσον ἄν γεννᾷ χρόνον, εὐλαβεῖσθαι καὶ μὴ πράττειν μήτε ὅσα νοσῶδη ἐκόντα εἶναι μήτε ὅσα ὕβρειως ἢ ἀδικίας ἐχόμενα· εἰς γὰρ τὰς τῶν γεννωμένων ψυχὰς καὶ σώματα ἀναγκαῖον ἐξομορρύνμενον ἐκτυποῦσθαι καὶ
 E τίττειν πάντη φανλότερα· διαφερόντως δὲ ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ νύκτα ἀπέχεσθαι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα· ἀρχὴ γὰρ καὶ θεὸς ἐν ἀνθρώποις ἰδρυμένη
 1) σώζει πάντα, τιμῆς ἐὰν τῆς προσηκούσης αὐτῇ παρ' ἐκάστου τῶν χρωμένων λαγχάνη. Νομίσαντα δ' εἶναι χρῆ τὸν γαμοῦντα ταῖν οικίαιν ταῖν ἐν τῷ κλήρω
 776 τὴν ἐτέραν οἶον νεοτῶν ἐγγέννησιν καὶ τροφήν, χω-

ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν] τὸν articulum, olim absentem, revocavimus ex A. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x.
 ὕβρειως ἢ ἀδικίας ἐχόμενα] Pro ἢ Vat. r. καὶ.
 P. 776. ἐγγέννησιν καὶ τροφήν] Sic A. teste Bastio et

et inconstantiam. Opponitur εὐθύπορον, quod, eodem interprete, est: recto tramite procedens, ideoque rectum ac tutum. — ἐκ τῶν εἰκότων i. q. εἰκότως, pervulgata loquendi consuetudine.

ὅποσον ἄν γεννᾷ χρόνον] Int. τις, quod inest in infinitivo aliunde pendente, εὐλαβεῖσθαι. Genus loquendi ad Apol. p. 29. A. Symp. p. 187. C. et alibi attigimus. — ἐκόντα εἶναι, pertinet item ad εὐλαβεῖσθαι, in quo continetur notio pronominis indefiniti τινά. De ἐκόν εἶναι, quantum quidem a voluntate pendeat, v. Hermann. ad Viger. p. 888. — ὕβρειως ἢ ἀδικίας ἐχόμενα, cum lubricitate et iniustitia coniuncta, i. e. ea laborantia. Genus loquendi crebrius est, quam ut aliorum locorum comparatione illustrandum videatur.

ἀναγκαῖον ἐξομορρύνμενον] Ad ἐξομορρύνμενον in-

τοῦτ' οὖν ἐπαναλαβεῖν —] Hoc igitur retractare et corrigere omniaque studia mulieribus pariter atque viris communiter constituere ad civitatis felicitatem conducit. Formulam: ἄμεινόν ἐστιν et βελτίον ἐστιν ad Criton. p. 54. B. Phaed. p. 72. D. et p. 98. E. illustravimus. Ceterum de consilio Platonis, quo mulieres a deteriore, qua utebantur, vitae conditione aliquando liberare et ex otii privati tenebris in reipublicae lucem traducere studuit, praeclare exposuerunt Morgensternius Commentatt. De Platonis Republ. p. 219 sqq. et De Geerius Diatr. in Politicis Platon. principia p. 179 sqq. Cum hoc loco contendas etiam Legg. VII. p. 802. E. 804. E sqq. 806. A, C.

Reip. V. p. 451 sqq. Addimus illa Aristot. Pol. II. c. 9. p. 438. B: ἐν ὄσῳ πολιτείας φανῶς ἔχει τὸ περὶ τὰς γυναῖκας, τὸ ἡμῖσι τῆς πόλεως εἶναι δεῖ νομίζειν ἀνομοθέτητον. et Rhetor. I. 5. p. 67. ed. Bip. ubi propemodum eadem habentur. Ceterum legisse iuvabit Bekkerum Charicl. Vol. II. p. 419.

νῦν δὲ οὕτως ἦται —] nunc vero hac rerum conditione, s. in praesenti rerum statu. Dein iungas ὥστε τοῦν ἔχοντός (ἐστίν) οὐδὲ μνησθῆναι περὶ αὐτοῦ κ. τ. λ. ut prudentis sit ne mentionem quidem rei facere.

C. πόθεν δὴ τις γε — θεωρεῖσθαι;] Quomodo igitur aliquis non ridicule (sine hominum risu) conabitur mulieres cogere ad ciborum et potorum consumptionem, ita quidem, ut ea manifesta sit possitque publice spectari ab omnibus? De πόθεν, quod pollet vi negandi, v. ann. ad Symp. p. 172. C. Verba φανερὰν θεωρεῖσθαι interpretamur: ὥστε φανερὰν εἶναι θεωρεῖσθαι, ut ad spectandum sit aperta atque in pro-

τις γε ἔργω μὴ καταγελάστως ἐπιχειρήσει γυναῖκας
προσβιάζεσθαι τὴν σίτων καὶ ποτῶν ἀνάλωσιν φα-
νεραν θεωρεῖσθαι: τοῦτου γὰρ οὐκ ἔστιν ὁ τι χα-
λεπώτερον ἂν ὑπομείνεις τοῦτο τὸ γένος· εἰθισμένον
γὰρ δεδυκὸς καὶ σκοτεινὸν ζῆν, ἀγόμενον δ' εἰς φῶς
βία πᾶσαν ἀντίτασιν ἀντιτεῖνον πολὺ κρατήσῃ τοῦ
D νομοθέτου. τοῦτ' οὖν ἄλλοθι μὲν, ἢ περ εἶπον, οὐδ'
ἂν τὸν λόγον ὑπομείνεις τὸν ὀρθὸν δηθέντα ἄνευ
πάσης βοῆς, ἐνθάδε δὲ ἴσως ἂν. εἰ δὲ δοκεῖ λόγου
γ' ἕνεκα μὴ ἀτυχῆ τὸν περὶ πάσης τῆς πολιτείας
γενέσθαι λόγον, ἐθέλω λέγειν ὡς ἀγαθὸν ἔστι καὶ
πρέπον, εἰ καὶ σφῶν ξυνδοκεῖ ἀκούειν· εἰ δὲ μή, ἔαν.

K.A. Ἄλλ', ὦ ξένη, θαυμαστῶς τὸ γε ἀκούσαι
νῶν πάντως που ξυνδοκεῖ.

Cap. XXII. AΘ. Ἀκούομεν δὴ θαυμάσητε

C. δεδυκὸς καὶ σκοτεινὸν ζ.] V. δεδοικὸς. Correximus
cum Bekkero ex Par. A. unde tamen Bastius nihil enotavit.

patulo posita. Quam ratio-
nem ipsa verborum collocatio
suadet. Astius post θεωρεῖσθαι
excidisse putabat ποιείσθαι,
coniectura inani prorsus ac su-
pervacanea.

εἰθισμένον γὰρ δεδυκὸς
— νομοθέτου] nam quum
soleat in occulto atque
tenebris vitam degere ctr.
Pro δεδυκὸς vulgo scribebatur
δεδοικὸς. Rep. IX. p. 579. B.
de tyranno: καταδεδικῶς δὲ ἐν
τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῆ.
unde Stephanus hoc loco κα-
ταδεδικῶς legendum coniciebat.
In proximis Astius δ' post
ἀγόμενον exterminari iubet. Sed
non est opus mutatione. Co-
haerent enim haec cum ante-
gressis hunc in modum: quum-
que vi in lucem protractum
omnibus opibus re-
luctetur, ctr.

ἄλλοθι μὲν, ἢ περ εἶπον.]
Vulgo ἢ περ scribebatur. Codd.
plerique οἴπερ. Inde Bekke-

rus refinxit ὅπερ εἶπον. Sed
ὅπερ εἶπον verum esse non pu-
tamus. Debebat enim dici po-
tius: ὅπερ λέγω, wie gesagt,
quae formula addi solet, ubi ad
sententiam aliquam iam antea
tractatam respicitur. v. Apol. p.
21. A. 17. C. Phaed. p. 58. A. C.
Protag. p. 316. D. E. Symp.
177. E. 178. A. 186. E. 192.
E. al. Itaque corrigendum οἴ-
περ εἶπον, quorsum perducit,
quod libri mss. habent οἴπερ.
Opponitur: ἐνθάδε δὲ ἴσως ἂν,
videlicet ibi, ubi iam institu-
ta sunt syssitia.

D. λόγον γ' ἕνεκα μὴ
ἀτυχῆ] Quodsi videtur
dicis certe caussa non
frustra susceptam esse
hanc de universa civitate
disputationem, exponere
etiam volo, quam illud
sit bonum aptumque in-
stitutum, si vobis quoque
placet audire; sin minus,
malo (ἐθέλω) rem missam
facere. Haec non intellexe-

δὲ μηδὲν, ἐὰν ὑμῖν ἀνωθέν ποθεν ἐπιχειρεῖν δόξῃ·
σχολῆς γὰρ ἀπολαύομεν καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἔστι τὸ κα- E
τεπεῖγον τὸ μὴ πάντῃ πάντως σκοπεῖν τὰ περὶ τοῦς
νόμους.

K.A. Ὅρθῶς εἰρηκας.

AΘ. Πάλιν τοίνυν ἐπὶ τὰ πρῶτα ἐπαναχωρή-
σωμεν λεχθέντα. εὐ γὰρ δὴ τὸ γε τοσοῦτον χορῆ
πάντ' ἀνδρα ξυνοοῖν, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων γενεαίς
ἢ τὸ παράπαν ἀρχὴν οὐδεμίαν εἰληγεν οὐδ' ἔξει ποτέ 782
γε τελευτήν, ἀλλ' ἦν τε αἰεὶ καὶ ἔσται πάντως, ἢ
μῆκος τι τῆς ἀρχῆς, ἀφ' οὗ γέγονεν, ἀμῆχανον ἂν
χρόνον ὅσον γενοῦς ἂν εἴη.

K.A. Τί μὲν;

AΘ. Τί οὖν; πόλεων συστάσεις καὶ γθοράς,
καὶ ἐπιτηδεύματα παντοῖα τάξείας τε καὶ ἀταξίας,

ἄλλοθι μὲν, ἢ περ εἶπον.] A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x.
οἴπερ. Bekkerus: ὁ περ. Scribendum οἴπερ. v. enarr.

runt Fähsius Syll. p. 387. et
Astius, qui pro ἀτυχῆ legen-
dum censuerunt ἀτελή.

Cap. XXII. θαυμάσητε δὲ
μηδὲν —] Recte profecto Athe-
niensis excusat disputationis fu-
turae amplitudinem, quae adeo
per ambages deinceps ducitur,
ut quorsum denique sit evasura,
vix quisquam suspicari possit.
Nimirum est hic locus, qui
sequitur, profecto in iis nume-
randus, qui pro minus elaboratis
haberi debeant. Argumentum
eius supra retulimus, ubi
quae exposuimus, non inutiliter
comparabuntur.

E. τὸ μὴ πάντῃ πάντως
σκ.] Nos dicimus, auf iegli-
liche Art u. Weise, simili
certe orationis ubertate. v. in-
fra p. 801. A. Phaedr. p. 246.
A. Parm. p. 160. B. Interpo-
sito καὶ legitur πάντῃ καὶ πάν-
τως vel πάντως καὶ πάντῃ Reip.
VI. p. 490. A. Phileb. p. 60. C.
al. Talia nuper diligentius per-
scrutatus est Lobeckius Pa-

ralipom. I. p. 56 sqq. ubi ta-
men ommissa sunt qualia legun-
tur Legg. III. p. 681. D: οὕτω
καὶ ταύτῃ, quod recurrit etiam
Libr. IV. p. 714. D. et κατὰ
ταυτὰ καὶ ταύτῃ Libr. VI. p.
765. B. al.

ἐπὶ τὰ πρῶτα ἐπαναχω-
ρήσωμεν] Explicatum de his
est Libr. III. p. 676. A sqq.
Astii de verbis sequentibus sus-
piciones silentio transmisisse
invabit.

P. 782. Τί οὖν; πόλεων
συστάσεις —] Hunc quoque
locum meliore verborum inter-
punctione videmur a dubitatio-
nibus criticorum vindicavisse.
Nam istud: καὶ βρώσεως,
multos magnosque apud illos
excitavit dubitationum fluctus.
Ac primus quidem extitit Asti-
us, qui illud efficiendum puta-
ret aut potius in πλήρη com-
mutatum vellet. Quem sequen-
tus Orellius olim καὶ ἀγο-
διῶν iussit in eius locum sub-

καὶ βρώσεως καὶ πομάτων τε ἅμα καὶ βρωμάτων
ἐπιθυμήματα παντοδαπά, πάντως καὶ περὶ πᾶσαν
τὴν γῆν ἄρ' οὐκ οἴομεθα γεγονέναι, καὶ στροφᾶς
B ὡρῶν παντοίας, ἐν αἷς τὰ ζῶα μεταβαλλεῖν αὐτῶν
παμπληθεῖς μεταβολᾶς εἰκός;

ΚΑ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΑΘ. Τί οὖν; πιστεύομεν ἀμπέλους τε φανῆναι
πού ποτε, πρότερον οὐκ οὐσας; ὡς αὐτῶς δὲ καὶ ἐλάας
καὶ τὰ Διμήτρος τε καὶ Κόρης δῶρα, Τριπτόλεμόν

Cap. XXII. P. 782. καὶ βρώσεως —] Vat. r. pro καὶ ha-
bet τῆς. Dein vulgo erat πομάτων. Correximus ex Angel. v. et
Flor. a. De universo loco, qui multis modis a criticis tentatus
est, exposuimus in enarratione.

stitui, nuper autem in editione
Turicensi antetulit καὶ ἀβροσίτη-
τος. C. Fr. Hermannus porro
pro βρώσεως de suo edidit
ἡμερώσεως, relicta plane et con-
tentia librorum auctoritate. Wag-
nerus ἅμα δρωμάτων coniecit.
Quid alii senserint, narrare long-
um est, quandoquidem inter-
pretes omnes inde a Ficino us-
que haec nostra tempora varia
ac diversa inierunt consilia.
Nimirum pessime plerique omnes
καὶ βρώσεως iunxerunt cum an-
tegressis, quum tamen conne-
ctendum sit cum verbis conse-
quentibus: καὶ πομάτων — ἐπι-
θυμήματα. Itaque importunam
post καὶ βρώσεως distinctionem
tollere placuit, ceteris etiam
iusto modo descriptis. Quo
facto hunc putamus verborum
sensum existere: Quidigitur?
civitatium constitutiones
ac dissolutiones, varia
porro ordinis et pertur-
bationis studia, multipli-
ces esus et potentiorum
pariter atque ciborum cu-
piditates, nonne omnino
et tota terra extitisse
existimamus, et anni
tempestatum varias con-
versiones, in quibus con-

sentaneum est animantes
per multas subisse natu-
rae suae mutationes? Ni-
mirum βρώσεως universe prae-
mittitur, cui apte deinde subit-
citur rei accuratius definiendae
gratia καὶ πομάτων τε ἅμα καὶ
βρωμάτων, ita ut iam non tan-
tum de cibis sed etiam de po-
tulentis cogitandum esse appa-
reat. Et vindicant certe libro-
rum scripturam ab omni mala
suspicionem quae deinceps sect.
C. adduntur, quae miramur
profecto a criticis hac in re
plane neglecta esse.

B. καὶ τὰ Διμήτρος —
Διόκονος;] Haec Platonem
dedecere arbitratur Zellerus
Stud. Platonn. p. 91. utpote ni-
mis affectata. Nec tamen ea
ab horum librorum indole sunt
aliena.

C. Τὸ δὲ μὴν θύειν ἀν-
θρώπους —] Quod philoso-
phus ait etiam suis adhuc tem-
poribus homines tanquam victi-
mas diis mactatos esse, fiebat
id in Arcadia, ubi Iovi Lyaeo
hostias humanas sacrificatas esse
constat; v. De Rep. VIII. p. 565.
D. Pausan. VIII. 27. coll. ibid.
2. Augustin. De Civ. Dei

τὴν τινα τῶν τοιούτων γενέσθαι διάκονον; ἐν ᾧ δὲ
μηδὲ ταῦτα ἦν τῷ χρόνῳ, μῶν οὐκ οἴομεθα τὰ ζῶα,
καθάρπερ νῦν, ἐπὶ τὴν ἀλλήλων ἐδωδὴν τρέπεσθαι;

ΚΑ. Τί μὴν;

ΑΘ. Τὸ δὲ μὴν θύειν ἀνθρώπους ἀλλήλους C
ἔτι καὶ νῦν παραμένον ὀρώμεν πολλοῖς· καὶ τούτων-
τίον ἀκούομεν ἐν ἄλλοις, ὅτε οὐδὲ βοὸς ἐτολμῶμεν
γενέσθαι, θύματα τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέ-
λανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα

B. καὶ ἐλάας] Sic A. Ω. v. f. r. a. c. o. Vulgo erat
ἐλάας.

ἐν ᾧ δὲ μηδὲ ταῦτα ἦν] Pro μηδὲ A. Ω. v. f. h. r. a. δ.
o. μὴ scriptum exhibent. In Flor. c. et Ven. Z. deest δέ.

XVIII. 17. al. Böttiger in
Curt Sprengels Beytr. zur
Gesch. d. Med. T. I. P. II. n.
1. itemque apud Carthaginien-
ses, de quibus v. Plat. Min. p.
315. B. ibique ann. nostr.

καὶ τούτων τῶν ἀκούομεν
ἐν ἄλλοις] Istud ἐν ἄλλοις
cohaeret cum θύματα τε οὐκ
ἦν κ. τ. λ. Nam verba οὐδὲ
βοὸς ἐτολμῶμεν siquidem sunt
in corrupta, tanquam dia μέσον
interiecta sunt, ut ad verborum
structuram nihil valeant. Quam-
quam miramur utique importu-
num istud ἐτολμῶμεν, pro quo
vel proximum ἀπέχοντο flagitat
ἐτόλμων. Hoc igitur Platoni
reddendum. Pro ὅτι οὐδὲ β.
Astius de coniectura Step-
hani scripsit ὅτι οὐδὲ β. Perpe-
ram. Non meminerat vir opti-
mus illius loquendi consuetudi-
nis, ex qua post οἶδα, μένη-
μαι, ἀκήκωα, alia similia verba,
ὅτι, particula temporalis, quam
vocant, subiungi solet. v. Wyt-
tenbach. ad Select. Princip.
Histor. p. 366. Porson. ad
Eurip. Hecub. vers. 112. Ad-
dimus Arist. Nubb. v. 853:
οὐδ' ἔστι σοι τραυλοῦντι πε-
θόμενος ὅτ' ἐπριάμην σοι Δι-
όλοισ ἀμαξίδα. Eurip. Iphig.

Plat. Op. Vol. X. Sect. II.

Aul. v. 337: οἶσθ' ὅτι' ἐσπού-
δαζες ἀρχεῖν Λαυαῖδας πρὸς
Ἴλιον. Cicer. ad Div. VII. 28:
Memini quum desipere vi-
debaris. — Πέλανοι inter-
prete Timaeo Gloss. p. 210.
sunt πέματα ἐκ παιδείας καὶ
ἐλάου καὶ μέλιτος πεποιημένα
πρὸς θύσαν, ubi v. Rubinke-
nium doctissime de vocabuli
usu disputantem. Pausan. VIII.
2. καὶ ὅποσα ἔχει ψυχῆν, τού-
των μὲν ἤξιωσαν οὐδὲν θῆσαι,
πέματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ
βρωμοῦ καθήγησαν, ἃ πέλανους
καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθη-
ναῖοι. Quae apposuisse iuva-
bit, quo certius intelligatur,
hoc Platonis loco cur post καὶ
τοιαῦτα ἄλλα adiciatur ἄγνῳ,
cuius vocabuli accessione etiam
effectum est, ut θύματα ite-
raretur. Orellius posteriore
loco scribendum censet Θυμήματα
ex Timaeo p. 143. ubi haec
leguntur: Θυμήματα· θυμιά-
ματα. Ἐπειὰ δὲ ἐστὶ ταῦτα οὐ-
νω καὶ μέλιτι δεδευμένα. Et cre-
dibile est formam insolentem,
quae in Platone hodie nusquam
legitur, ab librariis in usitatio-
rem mutatam esse, praesertim
quum θύημα, θῆμα et θύωμα
non nisi forma differant. Certe

ἀλλὰ ἀγνὰ θύματα, σαρκῶν δ' ἀπέχοντο ὡς οὐχ ὄσιον ὄν ἐσθίειν οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βρωμοὺς αἵματι μιαίνειν, ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίω ἐγγίγοντο ἡμῶν τοῖς τότε, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τούναντιον πάντων ἀπεχόμενοι.

ΚΑ. Καὶ σφόδρα λεγόμενα ἄ γ' εἰρηκας, καὶ πιστεύεσθαι πιθανά.

ΑΘ. Πρὸς οὖν δὴ τί ταῦτα, εἶποι τις ἄν, ὑμῖν πάντ' ἐρρήθη τὰ νῦν;

ΚΑ. Ὀρθῶς ὑπέλαβες, ὦ ξένη.

ΑΘ. Καὶ τοίνυν, ἰαν δύνωμαι, τὰ τούτοις ἐξῆς, ὦ Κλεινία, πειράσομαι φράζειν.

D. Καὶ σφόδρα λεγόμενα ἄ γ' εἰρηκας] Pro γ' A. ε. Ω. v. f. h. r. a. c. d. o. cum Ald. Lovan. Bas. 1. τ' ita quidem, ut alii εἶ', alii εἰ' scriptum exhibeant. Quod ita probat Bek-

quidem Timaeus hic θύματα videtur in codd. suis scriptum reperisse.

σαρκῶν δ' ἀπέχοντο —] Carnibus animalium quod et inter epulas et in sacrificiis sese abstinerint, id Orphicorum ait vivendi rationem ac disciplinam quasi quandam retulisse. Nam Orphicos pariter atque Pythagoreos constat nec cruentis sacris usos esse et carniū quarundam esu abstinuisse. Audias de hac re Krischium De Societat. Pythag. p. 34. „Orphicorum, inquit ille, disciplina fuit mystica hominum religiosissimorum consociatio, qui terrenae vitae fragilitate contristati quum animi corporis vinculis quasi in servitutem redacti requiem et consolationem in Bacchi cultu ab Orpheo instituto et ab iis recepto invenirent, meliorem animi statum sancta, ascetica et ab omni animalium caede et esu remota vivendi ratione praeparare studebant. Hic est βλος ille Ὀρφικός, quem optime repraesent-

tant Euripides, Pythagorico — Orphicae magis quam genuinae Pythagorae scholae addictus, sub Hippolyti persona Hippolyt. v. 949 sqq. Pythagorei igitur quum coniungerent se cum illa secta, fieri aliter non potuit, quam ut idem vitae genus sequerentur. Haec Krischius. Quocum vereor, ut ii omnino facere possint aut velint, qui legerint Lobeckiana Aglaoph. I. 245 sqq. quibus id agitur, ut potius Orphicorum disciplinam ex Pythagoreorum ratione prodidisse demonstretur. Utcunque res est, illud quidem neutiquam dubium esse arbitramur, Ὀρφικοί βλοι quinam apud Platonem intelligendi sint. conf. Epin. p. 975. A. Aristoph. Rann. 1064. Karsten. ad Empedocl. p. 269. Ceterum de sacris antiquissimorum populorum incruentis v. etiam Porphyg. De Abstin. II. 27. Pausan. I. 26, 8. ubi iam a Cerope narratur Athenis quoque ita fuisse institutum, ut lovi placenta offerrentur; Macrobian. Saturn. I. 10. conf.

ΚΑ. Λέγοις ἄν.

ΑΘ. Ὀρθῶ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τριτῆς χρείας καὶ ἐπιθυμίας ἠρτημένα, δι' ὧν ἀρετὴ τε αὐτοῖς ἀγομένοις ὀρθῶς καὶ τούναντιον ἀποβαίνει κακῶς ἀχθεῖσι. ταῦτα δ' ἐστὶν ἐδωδὴ μὲν καὶ πόσις εὐδύς γενομένοις, ἣν περὶ ἅπασαν πᾶν ζῶον ἐμφυτον ἐρωτα ἔχον μεστὸν οἴστρου τ' ἐστὶ καὶ ἀνηκουστίας τοῦ λέγοντος ἄλλο τι δεῖν πράττειν πλὴν τὰς ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας τὰς περὶ ἅπαντα ταῦτα ἀποπληροῦντα λύπης τῆς ἀπάσης αἰεὶ [δεῖν] σφᾶς ἀπαλάττειν· τρίτη δὲ ἡμῖν καὶ μεγίστη χρεία καὶ ἐρως ὀξύτατος ὑστατος μὲν ὀρμάται, διαπυρωτάτος δὲ

kerus, ut ἄ delendum censeat. Schneiderus edidit: λεγόμενα τ' εἰρηκας. vid. infra. — ἀρετῆς τε Voss.

Πρὸς οὖν δὴ τί ταῦτα.] Steph. δὴ τι. male. Dein ταῦτα addidi ex Ω. v. f. h. r. a. c. o. Tum Voss. x. ἀρετῆς τε αὐτοῖς.

Creuzeri Symb. I. p. 172. ed. 3.

ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι — ἀπεχόμενοι] Frigidus admodum ac prope inficetus verborum lusus.

D. Καὶ σφόδρα λεγόμενα ἄ γ' εἰρηκας] Sic Steph. Codd. cum vet. editt. λεγόμενα εἰ' vel εἰ' εἰρηκας. Sub quo quid lateat, incertum. Bekkerus ἄ deleto τε servandum censeat, cui ad stipulatus Hermannus est. Winkelmanus λεγόμενα εἰ' coniectat. Malim λεγόμενα εἰ' εἰρηκας, i. e. τινά. Lectio Stephanii ubi servatur, ad λεγόμενα patet εἰ' intelligendum relinqui. Sed γ' istud post εἰ' insertum quam nunc vim habeat, nemo quisquam dixerit. Nam quod C. Schmidt Lectt. Platt. p. 7. illud per hyperbaton vult positum esse, eam rationem nemo probavit.

E. Ἐπαντα ταῦτα ἀποπληροῦντα] Expectabas ἀποπληροῦν, quum πᾶν ζῶον antecedat. Sed ponitur ἀποπληροῦντα per synesin post infinitivum

aliunde suspensum, ita ut τινά intelligi liceat, quod tamen re vera in ipsis verbis vi sua inest. — λύπης, quae ex potus et cibi desiderio exoritur. Dein δεῖν aut molestissime est iteratum aut ex αἰεὶ errore natum. Alterum etiam Astio fuit non veridissimile.

P. 783. τρίτη δὲ ἡμῖν καὶ μεγίστη —] In his χρεία est indigentia et ἐρως vehementior cupiditas, ut saepe. — ὑστατος — ὀρμάται, postremo prorumpit. — μανίας ἀπεργάζεται. Pluralis hic numerus nescio cur Zellerum male habuerit Stud. Platt. p. 87. Legg. IX. p. 869. A. μανίας ὀργῆς. Ibid. p. 881. B. μὴ μανίας ἐχόμενος. Theaet. p. 158. **D:** περὶ νόσων τε καὶ μανιών. **Politic.** p. 310. **D:** ἐξανθεῖν πάντας μανίας. **Phileb.** p. 36. **E:** οὐτ' ἐν μανίας οὐτ' ἐν παραφροσύναις. Eodem modo Latini furorē dicunt, ubi variae et multiplices designantur [status et conditiones, in quibus homines furorē obnoxii sunt.

τοὺς ἀνθρώπους μανίαις ἀπεργάζεται πάντως, ὁ περὶ τὴν τοῦ γένους σπορὰν ὕβρει πλείστη καόμενος, ἃ δὴ δεῖ τρία νοσήματα τρέποντα εἰς τὸ βέλτιστον παρὰ τὸ λεγόμενον ἥδιστον τριῶν μὲν τοῖς μεγίστοις πει-

P. 783. τρέποντα εἰς τὸ βέλτιστον] Sic A. E. Ω. v. f. x. cum Ald. Lov. Bass. 1. 2. pro quo Steph. scripsit τρέποντας, sine caussa idonea. Singularem numerum confirmat etiam quod habent h. r. a. c. δ. ο. πρόποντα.

B. σβεννύντων τὴν αὔξην] σβεννύντων A. E. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο. Vulgo σβεννύναι, quod cum aliis tenuit Schneider. Παιδῶν δὲ δὴ γένεσιν —] Totus hic locus usque ad p. 783. D. διακελεύει. A. Θ. καλῶς in A. Ω. r. notatur, quoniam in

ἃ δὴ δεῖ τρία νοσήματα] Primum τρέποντα dicit, quoniam infinitivus rursus adiunctam habet notionem pronominis τινά. Deinde vero transit ad pluralem numerum προσχωμένους. Neque id praeter usum et consuetudinem factum. Alia id genus notavimus supra ad p. 759. A. Frustra igitur Stephanus τρέποντας desiderabat. Pro παρὰ τὸ λεγόμενον ἥδιστον Astius de coniectura Stephani scripsit: παρὰ τοῦ λεγομένου ἥδιστον, sensu, ut ait, iubente. Sed recte habet accusativus. Censet enim tres illos humani generis morbos in optimum converti oportere sic, ut tanquam praeter id, quod vulgo dicatur, incundissimum, abigantur. Similiter locum intellexit etiam Bernhardt Syntax. p. 259. — Μοῦσαις καὶ ἀγωνοῖς θεοῖς, i. e. musica et gymnastica. Ἀγῶνιοι s. ἐναγῶνιοι θεοὶ sunt, qui praesunt exercitationibus et ludis gymniciis, Mercurius, Iupiter, Dioscuri. v. Spanhem. Hymn. in Lavacr. Pallad. 24. p. 634. Pro σβεννύντων vulgo erat σβεννύναι. Nimirum id debetur criticis, qui genitivum absolutum etiam post dativum inferri non meminissent, quod genus structurae in his ipsis libris non uno loco reperitur, velut L. VIII. p. 829.

D. X. 887. D. XII. p. 967. C. Illustravimus illud dudum ad Phileb. p. 44. C. ed. Goth. Vana est igitur coniectura Winkelmanii legendum putantis: θεοῖς, οἷς σβεννύντων κ. τ. λ.

B. Παιδῶν δὲ δὴ γένεσιν μετὰ τοὺς γάμους] Locus hic non aliam ab caussa negotium creavit interpretibus, quam quod non perspexerunt satis, quae esset eius cum antecessis connexio et cohaerentia. Nostra sententia disputatio sic progreditur: Sed ut revertamur tandem ad id, unde disputatio paullulum deflectit, post nuptias consentaneum est liberos primum gigni et procreari; ac deinde etiam educari et institui oportere. Haec vero nobis in disputatione nostra respicientibus non poterit fieri quin aliae atque aliae leges oboriantur, usque dum denique etiam ordine deinceps perveniamus ad convivium publicum. Quorsum ubi delati erimus, tum vero, re ipsa propius inspectata, melius utique, quam in praesenti, poterimus iudicare, num talis vivendi ratio solis

ῥᾶσθαι κατέχειν, φόβῳ καὶ νόμῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ, προσχωμένους μέντοι Μούσαις τε καὶ ἀγωνοῖσι θεοῖς, σβεννύντων τὴν αὔξην τε καὶ ἐπιρροήν. B Παιδῶν δὲ δὴ γένεσιν μετὰ τοὺς γάμους θῶμεν,

codd. non omnibus repertus fuerit. Nam adscriptum ibi in marg. est: ἐν τοῖς τῶν ἀντιγράφων φέρεται καὶ ταῦτα. Similiter in marg. Flor. δ. ἐν τοῖς τῶν ἀντιγράφων ταῦτα οὐ, φέρεται ἀπὸ τοῦ παλδων δὴ γένεσιν μέχρι τοῦ διακελεύει: καλῶς. Flor. a. marg. ἀπ' ὧδε ἐν τοῖς τῶν ἀντιγράφων φέρεται ταῦτα ἕως ὧδε. De eo quid iudicandum sit, infra disputavimus in enarratione. Ceterum δὲ post Παιδῶν additum ex Par. A. marg.

viris, an etiam mulieribus sit consentanea. Pariter etiam ea, quae legibus de hac re scribendis antecedere debent, suo quaeque loco constituentur et syssitiorum mulierum rationem veluti praeparabunt. Quocirca illic, quae hic exposuimus, meminisse iuvabit, imprimisque utile erit tenuisse, quod modo significavimus, tria esse maxime, quae in regenda morum disciplina respicienda sint, cibi desiderium, potus appetitum, et rerum venerarum cupiditatem. Etenim ex his rebus communium conviviorum, a viris pariter atque mulieribus celebratorum, elucescet utilitas et honestas. Verum enim vero mittamus nunc, quae de virorum et mulierum conviviis communibus dicenda sint; veniamus potius ad leges, quibus novi coniuges edoceantur, quo pacto liberos procreari oporteat. P. 783. A. — D. Haec est igitur, quantum possumus iudicare, in proximis disputationis progressio et cohaerentia. Qua patefacta, primum singulis verbis interpretationis

lucem admoveamus; deinde vero paucis videamus, quid de criticorum iudiciis existimari debeat. Itaque primum quidem teneri oportet, inde ab his verbis post longiorem digressionem rediri tandem ad superiora. Cuius rei indicium faciunt particulae δὲ δὴ. Solet enim δὲ et δὲ δὴ post longiorem orationis intercapedinem usurpari, sicuti significatur, orationis filium, antea intermissum, denuo resumi. v. Matthiae Gr. §. 616. 4. Eodem modo sed a Latinis usurpari constat. De τροφή καὶ παιδείᾳ coniuncto satis erit laudasse Crit. p. 45. E. 50. D. E. Legg. XI. p. 927. B. 926. E. Polit. p. 274. A. Reip. II. p. 376. D. Menex. p. 237. A. Alcib. I. p. 122. B. Nimirum alterum spectat potissimum ad externae vitae cultum et educationem, alterum ad disciplinam et animi eruditionem. Dein οὕτω est: hoc rerum ordine observato. Pro δὲ τε νόμος ἡμῶν ἕκαστος legendum fortasse δὲ γὰρ νόμος ἡμῶν ἕκαστος. Nam τε istud quorsum pertinet aut quomodo explicandum sit, vix quisquam dixerit. Nisi forte ex anacolutho habet defensionem. De quo postea dicetur. Verba: περὶ τοῦτο εἰς τοῦμπροσθεν ἐπιένουστια, hoc significant: una-

καὶ μετὰ γένεσιν τροφήν καὶ παιδείαν. καὶ τάχ' ἂν οὕτω προϊόντων τῶν λόγων ὁ τε νόμος ἡμῖν ἕκαστος περαινέτο εἰς τοῦμπροσθεν ἐπὶ ξυσσίτια, ἵνα καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὰς τοιαύτας κοινωνίας, εἴτε ἄρα γυναικῶν εἴτε ἀνδρῶν δεῖ μόνων γίνεσθαι, προσμύξαντες αὐτοῖς ἐγγυθῆν, ἴσως μᾶλλον κατοψόμεθα, τὰ τε ἐπίπροσθεν αὐτῶν, ἔτι νῦν ὄντα ἀνομοθέ-

[ἵνα καὶ ἀφικόμενοι] Pro ἵνα καὶ E. v. f. h. r. a. d. o. x. et marg. A. Ω. ἡνίκα, iidemque deinde pro ἀφικόμενοι etiam ἀφικόμεθα. Itaque solus fere Flor. c. vulgatum tueri videtur. Quamquam Bekkerus narrat etiam Par. A. et Vat. Ω. eam scripturam in marg. habere. Nolumus tamen nunc quidquam mutare, quandoquidem codicum lectio nostro neutiquam satisfacit

quaeque lex perficiatur paulatim et tanquam provehatur usque ad convivia publica. Dein pro veteri lectione: ἵνα καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὰς τ. ξ. codd. plerique omnes scriptum exhibent, ἡνίκα ἀφικόμεθα κ. τ. λ., quod arripuerunt nuper editores. Verum dubitari non potest, quin id iis debeat, qui vulgatam scripturam, utpote non intellectam, protenus refingendam putarent. Quippe offensionem fuit criticis, opinor, istud ἵνα, de quo etiam Stephanus: „Vocula ἵνα, inquit, nullum hic videtur habere locum, quum part. καὶ praecedenti τε respondere debeat, ideoque vel tollenda esse, vel mutanda in τινά.“ Itaque mutarunt ἵνα καὶ in ἡνίκα et pro participio posuerunt ἀφικόμεθα. At vanam esse et ineptam hanc verborum mutationem, clarissime perspicitur ex eo, quod illa posita miserime laborat verborum constructio. Servavimus igitur veterum editt. scripturam, licet paucorum tantum librorum auctoritate stabilitam, quam quidem sic explicandam arbitramur: quo quidem loco, (ἵνα ἰ. q. δ. πον), hoc est, ubi pervenerimus ad huiusmodi

communitates (communes coenationes), utrum syssitia mulierum quoque an solorum virorum debeant propria fieri, quum propius ad illa accesserimus, fortasse perspiciemus facilius, et posteaquam constituerimus, quae antecedere illa debeant, nunc nondum legibus definita, haec ipsa syssitiis veluti obtendemus, quod modo dicebamus, tam ipsa perspiciemus accuratius, quam leges iis convenientes facilius ferre poterimus. Ex quibus apparebit, opinor, ἵνα καὶ ἀφικόμενοι servato, omnia sese habere rectissime. At vero, inquis, non temere tamen Stephanus hic aliquid mutandum statuit. Nimirum hic ut ita indicaret, sola illa vocula τε commotus est, quam vidimus nullo negotio in γε mutari posse. Quamquam videndum est, an ne hac quidem mutatione opus sit. Quum enim hic liber Platonis plenus sit anacoluthis omnis generis, fieri profecto potest, ut inde a verbis: ἵνα καὶ ἀφικόμενοι κ. τ. λ. oratio rursus ab instituta via aberret et ad alia omnia deferatur.

τητα, τάξαντες αὐτά, ἐπίπροσθεν ποιησόμεθα, καὶ C ὅπερ ἐρρήθη νῦν δὴ, κατοψόμεθα τε αὐτά ἀκριβέστερον μᾶλλον τε τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς καὶ πρέποντας νόμους ἂν θείημεν.

ΚΑ. Ὅρθότατα λέγεις.

ΑΘ. Φυλάξωμεν τοίνυν τῇ μνήμῃ τὰ νῦν δὴ λεχθέντα ἴσως γὰρ χρειάν ποτ' αὐτῶν πάντων ἔξομεν.

desiderio, v. enarrat. — Dein εἰς ante τὰς τοιαύτας om. v. h. r. et marg. A. Ω.

μόνων γίνεσθαι] Sic Par. A. marg. Legebatur ante Bekkerum μόνων. Dein Voss. x. αὐτοῖσι. Ceterum de emendata loci interpunctione v. infra.

Atque haec quidem de universa periodo. Videamus denique etiam de singulis. Itaque προσμύξαντες αὐτοῖς ἐγγυθῆν est: ubi propius ad ea accesserimus. Politic. p. 290. C: ἔτι προσμύξωμεν ἐγγύτερον ἐπὶ τοὺς μῆτω βεβασανισμένους. ubi v. ann. nostram. Pro αὐτοῖς Astinus malebat αὐταῖς, int. ταῖς κοινωνίας, veluti per occasionem vocabuli ἵνα interpretandi gratia interiecta esse, ideoque αὐτοῖς pariter atque deinceps αὐτῶν et αὐτά ad syssitia tanquam nomen primum referri. Porro: τὰ ἐπίπροσθεν αὐτῶν sunt: quae ante syssitia constituta et legibus definita esse debent, iisque veluti obtendi. Haec vero dicit velle sese ordinare et ἐπίπροσθεν ποιῆσθαι, h. e. tanquam obtendere ac praetexere. Sic enim haec intelligenda, quae aliter accipit Wyttenbach. ad Plut. Moral. I. p. 796. = Vol. II. p. 109. ed. Lips. locum sic interpretandum ratus: et ea, quae his officiant, nondum con-

stitutata legibus, ordinantes ex interiectu removeamus, videlicet posteriore ἐπίπροσθεν in ἀπὸπροσθεν mutato. At nimirum facete et urbane loquitur Atheniensis. Significat enim, quae antea sancienda legibus videantur, ea mulierum syssitiis, utpote rei mirae et insolitae, tanquam obtentui fore. Quod ipsum significat ἐπίπροσθεν ποιῆσθαι, pudoris causa vel ob similes rationes aliquid obtendere. v. ann. ad Legg. I. p. 648. D. Denique proximum αὐτά post κατοψόμεθα τε rursus ad τὰ οὐσσίτια referendum, quorsum spectat etiam quod continuo subsequitur αὐτοῖς. Itaque haec quidem de loci interpretatione. Sequitur ut nonnulla addenda sint de criticorum iudiciis, qui in his magnopere offenderunt. Nam ista omnia, quae inde a p. 783. B. Παίδων δὲ δὴ γένεσιν μετὰ τοὺς γάμους usque ad sect. D. ΑΘ. Καλῶς, leguntur, in vet. codd. bene multis ommissa fuisse, testatur adnotatio marginibus adscripta: Ἐν τοῖσι τῶν ἀντιγράφων φέρεται καὶ ταῦτα. Sed persuadere nobis non possumus, ea non ipsi Platoni accepta referri.

ΚΑ. Τὰ ποῖα δὴ διακελεύει;
 ΑΘ. Ἄ τοῖς τρισὶ διωριζόμεθα ἡήμασι. βρωῶν
 μὲν ἐλέγομέν που, καὶ δεύτερον πόσιν, καὶ ἀφροδι-
 σίων δὲ τινα διαπίτῳσιν τρίτον.

ΚΑ. Πάντως, ὦ ξένε, μὲνησόμεθα που ὧν
 τὰ νῦν διακελεύει.

ΑΘ. Καλῶς. ἐλθόμεν δ' ἐπὶ τὰ νυμφικά, διδά-
 ζοντές τε αὐτούς, πῶς χρῆ καὶ τίνα τρόπον τοὺς
 παῖδας ποιῆσθαι, καὶ ἐὰν ἄρα μὴ πείθωμεν, ἀπει-
 λήσονται τισὶ νόμοις.

ΚΑ. Πῶς;

Cap. XXIII. ΑΘ. Νύμφην χρῆ διανοεῖσθαι καὶ
 νυμφίον ὡς ὃ τι καλλίστους καὶ ἀρίστους εἰς δύνα-
 μιν ἀποδειξομένους παῖδας τῇ πόλει. πάντες δ' ἄν-
 θρωποι κοινωνοὶ πάσης πράξεως, ἥνικα μὲν ἂν προσέ-

C. Τὰ ποῖα δὴ διακελεύει.] Sic hic et mox Vat. r. Flor.
 a. δ. et pr. Vat. Ω. Vulgo διακελεύει.

διαπίτῳσιν τρίτον] V. διαπίτῳσιν, quod servat Schneider.
 Emendavit Bekker. Vat. r. διὰ πίτῳσιν.

D. ὧν τὰ νῦν δ.] ὧν om. A. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o.
 cum Ald. Lov. Bass. 1. 2. Bekkerus tamen auctor est, in Par.

Praeclare enim iis indicatur via
 et ratio, qua disputatio in pro-
 ximis processura sit, quod nisi
 ita fieret, profecto aliquid ad
 nexum universi sermonis desi-
 deraretur. Itaque critici hic vi-
 dentur, quum verborum sensum
 non satis perspexissent, lubidi-
 nose et mero arbitrio suo omi-
 sisse, quae ubi recte fuerint
 intellecta, unusquisque lubens
 volensque pro Platonice agnoscat.

D. ἐλθόμεν δ' ἐπὶ τὰ
 νυμφικά — αὐτούς] Notanda
 synesis. Nam ad αὐτούς ex τὰ
 νυμφικά petendum est τοὺς νυμ-
 φίους. v. ad III. p. 692. D. 701.
 E. VI. p. 780. A. Similiter
 Phaedon. p. 58. B. ex τὸ πλοῖον
 ad αὐτοὺς repetendum est τοὺς
 πλείονας.

Cap. XXIII. ὡς ὃ τι καλ-

λίστους —] De ὡς ὃ τι dixi-
 mus ad V. p. 731. B. 743. D.
 VI. p. 758. A. 759. C. Ver-
 bum διανοεῖσθαι cum ὡς et par-
 ticípio accusativi casus construc-
 tum non mirum accidit, opi-
 nor, post ea quae ad Libr. I.
 p. 643. D. et paullo ante Libr.
 VI. p. 762. E. 766. E. de hoc
 genere loquendi exposuimus.
 Ἀποδείξασθαι est: specimi-
 nis caussa exhibere,
 tanquam specimen quod-
 dam proponere. Quo non
 perspecto Faehsius Syll.
 Lectt. p. 387. ex Ficino le-
 gendum putabat ἀποδειξομένους.
 — πάσης πράξεως, cuius-
 que actionis.

P. 784. ἐπίσκοποι δ' ἐστῳ-
 σαν τούτων —] C. Fr. Her-
 mannus Dip. De iure domest.
 et fam. ap. Platon. in Legg.
 cum veteris Graeciae imprimis-

χωσιν αὐτοῖς τε καὶ τῇ πράξει τὸν νοῦν, πάντα
 καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀπεργάζονται, μὴ προσέχοντες δὲ
 ἢ μὴ ἔχοντες νοῦν τὰναντία. προσεχέτω δὴ καὶ ὁ
 νυμφίος τῇ τε νύμφῃ καὶ τῇ παιδοποιῳ τὸν νοῦν,
 κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ νύμφη, τοῦτον τὸν χρόνον
 διαφερόντως, ὃν ἂν μήπω παῖδες αὐτοῖς ὡσι γεγο-
 νότες. ἐπίσκοποι δ' ἐστῳσαν τούτων ἄς εἰλόμεθα 784
 γυναικες, πλείους εἰτ' ἐλάττους, τοῖς ἄρχουσιν ὀπό-
 σασ ἂν δοκῇ προστάττειν τε καὶ ὀπόταν, πρὸς τὸ
 τῆς Εἰλειθυίας ἱερὸν ἐκάστης ἡμέρας ἐυλλεγόμεναι
 μέχρι τρίτου μέρους ὥρας, οἳ δὴ συλληχθεῖσαι διαγ-
 γελλόντων ἀλλήλαις, εἴ τις τινα ὀρᾶ πρὸς ἄλλ' ἄττα
 βλέποντα ἄνδρα ἢ καὶ γυναικα τῶν παιδοποιουμέ-
 νων ἢ πρὸς τὰ τεταγμένα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς γάμοις
 θυσῳν τε καὶ ἱερῶν γενομένων. ἢ δὲ παιδοποιῳ καὶ B

A. et Vat. Ω. marginem tantum eam referre omissionem: in quo
 ab eo dissentit Bastius.

Cap. XXIII. P. 784. πρὸς τὸ τῆς Εἰλειθυίας] Sic A.
 Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. Vulgo Εἰληθυίας. v. intpp. ad Gregor.
 Corinth. p. 911 sq. ed. Schaefer.

que Athenarum institutis com-
 par. p. 6 sq.: „Quod Plato nup-
 tis quoque quasi custodes
 quosdam ex numero magistra-
 tum addit, feminas pariter ma-
 resque, qui concordiae coniu-
 gum prospiciant eosque debiti
 coniugalis admoneant contuma-
 cesque publicis tabulis proscri-
 bant, ita comparatum est, ut
 ad Lacedaemoniorum δίκην μο-
 νοδικίας referri nequeat (conf.
 Clem. Al. II. p. 423. A.), ne-
 que meliorem explicationem ha-
 beat, quam ut ἐπιλήρων curam,
 quam Athenis quoque magistra-
 tibus mandatam fuisse constat
 (v. Lehrb. der griech. Staatsal-
 terth. §. 121. n. 11.), philoso-
 phum ad omne matrimoniorum
 genus transtulisse dicamus.“
 τοῖς ἀρχουσιν ὀπόσας—]
 H. e. ὀπόσας ἂν τοῖς ἀρχουσιν
 δοκῇ προστάττειν καὶ ὀπόταν ἀ-

τὰς προστάττειν ἐκείνοις δοκῇ.
 — τῆς Εἰλειθυίας, Iunonis
 Lucinae, quae opem ferre par-
 turientibus credebatur. v. Ovid.
 Metam. II. 145 sqq. Horat.
 Carm. Saec. 13 sqq. Antonin.
 Liberal. 29. Callim. H. in
 Dian. v. 20 sqq. al. Huic quum
 alibi, tum etiam Spartaee et
 Athenis templa et altaria fuisse
 consecrata, Pausanias narrat
 I. 18, 44. III. 17. Ceterum
 conf. Theaet. p. 149. D: καὶ
 μὴν καὶ αἱ μαῖαι — προμηθήστριαί
 εἰσι δεινόταται, ὡς πάσσαφοι
 οὔσαι περὶ τοῦ γνῶναι, ποῖαν
 χρῆ ποῖω ἄνδρὶ συνοῦσαν ὡς
 ἀρίστους παῖδας τίταειν.

B. ὑπὸ τῶν ἐν τ. γ. θυ-
 σῳν] ita ut simul locum
 haberent res divinae et
 sacrificia. v. Matthiae Gr.
 §. 592. extr.

φυλακῆ τῶν παιδοποιουμένων δεκέτις ἔστω, μὴ πλείω δὲ χρόνον, ὅταν εὐροία ἢ τῆς γενέσεως. ἂν δὲ ἄγο-
νοί τινες εἰς τοῦτον γίνωνται τὸν χρόνον, μετὰ τῶν
οἰκείων καὶ ἀρχουσῶν γυναικῶν διαζευγνησθαι κοινῇ
βουλευομένους εἰς τὰ πρόσφορα ἑκατέροις. ἔαν δ'
ἀμφισβήτησις τις γίγηται περὶ τῶν ἑκατέροις προ-
πόντων καὶ προσφόρων, δέκα τῶν νομοφυλάκων ἐλο-
C μένους, οἷς ἂν ἐπιτρέψωσιν οἶδε καὶ τάξωσι, τού-
τοις ἐμμένειν. εἰσιούσαι εἰς τὰς οἰκίας τῶν νέων αἰ
γυναῖκες, τὰ μὲν νουθετοῦσαι, τὰ δὲ καὶ ἀπειλοῦ-
σαι πανόντων αὐτοὺς τῆς ἀμαρτίας καὶ ἀμαθίας.

C. οὔτε καὶ τάξωσι] καὶ om. A. Q. E. f. h. r. a. c. d.
o. x. In A. corr. praeterea est τάξουσι. Winckelmannus coni. ἐλο-

δεκέτις ἔστω] Viginti annos
liberis procreandis philosophus
destinat De Rep. V. p. 460. E.
unde Astius De Vita et Script.
Plat. p. 386. argumentum repe-
tit, quo Legum auctoritatem
labefactaret. In quo ille non
reputavit, aliam esse operis
Legum rationem, aliam Reipub-
licae. Nam in ea civitate,
quam in Legum opere condidit
philosophus, cautum voluit esse,
ne numerus civium ultra mo-
dum adaugeretur: qua cautione
certe non opus fuit in optima
civitate, in qua liberi communes
essent omnium civium. conf. eti-
am Libr. XI. p. 930. C. ubi
satis esse indicatur, si quis duos
tantum liberos ex matrimonio
susceperit. Ad proxima conf.
Libr. V. p. 740. D: ἐπιτρέψεις
γενέσεως, οἷς ἂν εὐροὺς ἢ ἡ γέ-
νεσις.

μετὰ τῶν οἰκείων — ἑκα-
τέροις] divortium faciun-
to, cum familiaribus et
mulieribus praefectis in
commune consulentes,
quid utrisque expediat.

C. οἷς ἂν ἐπιτρέψωσιν
— ἐμμένειν] H. e. ἂν ἐπ.
quae hi ipsis permiserint

et constituerint, iis ac-
quiescunt. Est enim οἷς
neutro genere positum per at-
tractionem ob insequens τού-
τοις, ad quod refertur. Mox
de τῶν καὶ τῶν v. Matthiae
Gr. §. 286.

D. μὴ ἐλὼν ἐν δ. τ. ἐγ-
γράφαντας] nisi in iudicio
convicerit et redarguerit
eos, qui nomen ipsius in
tabulas publicas retule-
runt. Dein τῶνδε ex ἀμιος
suspenditur, atque ad proxima
referendum est.

εἰς τὰς τῶν παίδων ἐπι-
τελειώσεις] Recte Astius
interpretatur: ad sacra so-
lemnia post natum infan-
tem instituenda. Nam τε-
τεῖν, ἐπιτελοῦν, τέλος, alia id
genus verba, in re sacra usur-
pari constat. v. Ruhnken. ad
Tim. p. 225. Spanhem. ad
Callim. p. 89. et 725. ed. Ern.
Cogitandum vero de sacris eius-
modi, qualia Athenis fuere τὰ
περιδρομία, quinto fere post na-
tum infantem die celebrata, et
quae decimo die instituebantur
natalicia, (ἡ δεκάτη), quo amici
ad solemnes epulas et sacrifi-
cia convocabantur. Conf. F. G.

ἔαν δ' ἀδυνατῶσι, πρὸς τοὺς νομοφυλάκας ἰούσαι
φραζόντων, οἱ δ' εἰργόντων. ἂν δὲ καὶ ἐκεῖνοί πως
ἀδυνατήσωσι, πρὸς τὸ δημόσιον ἀποφηνάντων, ἀνα-
γράφαντές τε καὶ ὁμόσαντες ἢ μὴν ἀδυνατεῖν τὸν
καὶ τὸν βελτίω ποιεῖν· ὁ δὲ ἀναγραφείς ἀτιμος ἔστω, D
μὴ ἐλὼν ἐν δικαστηρίῳ τοὺς ἐγγράφαντας, τῶνδε·
μήτε γὰρ εἰς γάμους ἴτω μήτε εἰς τὰς τῶν παίδων
ἐπιτελειώσεις, ἂν δὲ ἴη, πληγαῖς ὁ βουλευθεὶς ἀθῶος
αὐτὸν κολαζέτω. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ γυναικῶς ἔστω
νόμιμα· τῶν ἐξόδων γὰρ τῶν γυναικείων καὶ τιμῶν
καὶ τῶν εἰς τοὺς γάμους καὶ γενέσεις παίδων φοιτή-

μένους, ἃ οἷς ἂν ἐπιτρέψωσιν οἶδε τάξουσι. Herm. καὶ τάξωσι uncis
seclisit tanquam ortum ex glossemate. Sed v. explicat.

Schoenii De veterum solenni-
bus nataliciis comm. Halberst.
1832. Mox in simili causa de
mulieribus: εἰς γενέσεις παίδων
φοιτήσεων μὴ μετεχέτω. v. Ari-
stoph. Avv. v. 493. Eurip.
Electr. 1130. Isaeus De Pyrrhi
heredit. p. 69. ubi plura intpp.

τῶν ἐξόδων γὰρ τῶν
γυν.] Demosth. adv. Olymp.
p. 1182. 25: ἐπειδὴν ὄρωσι τὴν
μὲν τοῦτον εἰαίραν περαιτέρω
τοῦ καλῶς ἔχοντος καὶ χρυσῶτα
πολλὰ ἔχονσαν καὶ ἱμάτια καλά,
καὶ ἐξόδους λαμπράς ἐξιοῦ-
σαν. Lucian. Amorr. 42. p.
443. T. II. ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐξο-
δοι. Theophr. Char. 22, 3:
μὴ πρῆσθαι θεραπεύσας εἰς
τὰς ἐξόδους. ubi vide Ca-
saubonum. Adde Böttiger.
Griech. Vasengem. T. I. Vol.
III. p. 53.

καὶ τῶν εἰς τοὺς γάμους
— μὴ μετεχέτω] Quod vet-
edit. habent: καὶ τῶν εἰς τοὺς
γάμους καὶ γενέσεις παίδων φοι-
τήσεων, id viris doctis displi-
cuit propterea, quod philoso-
phus ea scriptura servata videat-
tur mulieribus suis honorem
plane singularem habere hunc
voluisse, ut iis ad partus alia-
rum inspectandos itare liceret.

Itaque I. G. Schneiderus in
Lex. s. v. γενέσια scribendum
putavit: καὶ γενέσια παίδων,
quae emendatio eximie placuit
etiam Winckelmanno Praef-
fat. ad Menon. p. XI. ed. min.
Sed mirum quantum huic ra-
tioni officit illud, quod γενέσια
ab Atticis scriptoribus ista vi
et potestate poni non solet.
Nam dicitur illud potius de
emortuali die, cuius memoriam
apud Graecos accepimus fuisse
anniversariis solennitatibus cele-
bratam; de qua re v. Herod-
dot. IV. 26. et Indic. Graec.
Dion. Cass. Reimar. s. v. Unde
etiam in Alcibiade I. Platon. p.
121. D. pro γενέσια ex codd.
quibusdam legendum est γενέ-
θλια. v. Ammon. s. v. Γενέ-
θλια p. 34. ed. Valck. Polluc.
III. 102. Phrynich. p. 103.
ed. Lob. ibique doctissimum
editorem. Thom. Γενέθλια. no-
stra ad Alcibiad. I. p. 121. D.
et Schoemann. ad Isaeum p.
223. Itaque nollem profecto,
Turicensis nuper protenus in
Platonis orationem invexissent,
quod nititur coniectura admo-
dum dubia et incerta. Codices
a vulgata scriptura ita recedunt,
ut alii γενέσεων, alii γενέθλιων

σεων μὴ μετεχέτω, ἐὰν ἀκοσμοῦσα ὡσαύτως ἀναγραφῇ
 E καὶ μὴ ἔλη τὴν δίκην. ὅταν δὲ δὴ παῖδας γεννή-
 σονται κατὰ νόμους, ἐὰν ἀλλοτρίᾳ τις περὶ τὰ τοι-
 αῦτα κοινωῇ γυναικὶ ἢ γυνὴ ἀνδρὶ, ἐὰν μὲν παι-
 δοποιουμένοις ἔτι, τὰ αὐτὰ ἐπιζήμια αὐτοῖς ἔστω,
 καθάπερ τοῖς ἔτι γεννωμένοις εἴρηται· μετὰ δὲ ταῦτα
 ὁ μὲν σώφρονων καὶ σώφρονον ἔστω εἰς τὰ τοιαῦτα
 ἔστω πάντα εὐδόκιμος, ὁ δὲ τούναντιον ἐναντίως
 τιμάσθω, μᾶλλον δὲ ἀτιμαζέσθω. καὶ μετριάζόντων
 785 μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν πλειόνων ἀνομοθέτητα οὕτῃ

D. καὶ γενέσεις παιδων] Sic vett. edit. cum codd. pau-
 cissimis. Nam pro γενέσεις habent γενέσεων Ω. v. f. a. c. δ. ο. et
 corr. A. alii contra Σ. h. et marg. Ω. a. c. δ. γενέθλων. De
 controversa loci scriptura diximus in enarratione. Turicensis de
 coniectura I. G. Schneideri scripserunt γενέσια τῶν π., quod ferri
 non posse recte iudicavit Hermannus.

E. ἔστω πάντα] V. inverso ordine πάντα ἔστω, quod tue-

scriptum exhibeant. Hinc refi-
 gat aliquis: εἰς τοὺς γάμους καὶ
 γενέθλια τῶν παιδων φ. vel καὶ
 γενέθλια παιδων. Verum non
 opus esse putamus istiusmodi
 mutatione. Nam proba est le-
 ctio γενέσεις, quod posuit scri-
 ptor pro eo, quod antecedit εἰς
 τὰς τῶν παιδων ἐπιτελεύσεις,
 quia mulieres indicare voluit
 non modo ad sacra ista nata-
 licia venire solere, verum etiam
 aliis opportunitatibus domos
 cognatorum et amicorum, qui-
 bus infantes nati essent, sine
 dedecore amicitiae et caritatis
 testificandae causa posse invi-
 sere. Itaque γενέσεις non sunt
 partus, sed dicuntur paullo aliter.
 Hoc γενέσεις vero primum
 in γενέσεων depravatum videtur
 ob insequentes genitivos et quia
 non intellectum est connecten-
 dum esse καὶ εἰς γενέσεις; qua
 in re fraudem fecit etiam inso-
 lentior vocabuli usus. Deinde
 vero ab aliis mutatum illud eti-
 am in γενέθλων, quae scilicet
 esset illius lectionis interpreta-
 tio. Ita factum est, quod sae-

penero factum esse novimus,
 ut vitium vitio nasceretur. Her-
 mannus γενέσεις idem esse
 vult quod γενέθλια.

E. ἐὰν μὲν παιδοποιου-
 μένοις] Int. κοινωῇ; h. e. ea
 aetate quum adhuc sunt, qua
 ex legibus debent liberos pro-
 creare.

καὶ μετριάζόντων μὲν—]
 Et modeste quidem in his
 si se gerit maior civium
 pars, legibus ea nullis
 constituta silentio pre-
 muntur; sin autem immo-
 derati sunt, legibus defi-
 nita peraguntur secundum
 leges tum scriptas.

P. 785. ζωῆς ἀρχῆν] H.
 e. ὡς ζωῆς ἀρχῆν.

παραγεγράφθω δ' ἐν τοί-
 χῳ —] inscribitor autem
 (ὁ πρῶτος τοῦ βίου ἐνιαυτός)
 in pariete dealbato per
 totam phratriam secun-
 dum numerum archontum,
 qui ad annos notandos
 (ἐπὶ τοῖς ἔτεσι) numerantur.
 Cuiusmodi magistratus Athenis
 fuisse constat, qui simpliciter

κείσθω, ἀκοσμοῦντων δὲ νομοθετηθέντα ταύτη πρα-
 τέσθω κατὰ τοὺς τότε τεθέντας νόμους. βίου μὲν
 ἀρχῆ τοῦ παντός ἐκάστοις ὁ πρῶτος ἐνιαυτός· ὃν
 γεγράφθαι χρῆεν ἐν ἱεροῖσι πατρώοις ζωῆς ἀρχῆν
 κόρῳ καὶ κόρη. παραγεγράφθω δ' ἐν τοίχῳ λελευ-
 κωμένῳ ἐν πάσῃ φρατρίᾳ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρχόν-
 τῶν τῶν ἐπὶ τοῖς ἔτεσι ἀριθμουμένων. τῆς δὲ φρα-
 τρίας αἰετὸς ζῶντας μὲν γεγράφθαι πλησίον, τοὺς
 δ' ὑπεκχωροῦντας τοῦ βίου ἐξαλείφειν. γάμου δὲ ὄρον B
 εἶναι κόρη μὲν ἀπὸ ἑκαταίδεκα ἐτῶν εἰς εἴκοσι, τὸν

tur Ven. Σ.

P. 785. ἀρχῆν κόρῳ] ἀρχῆ A. h. δ. x. et marg. Ω. Dein
 pro vulg. κόρῳ, quod rursus Ven. Σ. tuetur, ceteri κόρῳ. Deinde
 Orellius coni. παραγεγράφθαι. probante Hermanno.

ἐν πάσῃ φρατρίᾳ] φρατρία et φρατρία A. Ω. v. h. a. c.
 δ. cum Bass. 1. 2. Sed Ald. et Steph. cum reliquis φρατρία et
 φρατρία.

archontes appellati sunt, a re-
 centioribus autem dicuntur ἐπί-
 νημοι. v. Schoemann. Anti-
 quit. Iur. Publ. Graecor. p.
 243. Ceterum hoc quoque ad
 instituta Atheniensium compara-
 tum est, apud quos phratriis
 erat iniunctum, ut nomina ci-
 vium in albo perscripta serva-
 rent. v. Platner. Symbol. ad
 Ius. Att. p. 143 sq. Meier. De
 gentilit. Attic. p. 13. et 15 sq.
 — Pro τὸν ἀριθμὸν quod Asti-
 us legendum coniecit, κατὰ
 τὸν ἀριθμὸν, id non opus est.
 Habet enim simplex accusati-
 vus fere eandem vim ac pote-
 statem. Neque cum Herman-
 no de coniectura Orellii re-
 ponam παραγεγράφθαι, quod
 novas creat difficultates, de qui-
 bus tamen exponere nunc non
 vacat. — Τοίχος λελευκω-
 μένος intelligi potest tabula
 grandior atque amplior
 gypso obducta, in qua ci-
 vium nomina consignan-
 tur. Nisi forte pars parietum
 templi patrii gypsata et huic rei
 destinata intelligenda est. Libr.

IX. p. 859. A: γράψαντα ἐν τοί-
 χοις.

B. γάμου δὲ ὄρον εἶναι
 —] De his v. Legg. IV. p. 721.
 B. VI. p. 775. 772. D. E. coll.
 XI. p. 924 sqq. II. p. 674. B.
 Alia sanxit philosophus Reip. V.
 p. 460 sqq. 466. E. ubi viri in-
 tra annum aetatis tricesimum et
 quiquagesimum quintum, femi-
 nae autem intra annum 20. et
 40. matrimonium iungere iubentur.
 De qua discrepantia alio
 loco dictum est. Hic in men-
 tem veniunt quae Caesar. De
 Bell. Gall. VI. 21. et Tacitus
 De Germ. c. 20. de nuptiali
 aetate apud veteres Germanos
 usitata scribunt. Ille enim: In-
 tra annum vero XX. femi-
 nae notitiam habuisse in
 turpissimis habent rebus.
 Hic autem: Sera, inquit, iu-
 venum Venus, eoque inex-
 hausta pubertas; nec
 virgines festinantur; ea-
 dem inventa, similis pro-
 ceritas, pares validaeque
 miscentur, ac robora pa-
 rentum liberi referunt.

μακρότατον χρόνον ἀφωρισμένον, κόρω δὲ ἀπὸ τριάκοντα μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα. εἰς δὲ ἀρχὰς γυναικὶ μὲν τετταράκοντα, ἀνδρὶ δὲ τριάκοντα ἔτη. πρὸς πόλεμον δὲ ἀνδρὶ μὲν εἴκοσι μέχρι τῶν ἐξήκοντα ἐτῶν· γυναικὶ δὲ, ἣν ἂν δοκῇ χρειὰν δεῖν χρῆσθαι πρὸς τὰ πολεμικά, ἐπειδὴν παῖδας γεννήσῃ, τὸ δυνατὸν καὶ πρόεπον ἐκάσταις προστάττειν μέχρι τῶν πενήκοντα ἐτῶν.

εἰς δὲ ἀρχὰς γυναικὶ μὲν τ. — ἔτη] Quales magistratus intelligat, quibus etiam mulieres fungantur, clarum est ex superioribus, ubi mulieribus novorum nuptorum custodia atque cura itemque sacerdotiorum quorundam administratio est commissa. Quod ne ab Atheniensium quidem moribus alienum est. Quod vero neminem vult ante tricesimum aetatis annum fungi aliquo magistratu, similiter Athenis nemo poterat senatoris aut iudicis dignitatem adipisci, nisi qui istum ipsum aetatis terminum attigisset. v. Hermann. Antiquit. Gr. §. 148.

γυναικὶ δὲ, ἣν ἂν δοκῇ χρ.] quocumque modo visum fuerit eam ad res bellicas adhiberi oportere,

re, imperanto id quod mulierum viribus et decori sit consentaneum. Quod mulieres quoque rebus bellicis immiscuit, videtur philosophus Lacaenas ob oculos habuisse, de quibus Cicero Tuscul. II. 14. Itaque illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuvenum firmari labore voluerunt: quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt; quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occultantur. Illi autem voluerunt „Nihil horum simile esse apud Lacaenas virgines: Quibus magis palaestra, Eurota, sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara.“

ARGUMENTUM

LIBRI SEPTIMI.

Sequitur ut dicendum sit de educatione et institutione puerorum, de qua et sancire leges publicas et non sancire aequè difficile est. Nam quum ea, quae hoc in genere ab hominibus vulgo peccantur, reipublicae non raro plurimum damni inferant, non potest profecto gravissimus hic locus a legum conditore plane praetermitti silentio. Sed quum nec omnia, quae pertinent ad educationem, legum praeceptis possint comprehendi, quandoquidem pleraque omnia, quae eo pertinent, ad vitae privatae ac domesticae rationes referuntur, quas omnes ac singulas legibus definire et constituere velle sic, ut nihil contra fiat, nemo quisquam unquam voluerit aut potuerit; periculosum utique videri debet, leges de iuventutis educatione propositis simul poenis et suppliciis publice scribere, propterea quod ita accidit facillime, ut homines, poenis hoc in genere assuefacti, etiam alias leges contemnere ac nihili aestimare incipiant. Quocirca quae hic exposituri sumus, ea consentaneum erit admonitioni et cohortationi quam legi esse similia. Ita enim sperare licet, cives iis ultro ac sponte esse morigeraturos. P. 788. A — C. — Est autem educationi nihil aliud propositum nisi hoc, ut animus pariter atque corpus ad quam maximae pulcritudinis et perfectionis lau-

dem excolatur. Et corpora quidem, quae pulera sint exitura, curandum est ut statim ab initio quam rectissime crescant et nutriantur. Quae quum primis annis infantiae maximos auctus capere soleant, eodemque illo tempore etiam facillime nimia copia et multitudine nutrimentorum corrumpantur, nihil est sane studiosius agendum, quam ut hac aetate etiam utantur iustis motionibus, laboribus, exercitationibus. Et huius quidem rei initium iam tum fieri debet, quum infantes nondum in lucem editi sunt, sed adhuc gestantur in utero. Itaque mulieres gravidae crebris utantur ambulationibus. Nati autem ubi infantes sunt, per biennium fasciis involvantur atque ad annum aetatis fere tertium usque a nutricibus gestentur, moveantur, agitentur. Qua quidem re nihil est ad corporis animique cultum salubrius. Nam externo isto motu efficitur sine dubio hoc, ut etiam intus in animis cessent motus turbulenter, qui plerumque a metu ac timore proficiscuntur; quo ipso confirmatur et augetur animi fortitudo et constantia. Praeterea etiam cavendum sedulo est, ne infantes aut timidiore aut morosiores ac difficiliore existant. Quorum alterum fere nimia indulgentia et molli lenitate efficitur, alterum procreatur nimia severitatis morositate ac tristitia. Ex quibus omnibus consequens est, ut nutricibus accurate sit praecipendum, quomodo infantes ac puerulos tractare debeant, quandoquidem ad omnem vitam longe plurimum refert, ut intemperanti voluptatum cupidini atque arbitrariae lubidini iam mature modus statuat (P. 788. D. — 793. A.). — Sed haec dum ita sancimus, illud meminisse iuvabit, quod paullo ante dicebamus, esse has leges tanquam moribus patriis nixas nec litteris mandatas, quae tamen nec silentio debeant praeteriri. Enimvero sunt haec talia profecto tanquam vincula quaedam omnis civitatis nostrae, quae leges publice scriptas scribendasve tanquam coniungunt arctius et mirum quantum communiunt, quemadmodum in aedificiis videmus ita fieri, ut omnia stabiliantur et sustententur columnis et fulcimentis, quibus dentis ac remotis protenus corruunt. Itaque in ea, quam nos condimus, civitate praeter leges locum obtineant suum necesse est etiam consuetudines, mores, patria instituta, quibus

sublatis certe non est futurum, ut ea firma ac stabilis existat (p. 793. A. — D.). — Sed revertamur ad educationem puerorum. Quae igitur paullo ante diximus, ea certe iuvabit usque ad tertium ferme annum aetatis in iis nutriendis educendisque diligenter observasse ac tenuisse. Iam vero inde ab eo tempore usque ad sextum aetatis annum lusus ab iis instituatur. Quocirca pueri ac puellae in suo quique vico congregiantur inter se colludentes; quos quidem lusus moderetur mulier aliqua, ex singulis tribubus ad id negotii delecta, quae item nutrices observet easque officia sua admoneat immorigerasque puniat (p. 793. E. — 794. B.). — Sed exacto sexto aetatis anno severior initium capiat disciplina. Tum enim pueri a puellis segregentur, tradanturque magistris eo consilio, ut in equitando, vehendo, iaculando, denique armis tractandis instituatur et exerceantur. Quarum quidem rerum notitia aliqua etiam puellae imbuantur. In omni autem hoc negotio imprimis illud spectandum est, quod pro dolor iam nimis negligitur, ut omnes utraque manu fiant agiles neque dextera tantum utantur (p. 794. C. — 795. D.). — Sunt vero artes, quibus iuventutem impertiri fas est, duplicis generis, gymnastica, quae ad corpus spectat, et musica, quae valet ad bonum animi habitum efficiendum. Gymnasticae rursus duae sunt partes, saltatio altera, altera lucta. Et saltationis quidem altera pars imitatione exprimit dictionem poetica, ita ut simul servetur liberalitas et magnificentia quaedam mentis et ingenii; altera spectat ad bonum corporis habitum, membrorum agilitatem et decorem. Ad luctam autem quod attinet, sunt quidem in ea quaedam, quae quoniam nihil utilitatis ad usum belli conferunt, hic non videntur memorari oportere, veluti quae Antaeus vel Cercyon et Amycus in artibus suis constituerunt. Quae vero in recta lucta exercentur, ea, quando illuc in legibus scribendis delati erimus, quum discipulis tum doctoribus exponenda et praescribenda erunt. Nec vero omittendae sunt chororum imitationes, quae quidem convenient. Quales sunt in Creta Curetum ludi armati, Lacedaemone ludi in Castoris et Pollucis honorem instituti. Et Athenarum quoque patrona choreae ludis delectata nudis manibus non esse lu-

dendum censuit, sed tota armis ornata sese ad peragendam saltationem accinxit. Quod imitari convenit pueros et puellas deae gratiam magni facientes quum ob usum bellicum tum festorum dierum causa. Nam pueros decet, quamdiu nondum in bellum proficiunt, armis et equis ornatos ad deorum templa et aras solemnes ducere pompas cum saltationibus, et inter eas diis deorumque filiis supplicationes facere. Praeterea convenit etiam certamina ac certaminum praelusiones institui. Haec enim omnia domi bellicae utilia sunt; alia vero ingenuis certe hominibus videntur esse indigna (p. 795. D. — 796. D.). — Et haec quidem de gymnastica. Sequitur ut de musica nunc adicienda sint, quae in superioribus *) praetermissimus. Et hic quidem ante omnia aliquid commonendum est, quod vulgo temere negligitur. Non satis enim reputant plerique, quantum ad mores hominum et ingenia referat, ut etiam ludorum ac solemnitatum quaedam servetur constantia et aequabilitas. Hoc ipsum vero ut efficiatur, more Aegyptiorum omnis eorum ratio diis consecranda solemnique ritu sancienda est, id quod imprimis in re musica ita faciendum (p. 796. E. — 798. E.). Itaque omnes saltationes atque cantus religionibus consecrari debent. Constituantur ergo primum dies festi, ac definiatur, quinam et quot numero sint celebrandi, deinde quo tempore obeundi, denique qui cantus in quoque deorum sacrificio fundendi sint et quibus saltationibus unumquodque sacrificium ornari fas sit. Quibus constitutis, cives omnes communiter Parcis reliquisque diis omnibus sacrificantes et libantes consecrare oportet certos quosdam cantus; ita ut impium habeatur, si quis ab his rituum legibus arbitrato suo velit discedere, atque adeo, quamdiu vivat, actio publica in eum permissa sit. Quamquam haec res utique digna est, quae religiosius expendatur diligentiusque consideretur. Nunc iuvabit paucis absolvisse, quae de musica exponere constituimus (p. 798. E. — 799. E.). — Itaque *νόμοι* (modi musici) nobis revera sint leges, sancianturque, ne quis praeter cantus publicos ac sacros universam-

*) Libr. II.

que iuvenum saltationem impune aliis utatur. Quemadmodum enim inter sacra verbis male ominatis uti impium habetur, sic etiam chori absint, qui in deorum festis impia et absurda proferentes nihil aliud quam oratione, rhythmo et harmonia audientium animos pravis sensibus afficiunt, eosque ad miserationem, fletum, lamentationem commovere conantur, quo scilicet victoriae praemium ab ipsis reportetur. Quodsi tamen cives oporteat huiusmodi lamentationes audire, saltem potius erit aliunde arcessere choros foris conductos, qui lugubria ista carmina fundant, veluti qui mercede conducti Carica quadam Musa deducunt mortuos. Sed non modo arte musica ad impia abuti interdictum sit; illud quoque sancendum erit publice, ut inter sacrificia etiam preces ad deos fiant, atque ea a diis petantur et exorentur, quae vere expetenda sint, ac publice quoque bona, iusta, honesta habeantur. Atque his ita exploratis rectissime fieri potest, ut diis laudes cum precibus iunctae canantur, ut geniis et heroibus preces cum laudationibus adhibeantur, ut denique mortuis, qui praeclara ediderint opera, carmina canantur (p. 799. E. — 802. A.). — Sunt autem carmina et saltationes sic instituenda. Revocari ad carmen par est antiquorum musicorum opera et poemata, ut retineantur, si quae in iis sunt legibus consentanea, quae vero ei contraria appareant, haec e civitate removeantur. Quippe sobria Musa et recte temperata qui educatus fuerit, is, si audit contrariam, certe eam aspernabitur et tanquam illiberalem contemnet. Praeterea cantus attemperandi sunt etiam sexus virilis et muliebris rationibus, eoque nomine variis harmoniis et numeris distinguendi. Nam viris conveniet musicae genus, quod animos roborat et ad fortitudinem promptos efficiat; mulieribus accommodatius erit genus cantuum moderatum ac sobrium. Iam vero si quaeritur de musicae doctrina et institutione, res brevi quadam adumbratione declaranda videtur. Etenim serias res serio studio agere decet; leves ac ludicras non item. Est autem deus natura sua omni studio et honore dignus; homo contra, ut supra diximus, dei quoddam ludibrium est, idque putari debet adeo in ipso optimum esse. Hanc igitur rationem quemque sequi ac tenere oportet, et ita

vivere, ut ludos faciat quam pulcherrimos. Falluntur enim, qui seria studia arbitrantur ludorum caussa exercenda esse. Quippe ipsi homines magnam partem sunt ludicrae imagines et veritatis parum participes, siquidem ad deum comparantur (p. 802. A — 804. B.). — Atque his expositis iam non alienum erit etiam de gymnastica institutione paucis exponere. Arcessantur igitur peregrini harum rerum magistri, qui mercede conducti in gymnasiis omnem iuventutem virilem pariter ac muliebrem instituunt. Nam quod etiam feminas volumus his exercitationibus interesse, id quamquam a plurimarum civitatum more et consuetudine longe recedit, tamen nec adversatur naturae mulierum, et ipsi rationi consentaneum est, quandoquidem alioquin civitas altera sui parte tanquam debilis et manca futura esset (p. 804. C. — 806. C.). — Iam vero quaerentibus nobis de vivendi ratione, quae civibus nostris propria esse debeat, primo quidem ad spectu videantur vitam otio et socordia posse transigere, siquidem ab his exercitationibus discesserimus. Quod tamen longe secus est. Propositum enim illis est, ut corpus pariter atque animus ad virtutis quam maximae perfectionem excolant. Ea vero res plurimum studii ac laboris sibi deposcit. Quamobrem etiam ordo quidam vitae iis praescribatur necesse est. Quamquam putidum fuerit et ineptum, si legum conditor omnia ac singula, quae huc pertineant, enarrare et singulatim persequi velit. Quocirca satis erit quaedam generatim de his rebus exposuisse. Itaque primum quidem tempus nocturnum ita transigatur, ut ne nimis indulgeatur somno ac desidiae. Imo somno eatenus tantum utendum est, quatenus id postulant rationes valetudinis. Dies autem transigi debet alacri ac strenuo labore (p. 806. D. — 808. C.). — Mane pueri itent ad magistros comitantibus paedagogis. Continendi enim illi sunt omni disciplinae diligentia tam a paedagogis quam a magistris, ne protervi aut contumaces existant. Imprimis servorum filii, si quid inhonesti in se admittant, non solum a paedagogis, sed etiam a quovis ingenuo castigandi sunt. Quod ut rite fiat, curare debet is, cui universum iuventutis educandae munus et officium demandatum est (p. 808. D. — 809. A.). — Sed hic ipse educationis

moderator accuratius etiam nobis instituendus est, quam hactenus fieri potuit *). — Et de choris quidem satis diximus antea, quum ostenderemus, quibus carminibus et saltationibus utendum sit. Sequitur ergo, ut explicandum sit de scripturae genere numeris non adstricto, de lyrae usu, de computandi rationibus, denique de astronomicis: quae omnia vel ad bellum vel ad rerum domesticarum curam urbique administrationem quemque percipere debere statuimus (p. 809. B. — 809. E.). — Itaque puer decem annos natus per triennium litteras et legere et pingere discito et anno tertio decimo exacto item per triennium lyrae operam dato. Ac de prosa quidem scriptione pariter atque de carminibus tenendum est, non omnia promiscue pueris obtrudenda esse. Imo falsa est omnino opinio eorum, qui iis censent quam plurima legenda et ediscenda esse; quum enim scriptores et poetae multa habeant, quae a puerilis institutionis ratione sint alienissima, facile apparet, istam legendi cupiditatem pueris esse perquam perniciosam (p. 809. E. — 811. E.). — Verum haec de litteris et grammatarum opera. Pergimus ad ea, quae a citharistis tradenda sunt. Itaque litterarum studio absoluto, pueris citharae dabunt operam. Et cantus quidem non alii sunt discendi nisi ii, qui probati fuerint rei peritis. Vitanda praeterea etiam musicorum artificia, quae quum nihil utilitatis habeant, tum artem musicam etiam faciunt difficiliorem, quam ut intra triennium iuvenes possint in ea aliquid proficere (811. E. — 813. A.). — Quemadmodum vero de musica, ita etiam de gymnasticae docendae ratione non inutile erit hic aliquid commouisse, quod summo educationis moderatori curae cordique esse debeat, ut adeo in tanta negotiorum multitudine ipsi sociis operae opus fore videatur. Debet igitur ille curare hoc, ut artes militares atque gymnicae omnes in gymnasiis ab idoneis magistris tradantur. Instituuntur vero in iis etiam puellae, ut mulieres, hostibus invadentibus, urbem tueri suosque defendere, ac, si quando necessitas pro urbe pugnandi inciderit, hostem una cum viris adoriri ac

*) Factum est iam Libro VI.

propulsare possint (p. 813. B. — 814. C.). — Missa iam de lucta disputatione, progrediamur continuo ad reliquam corporis motionem, quae communi saltationis nomine designatur. Sunt vero duo potissimum saltationis genera, militaris saltatio (pyrrhicha), et saltatio temperatior ac sedatior, sive emmelia: quam utramque legum auctor consiliis suis accommodatam faciet; legum custodes vero, ne novando depravetur, sedulo cavebunt (p. 814. C. — 816. D.). — Ex ceteris saltationis generibus memoranda praeterca est saltatio comoedorum et tragoedorum, quae quidem in civitate nostra non est ferenda, nisi illi artem suam probaverint magistratibus (p. 816. D. — 817. E.). — Restant adhuc tres disciplinae, quae ab ingenuis hominibus sunt discendae, ars numerandi, ars metiendi, et astronomia, quas etsi non possunt omnes accuratius condiscere, tamen potissimas earum partes penitus ignorare turpe videatur. Numerandi igitur ars a pueris discenda est, quoniam maxima inde ad ipsam vitam redundat utilitas, ac tanto facilius ea poterit ab iis percipi, quo plura ad eam rem inventa sunt ludorum adminicula, pueris sanequam utilissima. In metiendi arte porro oportet pueros maxime cognoscere ea, quae mutuam habent mensuram, ne turpi in rebus iudicandis errore ducantur, in quo versantur plurimi (p. 817. E. — 820. E.). — Denique etiam siderum notitia pueris impertienda est. Quam quod vulgo putant religiosae pietati adversari, ridiculus plane is error est. Imo valet illa sine dubio eo, ut de diis coelestibus, Sole, Luna, aliis, rectius veriusque statuamus neque pro stellis errantibus habeamus, quae non sunt errantes, sed certo itinere procedunt. Nec vero difficilem esse harum rerum cognitionem, vel ex eo apparet, quod ipse sero demum nec ante multum tempus illarum scientia imbutus sum (p. 820. E. — 822. C.). — Sed haec hactenus de puerilis institutionis rationibus. Addere vero his placet, de venatione quid statuendum sit. Atque hic quoque valet rursus quod antea in simili causa iudicavimus, non omnia posse legibus publicis definiri, sed esse medium quiddam inter leges et admonitionem, quo legum latori non raro utendum sit. Etenim venatio quum pateat latissime, quandoquidem non solum aquatiliam, vola-

tilium et pedestriam habetur venatio, sed etiam homines atque res per eam multiplici modo capiuntur, veluti bello, per amicitiam, furto, latrocinio; facile intelligitur, legislatoris esse, quae in illa bona et honesta sunt, ea laudare; quae secus habent, vituperare; quo uno maxime adolescentes ad optimarum rerum studium gravissime incitabuntur. Dehortandi igitur illi sunt et arcendi a cupiditate et amore venationis marinae omninoque aquatilis, imprimis inertis illius, quae hamis ac nassis instituitur; arcendi item et retinendi ab hominum capiendorum studio atque piratica; deterrendi denique a furtis et rapinis omnis generis. Nec vero ingenuos iuvenes decebit captura volatiliam. Itaque sola pedestriam venatio relinquitur. Sed ne haec quidem omni ex parte videtur esse laudabilis. Neque enim ea probari debet, quae est cum inertia et socordia coniuncta habetque laborum intermissiones, veluti quae laqueis ac retibus utitur. Quamobrem una maxime probanda est venatio quadrupedum ea, quae maiorem quandam corporis contentionem et exercitationem requirit, et vel canum et equorum auxilio vel etiam propria cuiusque opera peragitur (p. 822. C. — 824.). —

Z.

Cap. I. *Γενομένων δὲ παιδῶν ἀρρήτων καὶ 788*
θρησκῶν τροφήν μὲν πού καὶ παιδείαν τὸ μετὰ ταῦτα
λέγειν ὀρθότατ' ἂν γίγνοιθ' ἡμῖν· ἦν εἶναι μὲν ἀρ-
ρήτων πάντως ἀδύνατον, λεγομένη δὲ διδαχῇ τινὶ
καὶ νοθεύησει μᾶλλον ἢ νόμοις εἰκνὶ ἂν ἡμῖν φαι-
νοίτο. ἰδίᾳ γὰρ καὶ κατ' οἰκίας πολλὰ καὶ σμικρὰ

P. 788. *Γενομένων δὲ παιδῶν*] Non inutile erit, in principio libri monuisse, defuisse nobis ad eum collationes mssptorum ab Bastio factas, id quod vel ideo dolemus, quia ita nobis non licuit ex Par. A. orthographica ita emendare, ut in superioribus libris fecimus. Quamquam omnino quidem alii libri codici illi cognati tulerunt suppetias.

ὀρθότατ' ἂν γίγνοιθ' ἡμῖν] Libri omnes quum mss. tum editi ὀρθότατα γίγνοιθ' ἡμῖν, quod nuperi editores uno Hermanno excepto retinuerunt.

Cap. I. P. 788. A. λέγειν ὀρθότατ' ἂν γίγνοιθ' ἡμῖν] Libri: ὀρθότατα γίγνοιθ' ἡμῖν, quod non dubitavimus de Astii coniectura in melius mutare. Error vulgatae lectionis manifestus extat, correctio autem adeo est lenis, ut prope modum nulla dicenda sit. Mox ἦν λέγειν μὲν κ. τ. λ. explicata sic: ταύτην δὲ λέγειν μὲν κ. τ. λ. λεγομένη δὲ διδαχῇ —] H. e. εἰ δὲ λέγοιτο. Nam sententia haec est: hanc silentio plane transire nullo

pacto licet; sin autem explicetur, institutioni alicui et admonitioni similior quam legi nobis videbitur. Eandem sententiam repetit philosophus infra p. 793. A. — D. et p. 823. C sqq. Conf. etiam Libr. VI. p. 780. A sqq. Ceterum etiam Aristoteles Polit. VIII. 1. et Ethic. ad Nicom. X. 9. quaerit, num institutio iuventutis ad legislatoris curam pertineat ac debeat esse publica. Rem autem decernit sic, ut eam affirmet publicam

καὶ οὐκ ἐκφανῆ πᾶσι γιγνόμενα, ὁμοίως ὑπὸ τῆς
 B ἐκάστων λύπης τε καὶ ἡδονῆς καὶ ἐπιθυμίας ἕτερα
 παρὰ τὰς τοῦ νομοθέτου ξυμβουλὰς παραγεγόμενα,
 παντοδαπὰ καὶ οὐχ ὅμοια ἀλλήλοις ἀπεργάζοιτ' ἂν
 τὰ τῶν πολιτῶν ἦθη· τοῦτο δὲ κακὸν ταῖς πόλεσι.
 καὶ γὰρ διὰ σμικρότητα αὐτῶν καὶ πυκνότητα ἐπι-
 ζήμια τιθέντα ποιεῖν νόμους ἀπροεπὲς ἅμα καὶ ἄσχη-
 μον. διαφθείρει δὲ καὶ τοὺς γραφῆ τεθέντας νόμους,
 ἐν τοῖς σμικροῖς καὶ πυκνοῖς ἐθιοθέντων τῶν ἀν-
 C θρώπων παρανομεῖν. ὥστε ἀπορία μὲν περὶ αὐτὰ
 νομοθετεῖν, σιγᾶν δὲ ἀδύνατον. ἃ δὲ λέγω, δηλώσαι
 πειρατέον οἶον δείγματα ἐξενεγκόντα εἰς αὐτῶν· νῦν
 γὰρ λεγομένοις ἔοικε κατὰ τι σκότος.

K.A. Ἀληθέστατα λέγεις.

AΘ. Οὐκοῦν ὅτι μὲν σώματα καὶ ψυχὰς τῆν

οὐκ ἐκφανῆ] Florentini omnes ἐκφανῆ. Idem habent E. Ω.
 f. h. r. Sed praestat ἐκφανῆ, etiam firmatum a praestantissimo
 Par. A. ut miremur Schneiderum ἐκφανῆ praetulisse.

esse oportere, quia reipublicae
 convenienter vivendum sit et in-
 stitutio totam cuiusque aetatem
 complectatur.

ὁμοίως ὑπὸ τῆς ἐκάστων
 — παραγεγόμενα] Prave
 haec a Bekkero aliisque di-
 stinguuntur sic, ut commate
 post γιγνόμενα omisso oratio
 post ἐπιθυμίας incidatur, reli-
 qua autem inde ab ἕτερα παρὰ
 τὰς τ. κ. τ. λ. commate post
 παραγεγόμενα eiectō cum con-
 sequentibus in unum coniungan-
 tur. Imo sententia haec est:
 privatim enim atque domi
 multa pusilla neque
 omnibus conspicua fiunt,
 facile propter singulorum
 dolores, voluptates et
 cupiditates ita evenientia,
 ut discrepent a legum-
 latoris consiliis; quam-
 obrem eadem etiam civi-
 um mores varios neque
 inter se similes efficiunt,
 id quod malum est civita-

tibus. Veram interpolationis
 rationem habent editt. vet.
 praeterquam quod male post καὶ
 ἐπιθυμίας comma inferiunt.
 Voc. ἕτερα nectas cum παραγε-
 γόμενα, ita ut idem sit quod
 ὡς ἕτερα. Constructionem ver-
 borum ἕτερα παρὰ τὰς τ. ν.
 ξυμβουλὰς attigimus ad Crit. p.
 54. D. Phaed. p. 74. A. 107. A.
 Phileb. p. 21. D. al. Dein le-
 gendum censemus: καίτοι διὰ
 σμικρότητα: αἱμαί propter
 parvitatem ctr. Certe καὶ
 γὰρ a sententia est alienum.

B. διαφθείρει δὲ καὶ —
 Int. αὐτό, i. e. si quis de his
 rebus leges scribere agredia-
 tur. v. ann. ad Theaet. p. 171.
 A. et 187. C.

C. οἶον δείγματα ἐξενε-
 γκόντα —] Δείγματα sunt
 exempla rerum venalium speci-
 minis causa a mercatoribus vel
 exposita vel etiam aliis modis
 oblata. v. Harpocrat. et He-
 sych. s. v. Poll. IX. 34. Ast.

γε ὀρθὴν πάντως δεῖ τροφὴν φαίνεσθαι δυναμένην
 ὡς κάλλιστα καὶ ἄριστα ἐξεργάζεσθαι, τοῦτο μὲν
 ὀρθῶς εἴρηται που.

K.A. Τί μὲν;

AΘ. Σώματα δὲ κάλλιστα, οἶμαι, τὸ γε ἀπλου- D
 στατον, ὡς ὀρθότατα δεῖ νέων ὄντων εὐθύς φέ-
 σθαι τῶν παιδων.

K.A. Πάνν μὲν οὖν.

AΘ. Τί δέ; τόδε οὐκ ἐννοοῦμεν, ὡς ἡ πρώτη
 βλάβη παντὸς ζώου μεγίστη καὶ πλείστη γυεται,
 ὥστε καὶ ἔριν πολλοῖς παρέσχηκε μὴ γίνεσθαι τὰ
 γ' ἀνθρώπινα μήκη διπλάσια ἀπὸ πέντε ἐτῶν ἐν
 τοῖς λοιποῖς εἴκοσιν ἔτεσιν ἀξανάμενα;

K.A. Ἀληθῆ.

B. ἐπιζήμια τεθέντα] ἐπὶ ζήμια Bas. 1. 2.

D. κάλλιστα, οἶμαι] οἶμαι A. quod probatum est Schnei-
 dero.

ad h. l. Boeckh. Oecon. Athen.
 I. p. 64. Inde etiam locus qui-
 dam Piraei sic appellatus fuit,
 ubi merces expositas erant, ut
 mercatores peregrini eas spe-
 ctare possent. v. praeter eos,
 quos laudavimus, imprimis Bek-
 kerum Charicl. Vol. I. p. 266.
 H. l. intelliguntur quasi exem-
 pla et specimina, unde quid
 rei sit, intelligere liceat. Ac-
 cusativus ἐξενεγκόντα pendet ex
 πειρατέον, h. e. πειρᾶσθαι δεῖ,
 de quo loquendi genere v. in-
 fra p. 793. E. ibique ann.

λεγομένοις ἔοικε κατὰ τι
 σκότος] similia videntur
 iis, quae dicuntur obscu-
 rius. Nam κατὰ τι σκότος i.
 q. σκοτεινῶς πως. Fallitur Asti-
 us, qui in his ratus habere vim
 intendendi.

Οὐκοῦν ὅτι μὲν σώματα
 —] Iam vero illud certe
 vere, opinor, dictum est,
 rectam quidem educatio-
 nem omnino videri debe-

re corpora et animos pos-
 se quam pulcerrimos et
 praestantissimos effice-
 re. Prave haec accepit Astius
 iuxta cum aliis, posito insuper
 post εἴρηται που signo interro-
 gandi. Particula μὲν post τοῦτο
 iteratur, quia τοῦτο μὲν idem
 est atque repetitum ὅτι μὲν δεῖ
 κ. τ. λ. Dein τί μὲν; ut scien-
 tias, est τί μὲν ἄλλο; quid-
 ni vero?

D. τὸ γε ἀπλούστατον]
 id quod simplicissimum
 est; pertinet ad insequentia:
 ὡς ὀρθότατα δεῖ νέων κ. τ. λ.
 Nam simplicissimum est sane,
 corpora puerorum, aliquando
 pulchra futura, statim a teneris
 quam rectissima (gerade) fieri.

ἔριν πολλοῖς παρέσχηκε]
 Int. αὐτό s. τὸ πρᾶγμα, quod
 inest in antegressis. v. supra
 ad p. 788. B. Ceterum eam
 controversiam quinam agita-
 rint, nos quidem ignoramus.

1789 *AΘ.* Τι οὖν; πολλή αὔξη ὅταν ἐπιθόρῃ πόνων χωρὶς πολλῶν καὶ συμμέτρων, οὐκ ἴσμεν ὅτι μυρία κακὰ ἐν τοῖς σώμασιν ἀποτελεῖ;

ΚΑ. Πάνυ γε.

AΘ. Οὐκοῦν τότε δαίται πλείστων πόνων, ὅταν ἡ πλείστη τροφή προσγίγνηται τοῖς σώμασι.

ΚΑ. Τί δήτα, ὦ ξένη; ἢ τοῖς ἄρτι γεγενοῖσι καὶ νεωτάτοις πόνους πλείστους προσταξομένους;

AΘ. Οὐδαμῶς γε, ἀλλ' ἔτι καὶ πρότερον τοῖς ἐντὸς τῶν αὐτῶν μητέρων τρεφεμένοις.

ΚΑ. Πῶς λέγεις, ὦ λῶστε; ἢ τοῖς κνουμένοισι φράξεις;

B *AΘ.* Ναί. Θαυμαστὸν δ' οὐδέν ἐστιν ἀγνοεῖν ὑμᾶς τὴν τῶν τηλικούτων γυμναστικὴν, ἣν βουλοίμην ἂν ὑμῖν, καίπερ ἄτοπον οὖσαν, δηλώσαι.

P. 789. ἢ τοῖς ἄρτι γεγενοῖσι] Sic A. Ω. Vulgo ἢ. Verum conl. Steph.

πολλή αὔξη] Attica forma, ut βλάστη, πάθη, ἀνθη, pro v. αὔξῃσι; de qua consulas Valckenar. ap. Tittmann. Epist. p. 152. Kōn. ad Gregor. Corinth. p. 54. Toup. Emendatt. in Suid. T. I. p. 87. Intpp. ad Moerin Attic. p. 4 sq. Adde nostra ad Remp. VI. p. 309. B. Fluctuant non raro codd. inter formam utramque, ut Theaet. p. 173. A. Reip. VI. p. 509. E. VII. p. 521. E. ubi alii αὔξη, alii ἀύξῃσι. Sed hic et Legg. X. p. 894. B. atque alibi codd. omnes tuentur formam Atticam.

P. 789. Τι δήτα, ὦ ξένη; ἢ τοῖς ἄρτι —] Ante Steph. erat: ἢ τ. Sed vere Ficinus: Quid ais, hospes? numquid statim natis et tenerrimis pueris labores plurimos afferemus? Et habent ἢ codd. meliores.

ἢ τοῖς κνουμένοισι φράξεις;] an censes iis, qui

adhuc in utero gestantur, labores esse iniungendos? Epinom. p. 973. D: τὸ μετασχέιν τῆς τῶν κνουμένων ἕως. Sic κύημα est fetus De Rep. p. 461. C. Sympos. p. 206. D. Cum accusativo obiecti iungitur κνεῖν Sympos. p. 203. C: καὶ ἐκώσῃ τὸν Ἐρωτα. Ibid. p. 209. A. ἢ ψυχῇ προσήκει κνεῖσθαι καὶ κνεῖν. In aliis libris est κνουμένοισι. De utriusque formae usu v. Lobeck. ad Aiac. p. 793 sq. ed. 2. cui tamen non assentimur nullum omnino iudicanti inter utramque significationis discrimen intercedere. De qua quaestione alibi explicabitur.

B. τὴν τῶν τηλικούτων γυμν.] H. e. tam parvulorum, tantillorum.

τρέφουσι γὰρ δὴ —] Celebrata est Atheniensium δρηγοκοαία, quae propter ingens

ΚΑ. Πάνυ μὲν οὖν.

AΘ. Ἔστι τοίνυν παρ' ἡμῖν μᾶλλον τὸ τοιοῦτον κατανοεῖν διὰ τὸ τὰς παιδίας αὐτόθι μειζόνως τινὰς παίζειν ἢ δεῖ. τρέφουσι γὰρ δὴ παρ' ἡμῖν οὐ μόνον παῖδες ἀλλὰ καὶ προσβύτεροί τινες ὀρνίθων θρέμματα, ἐπὶ τὰς μάχας τὰς πρὸς ἄλληλα ἀσκοῦντες τὰ τοιαῦτα τῶν θηρίων. πολλοὺ δὲ δέουσιν ἡγεῖσθαι τοὺς πόνους αὐτοῖς εἶναι τοὺς πρὸς ἄλληλα μετρίους, ἐν οἷς αὐτὰ ἀνακινουῖσι γυμνάζοντες. πρὸς γὰρ τούτοις λαβόντες ὑπὸ μάλης ἕκαστος, τοὺς μὲν ἐλάττονας εἰς τὰς χεῖρας, μείζους δ' ὑπὸ τὴν ἀγκάλην ἐντός, πορεύονται περιπατοῦντες σταδίους παμπόλλους ἕνεκα τῆς εὐεξίας οὐ τι τῆς τῶν αὐτῶν σωματίων ἀλλὰ τῆς τούτων τῶν θρεμμάτων, καὶ τὸ γε τοσοῦτον δηλοῦσι τῷ δυναμένῳ καταμαθεῖν, ὅτι

τοῖς κνουμένοισι] Unus Ric. h. κνουμένοισι.

B. πρὸς ἄλληλα ἀσκοῦντες] ἀσκοῦντας A. Ω. h. v. a. c. o. δ. x. errore.

rei studium etiam δρηγοκοαία appellabatur. Nota item sunt gallorum certamina ab iis instituta. v. Valesii nott. ad Harpocrat. p. 497 sq. ed. Lips. Vol. II. et quae copiosius nuper exposuerunt Boeckh. Explicatt. Pindar. p. 210. intpp. ad Aristoph. Avv. v. 1297 sqq. Becker. Charicl. Vol. I. p. 383 sqq. Krause. Gymnast. et Agonist. Graecor. Vol. I. p. 17 sq. Quod igitur Athenienses facere solebant, ut aviculas istas inter ambulandum secum circumferrent, quo validiores scilicet atque animosiores ad certamina fierent, idem Atheniensis censet faciendum esse ab iis, qui infantes ac puerulos velint aliquando validos atque pulcros fieri.

C. λαβόντες ὑπὸ μάλης ἕκαστος] Ἐκαστος plurali iunctum illustrat Matthiae Gr. §. 302. a. ann. Verba ὑπὸ μά-

λης Schulthessius tanquam otiosa ac supervacanea delenda putabat. Iniuria. Nam ὑπὸ μάλης, sub ala, sub axilla, aliquid gestare, omnino etiam dicuntur qui clam et furtim aliquid faciunt. v. Bekker. Anecd. I. p. 194. 7. Suidas s. v. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. p. 64. E. Vol. I. p. 498. Nimirum quae sub ala superinduta tunica gestantur, ea non conspiciuntur. Quamquam ne opus quidem est, ut ad improprium formulae usum confugiamus. Nam et quae in manu et quae ulna gestantur, ea possunt ὑπὸ μάλης gestari dici, quandoquidem utraque veste superiecta queunt occultari. Atque ea vi et significatione formulam nunc acciperim, de cuius usu v. etiam Gorg. p. 469. D. Xenoph. Hell. II. 3. 16. Aristoph. Lysistr. v. 985.

D τὰ σώματα πάντα ὑπὸ τῶν σεισμῶν τε καὶ κινή-
σεων κατακινούμενα ἀκοπα ὀνίναται πάντων, ὅσα
τε ὑπὸ ἐαυτῶν ἢ καὶ ἐν αἰώραις ἢ καὶ κατὰ θα-
λάτταν ἢ καὶ ἐφ' ἵππων ὄχουμένων καὶ ὑπ' ἄλλων
ὄπως οὖν δὴ φερομένων τῶν σωμάτων κινεῖται, καὶ
διὰ ταῦτα τὰς τῶν σίτων τροφὰς καὶ ποτῶν κατα-
κρατοῦντα ὑγίαιαν καὶ κάλλος καὶ τὴν ἄλλην ῥώμην
ἡμῖν δυνατὰ ἐστὶ παραδιδόναι. Cap. II. Τί οὖν
E δεῖν ποιεῖν; βούλεσθε ἅμα γέλωτι φράζωμεν, τιθέν-
τες νόμους, τὴν μὲν κύουσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμε-
νον δὲ πλάττειν τε οἶον κήρινον, ἕως ὑγρόν, καὶ μέ-

D. κινήσεων κατακινούμενα] Editt. omn. κινήσεων κινού-
μενα. Sed κινήσεων καὶ κινούμενα A. Ω. x. a. Quod unde ortum
sit, docet marg. Voss. κατακινούμενα. Id igitur restituumus.

ἐν αἰώραις] V. ἐώραις, in vitis omnibus codd.

καὶ ὑπ' ἄλλων ὄπ.] V. ἢ καὶ ὑπ. Recte ἢ om. A. E. Ω.
v. f. h. r. a. c.

E. γέλωτι φράζωμεν] φράζωμεν Ω. a. supra vers. idem
Flor. δ. habet a pr. m.

βίαι ἐπερειδομένων] ἀπερειδομένων Ω. v. a. δ. et a m.

D. ὅτι τὰ σώματα πάντα
—] De gestationis et vectatio-
nis utilitate v. etiam Tim. p.
88. D. 89. E. Aristot. De
Rep. VII. 17. in Plutarch.
De sanitat. tuenda c. 15. —
κατακινούμενα ἀκοπα, i.
q. ὡς ἀκοπα, s. ὥστε ἀκοπα εἶ-
ναι. Prave vulgo post κατακι-
νούμενα commate incidebatur
oratio, quod vitium prudenter
sustulit Astius. Pro πάντων
Stobaeus Serm. XLIX. p.
549. habet πάντως, in vitis Pla-
tonis codicibus. Nec opus est
mutatione, quum πάντων rectis-
sime post σεισμῶν καὶ κινήσεων
inferri plane evincant quae dein-
ceps adduntur: ὅσα τε ὑπὸ ἐαν-
τῶν κ. τ. λ. De hiatu verborum
ὑπὸ ἐαυτῶν v. ann. ad Pro-
tagor. p. 352. D. Vocalium
concursonem a Platone non esse

vitam Cicero scribit Orator.
c. 44. §. 151. Pro αἰώραις vulgo
codicibus in vitis scribebatur ἐώ-
ραις, quod ne quis porro tueri
conetur, prohibebunt certe quae
disputarunt Kusterus ad Suid.
I. p. 781. Wesseling. ad Dio-
dor. T. II. p. 289. Wytttenb. ad
Plut. Moral. p. 130. C. Vocatur
autem αἰώρα ab Latinis ges-
tatio, quae qualis fuerit,
ostenderunt intpp. ad Sueton.
Vitell. 16. Vespas. 21. Claud.
33. Mercurial. Art. Gymn.
VI. 9, 10, 11. Foës. Oecon.
Hipp. in voc. Αἰώρα. Wytten-
bach. l. c. Nimirum cernitur
ea omnino in motu cuiusvis ge-
neris, quo corpus in sublime
sublatum movetur et huc atque
illuc agitur, excepta tamen, ut
videtur, equitatione. Nostrates
rem vocant das Schaukeln.

χοι δυοῖν ἐτοῖν σπαργανᾶν; καὶ δὴ καὶ τὰς τροφὰς
ἀναγκάζωμεν νόμῳ ζημιοῦντες τὰ παῖδια ἢ πρὸς
ἀγροὺς ἢ πρὸς ἱερά ἢ πρὸς οἰκίους αἰεὶ πη φέρειν,
μέχρι περ ἂν ἰκανῶς ἴστασθαι δυνατὰ γίνηται, καὶ
τότε διευλαβουμένας, ἔτι νέων ὄντων μὴ πη βίαι
ἐπερειδομένων στρέφηται τὰ κῶλα, ἐπιπονεῖν φερού-
σας, ἕως ἂν τριετὲς ἀποτελεσθῇ τὸ γενόμενον; εἰς
δύναμιν δὲ ἰσχυρὰς αὐτὰς εἶναι χρῶν καὶ μὴ μίαν;
ἐπὶ δὲ τούτοις ἐκάστοις, ἂν μὴ γίνηται, ζημίαν τοῖς 790
μὴ ποιούσι γράφωμεν; ἢ πολλοῦ γε δεῖ; τὸ γὰρ ἄρτι
ῥηθὲν γίγνεται ἂν πολὺ καὶ ἄφθονον.

ΚΑ. Τὸ ποῖον;

sec. c. Dein Steph. et Schneider. τριετὲς edidit, adversantibus
Ald. Bas. 1. 2. Vat. Ricc. et Florentinis. Nimirum τριετὲς pro
adverbio est, sed τριετὲς adiectivum. v. Coraem ad Heliodor.
p. 103.

P. 790. ποιούσι γράφωμεν; γράφωμεν E. c. cum Ald.
Lov. Bas. 1. 2. Dein ante Steph. erat πολλοῦ γε δεῖ. Veram
lectionem suppeditarunt codd., ex quibus πολλοῦ τε δεῖ Flor. a.
Voss. x. et pr. Ω. A. Mox Steph. ἀφλεῖν pro ἀφλεῖν, ut recte
Ω. r. scribunt.

Mox pro ὄχουμένων cum Astio
et Hermanno scribendum ar-
bitror ὄχοῦμενα. Nam ἑποιοί
ipsi certe, quibus vehimur, non
dicuntur ὄχεσθαι. Dein ante
καὶ ὑπ' ἄλλων Stobaeus et
optimi quique codd. ἢ, quod
vulgo legitur interpositum, ma-
gna consensione omittunt. Ita-
que voculam abiecinus.

δυνατὰ ἐστὶ παραδιδό-
ναι] nobis possunt affer-
re et comparare. Nam sub-
iectum est τὰ σώματα. De τὴν
ἄλλην ῥώμην, ac praeter ea
robur, consulas ann. ad Apol.
p. 36. B. Phaed. 110. E. Symp.
p. 191. B. al.

Cap. II. E. βούλεσθε ἅμα
γέλωτι —] una cum risu,
h. e. quantumvis risus tollatur,
trotz dem Gelächter. —

τιθέντες νόμους, h. e. pu-
blicas legibus constitutis iubentes. Pendent hinc infinitivi, qui
continuo subiunguntur.

ἕως ὑγρόν.] Int. ἐστίν. Wyt-
tenbachius ad Plut. Mor. p.
96. A. legendum putabat ἕως
ὑγρόν ἢ, probante Heusdio
Specim. Crit. p. 93. Quae mu-
tatio nec necessaria videtur, nec
per usum loquendi probari po-
test, quippe qui ἕως ἂν ὑγρόν
ἢ flagitat. Significat autem ὑγρόν
id, quod est molle et flexi-
bile; de qua voc. significatione
v. ann. ad Sympos. p. 196. A.
De verbo πλάττειν sic usurpato
v. Legg. II. p. 671. B. IV. p.
712. A. De Rep. II. p. 377. A.

μέχρι δυοῖν ἐτοῖν σπαρ-
γανᾶν] De re consule Be-
cker. Charicl. Vol. I. p. 20.

AΘ. Τὸ γέλωτα ἂν πολὺν ἀφλεῖν ἡμᾶς πρὸς τῷ μὴ ἐθέλειν ἂν πείθεσθαι γυναικεῖά τε καὶ δούλεια ἤθη τροφῶν.

ΚΑ. Ἀλλὰ τίνος δὴ χάριν ἐραμεν αὐτὰ δεῖν ῥηθῆναι;

AΘ. Τοῦδε· τὰ τῶν δεσποτῶν τε καὶ ἐλευθέρων ἐν ταῖς πόλεσιν ἤθη τάχ' ἂν ἀκούσαντα εἰς B σύννοιαν ἀφίκοιτ' ἂν τὴν ὀρθήν, ὅτι χωρὶς τῆς ἰδίας διοικήσεως ἐν ταῖς πόλεσιν ὀρθῆς γιγνομένης μάτην ἂν τὰ κοινὰ τις οἴοιτο ἕξειν τινὰ βεβαιότητα θέσεως νόμων, καὶ ταῦτα ἐννοῶν αὐτὸς νόμοις ἂν τοῖς νῦν ῥηθῆσι χρῆτο, καὶ χρώμενος εὐ τὴν τε οἰκίαν καὶ πόλιν ἅμα τὴν αὐτοῦ διοικῶν εὐδαιμονοῖ.

ΚΑ. Καὶ μάλ' εἰκότως εἶρηκας.

AΘ. Τοιγαροῦν μήπω λήξωμεν τῆς τοιαύτης

πρὸς τῷ μὴ ἐθέλειν] πρὸς τὸ Ald. Lov. Bas. 1. 2. v. f. male. v. explicatt.

B. πόλεσιν ὀρθῆς γιγνομ.] V. ὀρθῶς, quod servavit Schneider. Sed ὀρθῆς A. Q. f. h. r. a. c. δ. o. verissime.

P. 790. πρὸς τῷ μὴ ἐθέλειν ἂν —] praeterquam quod ingenia muliebria ac servilia noluerint obtemperare. v. Phaed. p. 106. C. Symp. p. 195. C. Protag. p. 333. A. ibique ann. Male libri quidam πρὸς τὸ μ. Quod vero τὰ ἤθη dicuntur μὴ ἐθέλειν πείθεσθαι et mox τὰ ἤθη τῶν δεσποτῶν etiam ἀκοῦσαι, disputavit de hoc loquendi genere nuper doctissime Lobeckius ad Dian. v. 7. pag. 73 sqq. ed. 2. Simile quid infra ad p. 798. B. annotavimus.

C. ὄνπερ ἤρρημα τῶν — διαπεραίνειν] Stephanus: „Aut, inquit, scribendum esse puto τὸν περὶ τὰ σώματα μῦθον λεχθέντα, aut ante διαπεραίνειν subaudiendum esse ὥστε.“ Nimirum genitivi cum ἤρρημα coniuncti sunt sic, ut nihilominus infinitivus διαπερα-

reus extrinsecus accedat. Quod genus loquendi, neutiquam insolens illud, unde habeat explanationem suam, videtur ad Timaeum p. 33. C. ostendisse. Conf. etiam quae de eadem re ad Gorg. p. 513. E. Remp. I. p. 342. B. commentati sumus. Similis locus est Legg. III. p. 700. C.

Δάβωμεν τοίνυν τοῦτο οἶον στοιχεῖον —] Recte Ficinus: Hoc igitur tanquam elementum ad utriusque, tam animi quam corporis infantium, cultum accipiamus, perpetuam die nocteque nutritionem agitationemque adhibitam omnibus quidem conferre ceteris. Etenim genitivus σώματος τε καὶ ψυχῆς pendet ex ἀμφοτέρω, ex quo genitivo rursus suspensus est πάντων. Sed insolentius est, quod

νομοθεσίας, πρὶν ἂν καὶ τὰ περὶ τὰς ψυχὰς τῶν πάντων νέων παιδῶν ἐπιτηδεύματα ἀποδῶμεν κατὰ τὸν C αὐτὸν τρόπον, ὄνπερ ἤρρημα τῶν περὶ τὰ σώματα μῦθον λεχθέντων διαπεραίνειν.

ΚΑ. Πάνν μὲν οὖν ὀρθῶς.

AΘ. Δάβωμεν τοίνυν τοῦτο οἶον στοιχεῖον ἐπ' ἀμφοτέρα σώματος τε καὶ ψυχῆς τῶν πάντων νέων, τὴν τιθῆναι καὶ κινήσιν γιγνομένην ὅτι μάλιστα διὰ πάσης νυκτός τε καὶ ἡμέρας, ὡς ἐστὶ ξύμφορος ἅπασιν μὲν, οὐχ ἤμιστα δὲ τοῖς ὅτι νεωτάτοισι, καὶ οἰκεῖν, εἰ δυνατόν ἦν, οἶον αἰεὶ πλείοντας· νῦν δ' D ὡς ἐγγύτατα τούτου ποιεῖν δεῖ περὶ τὰ νεογενῆ παιδῶν θρέμματα. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ ἀπὸ τῶνδε, ὡς ἐξ ἐμπειρίας αὐτὸ εἰλήφασιν καὶ ἐγνώκασιν ὄν χρησιμον αἰεὶ τε τροφοὶ τῶν μικρῶν καὶ αἰεὶ περὶ τὰ

C. ὄνπερ ἤρρημα τῶν — διαπεραίνειν] ἤρρημα Ald. Bas. 1. 2. Lov. Stephanus aut τὸν μῦθον λεχθέντα scribendum aut ante διαπεραίνειν int. ὥστε putabat. v. expl.

νυκτός τε καὶ ἡμέρας] Sic A. Q. v. f. h. r. a. c. Vulgo πάσης τε νυκτός καὶ ἡμέρας, ut reliqui codd.

deinceps subiicitur: καὶ οἰκεῖν — οἶον αἰεὶ πλείοντας. Quippe istud quidem manifestum est anacoluthon, quandoquidem scriptor haec addidit perinde ac si antecessisset: ὡς ἐστὶ ξύμφορον ἅπασιν τιθῆναι καὶ κινήσιν γιγνομέναις κ. τ. λ.

D. ὡς ἐγγύτατα τούτου] ita ut quam proxime ad illud accedatur; quam simillime. Male alii: quod proxime ab hoc abest, repugnante sententia.

καὶ ἀπὸ τῶνδε, ὡς ἐξ ἐμπ.] colligere id etiam exinde debemus, quod idem ex usu repetierunt et utile cognoverunt tam nutrices parvulorum quam ceteris. De plurali numero τῶνδε, ubi τοῦδε expectes, posito v. ad Gorg. p. 447. B. Apol. 19. D. De Rep. VI. p. 504. D. Legg. III. p. 689. B. al.

Plat. Opp. Vol. X. Sect. II.

καὶ αἰεὶ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι] Locus perquam obscurus et multis magnisque dubitationibus obnoxius, quem alii aliter interpretari conati sunt. Et plerique quidem interpretes in ea fuerunt sententia, ut morbosam quandam affectionem a Corybantibus profectam vel immisam significari putarent ex nimia quadam mentis animique concitatione oriundam et cum vesania atque insomniis coniunctam, quam mulieres saltatione et cantu sanare consueverint. In qua sententia praeter alios fuerunt Astius ad h. l. Ruhken. ad Tim. p. 163 sq. Voegelinus in Interpret. Germ. ad h. l. qui genus quoddam saltationis Sancti Viti significari sibi persuasit. In quo duplex error dominatur. Nam primum quidem quod cogitarunt

τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι ἤνικα γὰρ ἄν
που βουλευθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσπνοῦντα τῶν

de inquiete et insomnia, quae per mulieres curata sit, non viderunt optimi homines, infantibus quidem a Platone tribui insomniam, sed corybantibus non item, quippe qui una tantum mentis concitatione inquietari dicuntur. Nimirum in fraudem illi manifesto inducti sunt eo, quod paulo post ad verba haec: καθάπερ αἱ τῶν ἐκφόρων βικχιῶν ἰάσεις — μούση χρωμέναι, intelligi oportere putarunt ex superioribus: κατακοιμίζουσι τοὺς δυσπνοῦντας. At multo rectius ibi statueris aut per zeugma ποιῶσιν intelligendum, aut, quod eodem redit, repetendum esse: οὐχ ἡσυχίαν προσφέρουσιν, ἀλλὰ τοῦναντίον κίνησιν, καὶ οὐ αἰγὴν ἀλλὰ μελωδίαν. Atque hanc rationem unice veram esse, quum haec ipsa verba doceant, in quibus non alia de re agitur nisi de motionis et agitationis ad comparandam corporis animique quietem utilitate; tum prorsus evincunt illa, quae p. 791. A. leguntur, ubi infantibus quidem dicitur per eiusmodi motum somnus adduci, corybantibus autem saltatione et tibarum incentione, diis auxiliantibus, afferri hoc utilitatis, ut pro furiosis affectibus sanae mentis habitum recuperent. Quae quum ita sint, intelligi hinc licebit, quidnam aliud sit, in quo alterum errorem latere diximus. Nam quae viri docti scripserunt de aegrotantibus, qui tibarum cantum sibi visi sint mentis insaniam quadam delusi perpetuo exaudire et quasi furis agitati sint vexatique insomniis, ea quum ex aliis locis male intellectis temere sint conficta, tum ab hoc loco omnino abhorrent. De qua re nuper peculiari commentatione exposuit Alb. Iah-

nus, Bernas, in Iahnii nostri et Klotzii Annal. Novv. Supplem. Vol. X. Fascic. 2. Quamquam cum viro doctissimo quum de aliis quibusdam dissentimus, tum etiam de significatione, quam p. 222 sqq. verbo κορυβαντιῶν tanquam primitivam attribuit. Quod enim illud arbitrat adhiberi ad declarandum affectum et actionem Corybantum sive Gallorum, id est, sacerdotum matris deum, quandoquidem verba in τῶν terminata teste Lobeckio ad Phrynich. p. 79 sqq. ad animi affectiones et perturbationes significandas adhibeantur; id a vero recedit longissime. Nusquam enim illud de ipsis Corybantibus dicitur, sed unice usurpari solet de iis, qui more Corybantum fanatico furore correpti insanunt et delirant. Est enim Corybantio furore laborare sive affectum esse. Unde apparet, cur non potuerit dici de ipsis Corybantibus, a quibus rei nomen petitum est. Etenim Corybantum sacra constat peracta esse singulari enthusiasmo, ita ut ipsi miro quodam furore perciti et agitati viderentur. v. Lobeck. Aglaopham. Vol. II. p. 1139 sqq. 1153 sqq. Creuzer. Symbol. u. Mytholog. V. II. p. 40 sq. Böttiger. Ideen zur Kunstmythologie Vol. I. p. 287 sq. Hoeck. Creta v. I. p. 203 sqq. Hinc κορυβαντιῶν omnino dicuntur ii, qui more Corybantum insolito quodam enthusiasmo et sacro tanquam furore cientur ac veluti extra se rapiuntur. Ex qua una significatione multiplex verbi usus facili negotio declarari et illustrari potest. Transfertur enim ad designan-

παιδίων αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσιν, ἀλλὰ τοῦναντίον κίνησιν, ἐν ταῖς ἀγκάλαις αἰ

dam omnis generis concitationem mentis animique insolentiorum eiusque varias affectiones indicandas, sicuti vel ex his locis intelligi licebit: Plat. Crit. p. 54. D. Phaedr. p. 228. B. Symp. p. 215. E. Ion. p. 533. E. 536. C. Aristoph. Vesp. v. 8. Lucian. Hermotim. 63. al. conf. etiam Strabo X. p. 473. Atque hunc ipsum enthusiasmum, cum insolita quadam animi inquiete et perturbatione coniunctum, etiam hoc loco significari manifestum putamus. Qui quoniam tanquam morbus aliquis videbatur esse divinitus immissus, hinc eius ἰάματα vel ἰάσεις dicuntur reperiri, quae ritibus quibusdam peragantur. v. pag. 791. E. Atque hic tertius error notandus venit. Putarunt enim viri docti, Ruhkenius, Astius, Iahnus, denique omnes, quicumque de hac re unquam commentati sunt, veteres credidisse, istam mentis insaniam a Corybantibus immitti solere. Quod perquam ineptum est planeque absurdum. Quid rei sit, paucis iuvabit monuisse. Pertinent enim huc verba Hermiae in Phaedrum p. 105. εἰοὶ δὲ καὶ (praeter τοὺς νυμφολήπτιους) πανόληπτοι καὶ μητρολήπτιοι καὶ κορυβαντισμοί. Ubi qui memorantur μητρολήπτιοι, ii certe non sunt alii, opinor, quam qui a magna matre deum credebantur esse concitati atque perciti, eoque in κορυβαντισμοῖς coniecti. Verum haec de re universa. Et ante omnia quidem verba Platonis haec: αἱ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι accuratius illustranda sunt. Quae dici non potest quam misere a criticis vexata sint. Nam primum quidem

Astius scribendum censuit περὶ τὰ τῶν κορυβαντιῶν, ipsis Corybantibus eiectis et expulsis. Cui reluctatur Alb. Iahnus l. c. p. 237 sq. furores a Corybantibus immisos intelligendos esse ratus. Sed ut largiamur, τὰ τῶν κορυβάντων recte dici posse furores ab iis injectos, tamen unde Iahnus cum aliis, qui ita statuerunt, acceperit veteres credidisse, furores illos posse ab istis sacerdotibus immitti, iuxta cum ignarissimis ignoramus. Nimirum falso hoc ita statui, vel ex eo apparet, quod nullis omnino sacerdotibus a veteribus Graecis aut Romanis eiusmodi vis divina attribuitur. Sed de hoc errore iam antea dictum est. Itaque τὰ τῶν Κορυβάντων omnino sunt quae Corybantibus accidunt, h. e. fanatici eorum furores cum inquiete et perturbatione consociati, ideoque omnino etiam affectiones et perturbationes mentis eorum, qui similia atque illi paterentur. Hoc autem si vere ita iudicatur, facile apparet, vanam esse etiam alteram Astii coniecturam, qua pro τελοῦσαι scribendum censuit ὄσαι, nec pluris faciendam esse rationem Winkelmani ad Plutarchi Amator. p. 176. ἰάματα ἔχουσαι coniectantis. Neque enim in unum coniungenda sunt ista: περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα, quae fuit optimorum virorum opinio, sed ἰάματα trahendum est ad τελοῦσαι, et περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων seorsum accipiendum. Postremum rectissime perdidit etiam Iahnus l. c. p. 237. falsus ille tamen in eo, quod verba sic interpretatur: quae medelas perficiunt inservientes furoribus a

E οσειουσαι, καὶ οὐ σιγὴν ἀλλὰ τινα μελωδίαν, καὶ ἀτεχνῶς οἷον καταυλοῦσι τῶν παιδίων, καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν λάσεις ταύτη τῇ τῆς κινήσεως ἅμα χορεία καὶ μούσῃ χρώμεναι.

KΔ. Τίς οὖν αἰτία τούτων, ὦ ξένη, μάλιστα ἔσθ' ἡμῖν;

AΘ. Οὐ πάνυ χαλεπὴ γινώσκειν.

KΔ. Πῶς δῆ;

AΘ. Διαιτνεῖν ἐστὶ πον ταῦτ' ἀμφοτέρα τὰ

E. καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρ.] ἢ pro αἱ A. E. Ω. v. f. h. a. c. o. δ.

P. 791. ἐν τῇ ψυχῇ φαίνεται] φαίνεσθαι Ω. v. f. h. r. a. c. δ. o. errore manifesto. Nam ineptum est istud: ἀπεργασαμένη φαίνεσθαι γαλήνην, ubi effecit, ut in animo appareat tranquillitas. Receptit tamen φαίνεσθαι Schneider. com-

Corybantibus immissis. Nimirum τελειν verbum est proprium in re sacra, unde λάματα τελειν dicuntur mulieres, quae ritu quodam sacro remedia adhibent, quibus vis furoris et insaniae repellatur. Περί autem significat quod attinet, poniturque rectissime propterea, quod λάματα τελειν per se est remedia adhibere, medicinam solemnī ritu facere. Itaque clarissime apparet, opinor, locum ita esse comparatum, ut, dummodo recte fuerit explicatus, nulla plane mutatione indigeat. Faciendum tamen putamus, ut etiam alia quaedam ad eius illustrationem pertinentia adiciamus. Primum igitur quod mulieres dicuntur huic furori mederi solitae esse, id certe nemini mirum accidet, qui meminerit, illarum non modo in Dionysiis, verum etiam in sacris magnae matris deum praecipuas fuisse partes; de qua re v. Lobeck. Aglaopham. I. p. 629 sqq. Quocirca aptissimae sane videri debuerunt ad averruncandum malum ab ipsa magna matre deum τοῖς μητρολήπτους immissum. Porro sa-

nationes istae dicuntur fuisse λάσεις τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν. Quod rursus sollicitavit Astius praecipitato utique iudicio. Intelliguntur enim sanationes furorum, quibus mens extra se rapitur, ut profecto non opus sit commento isto, quod ille proposuit, τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν, i. e. insane bacchantium. Ad λάσεις χρώμεναι vero noli cum Astio εἶδος intelligere, quod certe ad explendam et consummandam sententiam non satis est, sed cogita potius omnino ποιούσιν, zeugmate non ita raro, hoc est, repete ex superioribus οὐχ ἡσυχίαν — προσφέρουσιν, ἀλλὰ τούναντιον κίνησιν. Alioquin enim scriptor pro χρώμεναι posuisset potius χρώνται. Denique ταύτη τῇ τῆς κινήσεως χορεία καὶ μούσῃ est: nota illa, celebrata illa, chorea et musica cum motu coniuncta, de quo usu pronomini v. Legg. III. p. 677. A. IV. p. 705. E. ibique ann. Qualis vero ea fuerit, id ipse Plato significat mox p. 791. A. Atque his expositis omnia putamus iam adeo clara esse ac perspicua, ut dubitationi

πάθη, καὶ ἔστι δειμάτα δι' ἕξιν φαύλην τῆς ψυχῆς τινά. ὅταν οὖν ἕξωθεν τις προσφέρῃ τοῖς τοιοῦτοις πάθει σεισμόν, ἢ τῶν ἕξωθεν κρατεῖ κινήσις προσ- 791 φερομένη τὴν ἐντὸς φοβεράν οὔσαν καὶ μανικὴν κίνησιν, κρατήσασα δὲ γαλήνην ἡσυχίαν τε ἐν τῇ ψυχῇ φαίνεται ἀπεργασαμένη τῆς περὶ τὰ τῆς καρδίας χαλεπῆς γενομένης ἐκάστων πηδῆσεως, παντάπασιν ἀγαπητόν τι· τοὺς μὲν ὕπνου λαχάνειν ποιεῖ, τοὺς δ' ἐρηγορότας ὄρχουμένους τε καὶ αὐλουμένους μετὰ

mate post πηδῆσεως et ἀγαπητόν τι posito. Ac servat φαίνεται cod. Paris. A. Dein consentientibus Turicensibus post ἀγαπητόν τι colon et post πηδῆσεως comma fecimus. Vulgo post πηδῆσεως plene interpungebatur, commate post ἀγαπητόν τι facto. v. explicatt.

vix adhuc locus relictus videatur. Nam quod ad καὶ οὐ σιγὴν ἀλλὰ τινα μελωδίαν item intelligendum est προσφέρουσιν, ita quidem ut per epexegetin subiungatur: καὶ ἀτεχνῶν — τῶν παιδίων, id certe nihil molestiae habere arbitramur.

E. ἀλλὰ τινα μελωδίαν] Cantiunculae eiusmodi nuticum vocabantur βανκαλήματα vel βανκαλήσεις. Athenaeus XIV. 10. p. 618. αἱ δὲ τῶν τιθενούσων ᾠδαὶ καταβανκαλήσεις ὀνομάζονται. De re conf. etiam Aristot. Pol. VII. 17, 15. §. 2. p. 310 sq. ed. Schn.

Διαιτνεῖν ἐστὶ πον ταῦτ' ἀμφοτέρα τὰ πάθη] H. e. utraque illae affectiones et infantum et Corybantio furore correptorum. Διαιτνεῖν est fere nostrum zagen.

P. 791. τῆς περὶ τὰ τῆς καρδίας] Genitivus τῆς πηδῆσεως pendet ex γαλήνην ἡσυχίαν τε, hoc sensu: manifesto efficit tranquillitatem et quietem molestae utrorumque cordis trepidationis. Nam περὶ τὰ τῆς καρδίας rursus liberiore oratio-

nis structura ponitur diciturque pro τῆς καρδίας.

παντάπασιν ἀγαπητόν τι· τοὺς μὲν ὕπνου —] Praeve haec vulgo distinguuntur, pleniore interpunctione post πηδῆσεως facta et commate post ἀγαπητόν τι illato. Imo verba: παντάπασιν ἀγαπητόν τι praecedenti sententiae per appositionem adduntur, hoc sensu: id quod omnino magni faciendum est. Quo facto reliqua superioribus per epexegetin non addito γὰρ accedunt. Usus verbi ἀγαπᾶν, quo significat magni aestimare, ad Phaedon. p. 110. D. declaravimus. Quod vero ista: τοὺς μὲν ὕπνου κ. τ. λ. explicationis gratia sine coniunctione adduntur, nihil est hoc usu loquendi apud Platonem frequentius. v. Indices nostros ad Vol. I. II. al. in voc. Asyadeton. Quocirca Astium mireris concipientem: πηδῆσεως, καὶ, παντάπασιν ἀγαπητόν τι, τοὺς μὲν κ. τ. λ. cuiusmodi emplastro profecto non opus est. Universi loci sententia haec est: nam his quidem (infantibus) somnum adducit; il-

θεῶν, οἷς ἂν καλλιερῶντες ἕκαστοι θύωσι, κατειρ-
B γάσατο ἀντὶ μαρτυρῶν ἡμῖν διαθέσεων ἕξεις ἐμφρονας
107 ἔχειν. καὶ ταῦτα, ὡς διὰ βραχέων γε οὕτως εἰπεῖν,
πιθανὸν λόγον ἔχει τινά.

KΛ. Πάνν μὲν οὖν.

AΘ. Εἰ δέ γε οὕτω τοιαύτην τινά δύναμιν ἔχει
ταῦτα, ἐννοεῖν χρὴ τόδε παρ' αὐτοῖς, ὡς ἅπασα
ψυχὴ, δέμασι ξυνοῦσα ἐκ νέων, μᾶλλον ἂν διὰ φό-
βων ἐθίζοιτο γίγνεσθαι. τοῦτο δέ που πᾶς ἂν φαιή
δειλιάσασθαι ἄλλ' οὐκ ἀνδρείας γίγνεσθαι.

KΛ. Πῶς γὰρ οὐ;

C AΘ. Τὸ δέ γε ἐναντίον ἀνδρείας ἂν φαῖμεν ἐκ
νέων εὐθύς ἐπιτήδευμα εἶναι, τὸ νικᾶν τὰ προσπί-
πτονθ' ἡμῖν δέματά τε καὶ φόβους.

KΛ. Ὅρθῶς.

AΘ. Ἐν δὴ καὶ τοῦτο εἰς ψυχῆς μόριον ἀρετῆς,
τὴν τῶν παντελῶς παιδῶν γυμναστικὴν ἐν ταῖς κι-
νήσεσι, μέγα ἡμῖν φῶμεν ξυμβάλλεσθαι.

KΛ. Πάνν μὲν οὖν.

B. διὰ βραχέων γε οὕτως] τε v. f. h. r. a. c. o. d. cum
Ald. Bas. 1. 2. Lov. Mox *El δέ τε* pro *El δέ γε* A. E. Ω.

τοῦτο δέ που πᾶς ἂν φ.] Sic A. Ω. f. h. r. a. δ. o. Vett.
editt. πᾶ. Dein c. δ. o. utroque loco ἀνδρείας. De codicibus
Bekkeri non constat. Recepit is hic quoque ἀνδρείας, non addita
admonitione. Sed v. ann. crit. ad Legg. l. 631. C. 632. E. 648.
B. al.

los vero (corybantio fu-
rore correptos) vigilan-
tes saltatione et tibiaram
incentione, deorum auxi-
lio, quibuscumque litan-
tes (faustis ac propitiis
diis) sacra faciunt, ut pro
furiosis affectibus sanae
mentis habitum recupe-
rent. Loquutione ἅπανου λα-
χάνειν utitur etiam Xenophon.
Anabas. III. 1, 11. μικρὸν δὲ
ἅπανου λαχῶν εἶδεν ὄταρ.

B. διὰ φόβων ἐθίζοιτο
γίγνεσθαι] διὰ φόβων γίγνε-
σθαι i. q. φοβῆσθαι, notissimo
usu loquendi, de quo praeter
Valcken. ad Phoen. v. 482.
intpp. ad Rann. Aristoph. v.
1459. Soph. Oed. Tyr. v. 773.
Elmslei. Eur. Med. v. 842.
Wytttenbach. ad Eclogg. Hist.
p. 388. consuluisse iuvabit Mat-
thiae Gr. Gr. §. 580. e. Fru-
stra igitur Cornarius pro γί-
γνεσθαι legendum coniecit
κινεῖσθαι, quam viri coniectu-

AΘ. Καὶ μὴν τό γε μὴ δύσκολον ἐν ψυχῇ καὶ
τὸ δύσκολον οὐ σμικρὸν μόριον εὐψυχίας καὶ κακο-
ψυχίας ἐκάτερον γιγνόμενον γίγνοιτ' ἂν.

KΛ. Πῶς δ' οὐ;

AΘ. Τίνα οὖν ἂν τρόπον εὐθύς ἐμφύοιθ' ἡμῖν D
ὁπότερον βουλευθῆμεν τῷ νεογενεῖ, φράζειν δὴ πει-
ρατέον, ὅπως τις καὶ καθ' ὅσον εὐπορεῖ τούτων.

KΛ. Πῶς γὰρ οὐ;

Cap. III. AΘ. Λέγω δὴ τό γε παρ' ἡμῖν δό-
γμα, ὡς ἡ μὲν τροφὴ δύσκολα καὶ ἀκράχολα καὶ
σφοδρά ἀπὸ σμικρῶν κινούμενα τὰ τῶν νέων ἡθῆ
ἀπεργάζεται, τὸ δὲ τούτων ἐναντίον ἢ τε σφοδρά
καὶ ἀγρία δούλωσις ταπεινοῦς καὶ ἀνελευθέρους καὶ
μισανθρώπους ποιοῦσα ἀνεπιτηδείους ξυνοίκους ἀπο-
τελεῖ.

KΛ. Πῶς οὖν δὴ χρὴ τὰ μήπω φωνῆς ξυνιέντα E
μηδὲ παιδείας τῆς ἄλλης δυνατὰ γεῦεσθαι πῶ τρέ-
φειν τὴν πόλιν ἅπασαν;

AΘ. Ὡδέ πως φθέγγεσθαι που μετὰ βοῆς εὐ-

D. καὶ καθ' ὅσον] καὶ om. A. et pr. Ω.

καὶ ἀκράχολα καὶ σφοδρά] V. ἀκράχολα, quod ex A. Ω.
a. c. δ. mutatum. Dein vett. editt. καὶ σφοδρά, in vitis Ω. pr.
Verum restituit Bekker. Mox A. Ω. v. f. h. r. ἢ τε σφοδρά καὶ
ἀγρία δ. pro ἢ γε σφ. recte. Traiectum enim τε est pro ἢ σφo-
δρά τε καὶ ἀγρία. Receperunt τε etiam Herm. et Turr.

ram Stephanus tanquam li-
bri alicuius sectionem memorat.
Bipontini editores etiam prae-
clarum nominare non dubitave-
runt.

C. γιγνόμενον γίγνοιτ'
ἂν] H. e. εἰ γίγνοιτο, γίγνοιτ'
ἂν.

Cap. III. D. τὸ δὲ τού-
των ἐναντίον ἢ γε σφ.] Per-
peram in editt. omnibus post
ἐναντίον et δούλωσις commate

inciditur oratio. Nam τὸ δὲ
τούτων ἐναντίον est: contra
autem, quod contra, ha-
betque vim et potestatem ad-
verbii. Pro γε quod codd. ple-
rique τε scriptum exhibent, inde
Winckelmannus legendum
coniecit ἢ τότε φ. me quidem
non consentiente. Corruptum
est γε, quod male habuit scri-
bas vocula inter articulum et
nomen, ad quod pertinet, col-
locata.

θὺς πᾶν εἴωθε τὸ γενόμενον, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· καὶ δὴ καὶ τῷ κλαίειν πρὸς τῇ βοῇ μᾶλλον τῶν ἄλλων συνέχεται.

ΚΑ. Πάνν μὲν οὖν.

792 ΑΘ. Οὐκοῦν αἱ τροφοὶ σκοποῦσαι, τίνος ἐπι-
θνημεῖ, τοῦτοις αὐτοῖς ἐν τῇ προσφορᾷ τεκμαίρου-
ται· οὗ μὲν γὰρ ἂν προσγερομένου σιγᾷ, καλῶς οἴον-
ται προσφέρειν, οὗ δ' ἂν κλαίῃ καὶ βοᾷ, οὐ καλῶς.
τοῖς δὴ παιδίσι τὸ δῆλωμα ὧν ἐρεῖ καὶ μισεῖ κλαυ-
θμοναὶ καὶ βοαί, σημεῖα οὐδαμῶς εὐτυχῆ. ἔστι δὲ
ὁ χρόνος οὗτος τριῶν οὐκ ἐλάττων ἐτῶν, μόριον οὐ
σμικρὸν τοῦ βίου διαγαγεῖν χεῖρον ἢ μὴ χεῖρον.

ΚΑ. Ὁρθῶς λέγεις.

ΑΘ. Ὁ δὴ δύσκολος οὐδαμῶς τε ἰλεως ἄρ' οὐ

E. εἴωθε τὸ γενόμενον] Sic A. pr. pro γενώμενον, quod praeeunte Bekkero mutare placuit. v. ad Criton. p. 50. E. Bekk. etiam de suo dedit κλαίειν et mox κλάη, codicibus non suffragantibus.

P. 792. B. εἴ τις τὰ τρεῖς ἐτη] τὰ τριετῆ Ald. Lov. Bas. 1. 2. A. E. v. r. a. c. d. x. et γρ. Ω. unde sponte nascitur τὰ

πᾶν εἴωθε τὸ γενόμενον] Sic codex optimus pro vulg. γενώμενον. Criton. p. 50. D: ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφὴν τε καὶ παιδείαν. ubi aliquot codd. item γενωμένου. Supra VII. p. 789. E. codd. omnes fere bis τὸ γενόμενον firmant. Idem XI. p. 930. D. codd. optimi: τὸ γενόμενον pro vulg. τὸ γενώμενον. Dein pro vulg. κλαίειν, quod codd. tuentur, Bekkerus cum Astio libris inivitis scripsit κλαίειν. Attica, quam grammatici ferunt, forma κλάω num Platoni ubique reddenda sit, iure dubites. Quamquam eius in plerisque locis extant librorum aliquorum testimonia, veluti Phaedon. p. 117. C. ubi pro ἀπέκλειον nonnulli ἀπέκλειον. De Rep. X. p. 614. E. quo loco inter κλαίουσας et κλαούσας fluctuatur. Sed

Ion. p. 535. D. E. et alibi vulgaris forma omnium librorum communis est. conf. Phileb. p. 48. A. Phaedon. p. 117. D. κλαίων Legg. VII. p. 792. A. ubi libri κλαίει; De Rep. III. 388. C. κλαίοντα. Nimirum res sic videtur esse decernenda. Fuit quidem κλαίειν Atticorum proprium ut ποιεῖν et ποιμα pro ποιεῖν et ποιμα (v. Gregor. Corinth. p. 647.). Sed quemadmodum nemo quisquam ideo ποιεῖν ex Atticorum scriptis ubique expelli voluerit, ita ne κλαίειν quidem a codd. munitum protenus dammandum. Attici enim non ubique iis, quae propria sibi habuerunt, constanter usi esse reperiuntur, sed frequentarunt etiam multa vulgari dialecto communia. Quocirca veterum Grammaticorum de talibus rebus praeceptis utendum

δοκεῖ σαφῶν θρηνώδης τε εἶναι καὶ ὀδυρμῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πλήρης μᾶλλον ἢ χρεῶν ἔστι τὸν ἀγαθόν; B

ΚΑ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ.

ΑΘ. Τί οὖν; εἴ τις τὰ τρεῖς ἐτη πειρῶτο πᾶσαν μηχανὴν προσφέρων ὅπως τὸ τρεφόμενον ἡμῶν ὡς ὀλιγίστη προσεχρησεται ἀληθδόνι καὶ φόβοις καὶ λύπῃ πάσῃ κατὰ δύναμιν, ἄρ' οὐκ οἴομεθα εὐθυμον μᾶλλον τε καὶ ἰλεων ἀπεργάζεσθαι τηρικαῦτα τὴν ψυχὴν τοῦ τρεφόμενου;

ΚΑ. Δῆλον δὴ, καὶ μάλιστα γ' ἂν, ὃ ξένη, εἴ τις πολλὰς ἡδονὰς αὐτῷ παρασκευάζοι.

ΑΘ. Τοῦτ' οὐκέτ' ἂν ἐγὼ Κλεινίᾳ ξυνακολου-
θήσαιμ' ἂν, ὃ θαναμάσι. ἔστι γὰρ οὖν ἡμῶν ἢ
τοιαύτη πρᾶξις διαφθορὰ μεγίστη πασῶν· ἐν ἀρχῇ

p. 1547. intpp. ad Hesiod. Opp. et DD. 299. Xenoph. Mem. II. 6, 4. Heindorf. ad Plat. Protagor. p. 334. A. Atque sic ἀκέρδεια apud Pindar. Olymp. I. 84. pro βλαβή ponitur.

C. θεοῦ τι παίγνιον] Respicitur ad libr. I. p. 644. D.

D. τὸ δ' ἦν ἐν πολέμῳ—] quod contra in bello nec fuit unquam nobis lusus cetera. Perperam vulgo scribebatur τὸδ' ἦν ἐν π. unde Stephanus corrigebat τὸ δ' ἐναντίον ἦν. Verum primus pervidit Heindorf. ad Theaet. p. 334. De τὸ δὲ, quum tamen, quod contra, v. ad Apolog. Soer. p. 25. A. Legg. I. p. 642. A. Plenius Legg. V. p. 731. E. τὸ δὲ ἀληθεία γε. De ἦν, quod pro εἶναι videtur positum esse, v. ann. ad Sympos. p. 198. D. In voce παιδία et παιδεία patronomasiæ lusus inesse, facile apparet.

τὸ δὲ φάμεν ἡμῖν—] Locus corruptus. Si quid video, corrigendum: ὁ δὲ φάμεν κ. τ. λ. nisi praestat τὸδε δὲ φάμεν.

Prius reposuit Hermannus, quod in caussa ambigua factum nollem. Sententia verborum haec est: quod autem dicimus studio nobis esse dignissimum, hoc est, ut unusquisque vitam traducat in pace quam optimam et longissimam. Deinde scribe: τίς οὖν ὀρθότης; παίζοντά ἐστι διαβιωτέον ἢ πᾶς δὴ παιδίας, θύοντα κ. τ. λ. quaenam igitur est recta ratio? Nimirum vita lusus quasi quibusdam transigenda est, sacrificando et canendo et saltando cetera. De interrogatione medio sermone interserta v. ad Symp. p. 178. D. Protagor. p. 343. B. Gorg. p. 453. C. Legg. IV. p. 722. D. al. Accusativus παίζοντα pendet ex διαβιωτέον, de qua structura v. ad p. 793. E. De τῶς δὲ, aliquas scilicet, v. ad Phaedon. p. 107. D. Hermann. ad Sophocl. Antig. v. 158. Stephanus corrigebat: τί οὖν ὀρθότατα παίζοντά ἐστι διαβιωτέον. Bipontinus editor malebat: τίς οὖν ὀρθότης, ἢ παίζοντα ἐστι

ΚΑ. Πῶς;

AΘ. Νῦν μὲν που τὰς σπουδὰς οἴονται δεῖν ἕνεκα τῶν παιδιῶν γίνεσθαι· τὰ γὰρ περὶ τὸν πόλεμον ἡγούνται σπουδαῖα ὄντα τῆς εἰρήνης ἕνεκα δεῖν εὐ τίθεσθαι. τὸ δ' ἦν ἐν πολέμῳ μὲν ἄρα οὐτ' οὖν παιδία περὶ κνῖα οὐτ' αὖ παιδεία ποτὲ ἡμῖν ἀξιόλογος, οὔτε οὐσα οὐτ' ἐσομένη. τὸ δὲ φάμεν ἡμῖν γε εἶναι σπουδαιότατον· δεῖ δὲ τὸν κατ' εἰρήνην βίον ἕκαστον πλείστον τε καὶ ἀριστον διεξελθεῖν. τίς οὖν ὀρθότης; παίζοντα ἐστὶ διαβιωτέον; τίνας δὲ παιδίας; θύοντα καὶ ἄδοντα καὶ ὀρχούμενον, ὥστε τοὺς μὲν θεοὺς ἵλεως αὐτῷ παρασκευάζειν δυνατόν εἶναι, τοὺς δ' ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι καὶ νικᾶν μαχόμενον. ὁποῖα δὲ ἄδων ἂν τις καὶ ὀρχούμενος ἀμφότερα ταῦτα πράττοι, τὸ μὲν τῶν τύπων εἴρηται καὶ

διαβιωτέον; quo arrepto Astius mox post μαχόμενον comma intulit atque ordinem verborum eum instituit, qui omnino est intolerabilis. Winkermannus denique coni. τίς οὖν ὀρθότης; τί παίζοντά ἐστὶ διαβ. κ. τ. λ. quod vereor ut ulla ex parte probari possit. Denique Hermannus similiter ac nos coniecimus scripsit: τίς οὖν ὀρθότης; παίζοντα ἐστὶ διαβιωτέον ἢ πᾶς δὴ παιδίας θύοντα. καὶ νικᾶν μαχόμενον] Libr. I. p. 638. E. ὀρχόμεν νικῶντας μαχόμενος. III. p. 699. C. — ἀμφότερα ταῦτα, i. e. τὸ τοὺς θεοὺς ἵλεως αὐτῷ παρασκευάζειν καὶ τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἀμ. καὶ νικᾶν.

τὸ μὲν τῶν τύπων εἴρηται] per adumbratum quidem certe ac summam declaratum est. In his μὲν ponitur solum, quoniam reticetur oppositum sententiae membrum, quo fere hoc fuit enuntiandum: ἀκριβέστερον δὲ ἄλλοθεν ἴσως εἰρηται. De usu voc. τύπος v. ann. ad Phileb. p. 61. A. τὸ τοῖνον ἀγαθὸν ἦτορ σα-

φῶς ἢ καὶ τινα τύπον αὐτοῦ ληπτέον. De Rep. II. p. 414. A. ὡς γε ἐν τύπῳ, μὴ δὲ ἀκριβείας εἰρησθαι. VI. p. 491. C. ἔχεις γὰρ τὸν τύπον ὡν λέγω. ἔχω, ἔφη, καὶ ἠδέως γ' ἂν ἀκριβέστερον ἂ λέγεις πύθολμη. Ibid. p. 504. D. VIII. p. 559. A. Protag. p. 354. B. al. Mox p. 816. C. ἐξηγεῖσθαι τύπος. Μέν, ita positum locis innumeris, illustrant Hermann. ad Viger. p. 800. Heindorf. ad Theaet. p. 349. Phaed. p. 5. Charmid. p. 97. Ast. ad Legg. II. 8. Schömann. ad Isaeum p. 177 sq. Matthiae Gr. §. 622. 6. Dein ὁδοὶ τεύμενηται translate dictum pro: via et ratio, quae res accuratius sit tractanda, monstrata est. Τέμνειν ὁδόν est: vel viam secare in orbitas, vel viam sternere, viam munire. v. Herodot. IV. 136. ibique Wesseling. Vol. V. Part. II. p. 293. ed. Schweigh. Thucyd. II. 100. Ἀρχέλαος — τὰ νῦν ὄντα ἐν τῇ χώρᾳ ἀκαδόμισος καὶ ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε. Metaphorice hac dictione usus est etiam

καθάπερ ὁδοὶ τέμνηται, καθ' ἃς ἰτέον προδοκῶντα
καὶ τὸν ποιητὴν εὖ λέγειν τὸ

804 Τηλέμαχ', ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐν φρεσὶ σῆσι νοήσεις,
ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται· οὐ γὰρ ὅτι
οὐ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε τραγέμεν τε.

ταῦτ' ὁ δὴ καὶ τοὺς ἡμετέρους τροφίμους δεῖ δια-
νοουμένους τὰ μὲν εἰρημένα ἀποχρώντως νομίζειν
εἰρησθῆναι, τὰ δὲ καὶ τὸν δαίμονά τε καὶ θεὸν αὐ-
B τοῖσιν ὑποθήσεσθαι θνητῶν τε πέρι καὶ χορειῶν,
οἴστισι τε καὶ ὁπότε ἕκαστα ἕκαστοις προσπαίζοντες
τε καὶ ἰλεούμενοι κατὰ τὸν τρόπον τῆς φύσεως δια-
βιώσονται, θαύματα ὄντες τὸ πολὺ, σμικρὰ δὲ ἀλη-
θείας ἅττα μετέχοντες.

P. 804. ταῦτ' ὁ δὴ καὶ τοὺς ἡμετ.] τοῦτο A. et γρ. Ω.

Pindar. Isthm. VI. v. 31: μν-
ραὶ δ' ἔργων καλῶν τέμνηται·
ἱκατόμπεδοι ἐν σχερῶ κέλευθοι.
Infra p. 810. E. τὴν εὖν τε-
τημένην ὁδὸν πορεύεσθαι. —
καθ' ἃς ἰτέον, i. e. δεῖ ἵέναι,
unde subiungitur προδοκῶντα,
confidentem, sperantem,
existimantem, ut paullo an-
te D. E. παλῶντα διαβιώσονται.

P. 804. Τηλέμαχ', ἄλλα
μὲν αὐτὸς —] Versiculi ex
Odys. III. 26 sqq. depromti,
quibus eleganter significatur,
alia si quae de his rebus con-
stituenda sint, ea suo tempore
prudentibus sponte suppetitura
esse.

B. οἴστισι τε καὶ ὁπότε
—] partim etiam genium
atque deum de sacrificiis
et choreis sibi esse signifi-
catur, quibusnam et
quando singula singulis
ludentes eosque placantes
secundum modum naturae
vitam transacturi sint.
Grammat. in Bekkeri Anecd.
I. p. 44, 17. ἰλεούμενοι· ἀντὶ
τοῦ ἰλασόμενοι. Πλάτων Νόμων

ἰβδόμῳ. Repete vero ad ἰλεού-
μενοι ex antegressis οἴστισι
καὶ ὁπότε. — θαύματα sunt
rursus praestigiosae ima-
gunculae ut Legg. I. p. 644.
D. ad quem locum hic respici-
tur. Plura de iis Ruhnkem.
ad Tim. p. 140 sq.

πρὸς γὰρ θεὸν ἀπιδῶν
καὶ παθῶν εἶπον —] H. e.
καὶ ὑπὸ τούτων παθῶν, eaque
re affectus animo meo et
commotus. Similiter dicitur
τὴν παθῶν, de qua formula v.
Hermann. ad Viger. p. 759.
Infra p. 310. D. τί περὶ τούτων
νῦν καὶ ποῖόν τι πεπονθῶς λέ-
γεις; Sine accusativo παθῶν
positum legitur etiam alibi, ve-
lut Legg. V. 730. A. IX. 870.
D. 874. B. Gorg. p. 520. E. al.
Astius καὶ ante παθῶν delen-
dum putat, quod non est ne-
cessarium. Nec opus ut scri-
batur καὶ τὴν παθῶν, quod ipsi
olim optavimus.

Cap. XI. C. οἰκοδομαίαι
μὲν εἰρηνο —] H. e. me-
moratae sunt, sic sind be-

ME. Παντάπασι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἡμῖν,
ὦ ξένη, διαφραλίξεις.

AΘ. Μὴ θαυμάσης, ὦ Μέγилле, ἀλλὰ ξύγγραθί
μοι· πρὸς γὰρ τὸν θεὸν ἀπιδῶν καὶ παθῶν εἶπον
ὅπερ εἴρηκα νῦν. ἔστω δ' οὖν τὸ γένος ἡμῶν μὴ
γαῦλον, εἴ σοι φίλον, σπουδῆς δὲ τινος ἄξιον.

Cap. XI. Τὸ δ' ἐξῆς τούτοις, οἰκοδομαίαι μὲν
εἰρηνο γυμνασίων ἅμα καὶ διδασκαλείων κοινῶν
τριχῆ κατὰ μέσην τὴν πόλιν, ἔξωθεν δὲ ἵππων αὐ-
τριχῆ περὶ τὸ ἄστυ γυμνασίαι τε καὶ εὐνοχώρια, το-
ξικῆς τε καὶ τῶν ἄλλων ἀκροβολισμῶν ἕνεκα διακε-
κοσμημένα, μαθήσεώς τε ἅμα καὶ μελέτης τῶν νέων.
εἰ δ' ἄρα μὴ τότε ἱκανῶς ἐρῶθήησαν, νῦν εἰρησθῶ
τῷ λόγῳ μετὰ νόμων. ἐν δὲ τούτοις πᾶσι διδασκά-

De'n vulgo διανοθήηται, quod solus Ven. E. habere videtur.

sprochen worden. v. Libr.
VI. p. 764. C sqq. 779. D.

ἵππων — γυμνασίαι] Di-
ctum ut ἵππων καὶ τόξων δε-
δασκαλοὶ p. 794. — εὐνοχώ-
ρια, campi, planities, ad
instituendas exercitatio-
nes equestres et iacula-
tiones. — ἀκροβολισμῶν.
Pertinet huc Grammaticus Bek-
keri I. p. 366, 26. ἀκροβόλοι·
ἀκροβόλοι, τοξοῖται, v. etiam
Hesychius s. v. ἀκροβολίζε-
σθαι.

νῦν εἰρησθῶ τῷ λόγῳ με-
τὰ νόμων] Bene Ficinus:
nunc et sermone dictum
sit et lege sancitum.

ἐν δὲ τούτοις πᾶσι διδα-
σκάλοισι] Laudat haec Euse-
bius Praep. Evang. XIII. 19.
p. 706. c. d. usque ad οὐκ ἂν
πρέπον. Is post πᾶσι interponit
δεῖ. Quod Astius ita ample-
xus est, ut idem istud δεῖ de
coniectura in locum particulae
τε suffecerit post ξένους διδά-
σκαιν interpositae. Hanc enim
particulam nihil habere arbitra-
tur, quo commode possit referri.

De quibus omnibus nobis vide-
tur aliter iudicari oportere.
Nam isto δεῖ certe non indige-
mus, propterea quod infinitivus
διδάσκαιν imperativi vim et si-
gnificationem habet, estque illud
sine dubio ab ipso Eusebio
perspicuitatis gratia interposi-
tum. Neque infinitivus hic praeter
usum et consuetudinem ita
ponitur. Nam quod nuper Klit-
schius in Obs. ad Plat. Gorgiam
p. 7. statuit, tum demum
recte dici infinitivum pro impe-
rativo, ubi iam praecesserit
aut imperativus aut similis im-
perativo dicendi ratio, nosse
debebat vir optimus, istam veterem
esse cantilenam atque iam
dudum a grammaticis merito ex-
plosam, sicuti vel primi versi-
culi Electrae Sophocleae quem-
que edocere possunt. Iam vero
istud τε, ab Astio in contro-
versiam vocatum respondet alte-
ri τε verbis ὅσα τε πρὸς μουσι-
κῆν interposito. Etenim vocula
traiecta est paullulum, quando-
quidem legitima ratio exigebat
ὅσα τε πρὸς τὸν πόλεμόν ἐστι

Δλους ἐκάστων, πεπεισμένους μισθοῖς, οἰκοῦντας ξένους, διδάσκειν τε πάντα ὅσα πρὸς τὸν πόλεμον ἐστὶ μαθήματα τοὺς φοιτῶντας ὅσα τε πρὸς μουσικὴν, οὐχ ὃν μὲν ἂν ὁ πατήρ βούληται, φοιτῶντα,

D. οἰκοῦντας ξένους] οὐκ ὄντας corr. A. et Voss. quod restituendum coniecit Viger. ad Euseb. Praep. p. 68.

μ. Nec tamen trajectio illa nulla caussa nititur. Scriptum enim est διδάσκειν τε πάντα, quoniam pērgi deinceps poterat: διδάσκειν τε ὅσα πρὸς μουσικὴν, quod menti loquentis obversatum est. — πεπεισμένους μισθοῖς, mercede invitatos. — οἰκοῦντας ξένους, ut peregrinos et hospites ibi habitantes. Sunt igitur tanquam peregrini opifices mercede conducti, nec vero eives, quos philosophus vult a tali negotio, utpote minus liberali, omnino procul haberi. Artium magistros primum Charondam publice constituisse, auctor est Diodor. Sic XII. 12: ἐνομοθέτησε γὰρ τῶν πολιτῶν τοὺς νόμους πάντας μανθάνειν γράμματα χορηγούσης τῆς πόλεως τοὺς μισθοὺς τοῖς διδασκάλοις. Idem cap. 14 τὴν γὰρ γραμματικὴν παρὰ τὰς ἄλλας μαθήσεις προέκρινεν ὁ νομοθέτης — ὅθεν οἱ μεγάλων τῶν ἀγαθῶν ἀποστεροῦντο τοὺς ἀγραμμάτους διορθώσατο τῆ νομοθεσία ταύτη καὶ δημοσίας ἐπιμελείας τε καὶ δαπάνης ἤξιωσεν. Sed huius testimonii fidem non sine caussa in dubitationem vocavit Boeckhius Oecon. Athen. T. I p. 133. conf. etiam Heynii Opuscul. Acad. T. II. p. 158 sqq. Neque omnino apud Graecos publicae scholae usquam fuerunt institutae, apud quos etsi leges erant perscriptae de institutione, veluti apud Athenienses, de quibus v. Petiti Legg. Att. p. 12. 239. al. tamen ludī, quos pueri frequen-

tabant, non erant publici, sed hominum privatorum. Atheniensibus quidem teste Diono Cassio libr. LXXI. T. II. p. 1195. ed. Reim. primus Marcus Aurelius dedit publicos literarum doctores eosque stipendio publico conduxit. Quid igitur de aliis populis existimari oportere iudicabimus? v. Hegewisch: Ob bei den Alten es eine öffentliche Erziehung gab? Alton. 1811. 8. König. Opuscul. Latin. ed. Oertel. p. 81. sq. Becker, Charicl. Vol. I. p. 41 sqq. Itaque admiranda sane Platonis sapientia est, qui quid salus publica hoc in genere postularet, neglectis popularium suorum opinionibus princeps fere videtur certius perspectum habuisse. Nostris temporibus idem argumentum tractarunt plurimi, quorum conatus nec plane irritos fuisse compertum habemus.

οὐχ ὃν μὲν ἂν ὁ πατήρ β.] ita quidem, ut non istantum, quem pater voluerit, ludum frequentet, quem vero noluerit, is missas faciat disciplinas, sed, ut aiunt, quisvis vir et puer, quantum fieri possit, necessario instituendus est, quum omnes civitatis potius quam parentum sint. Videntur haec mixta ac temperata esse ex legibus publicis Atheniensium et Spartanorum. Nam Athenis haec lex valebat, ut parentes tenerentur liberos suos gymnastica pariter atque musica, sive arti-

ὃν δ' ἂν μή, ἑῶντα τὰς παιδείας, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον πάντ' ἄνδρα καὶ παῖδα κατὰ τὸ δυνατόν, ὡς τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ τῶν γεννητόρων ὄντας, παιδεύειν ἐξ ἀνάγκης. τὰ αὐτὰ δὲ δὴ καὶ περὶ θη-

τὰ αὐτὰ δὲ δὴ καὶ περὶ θ.] δὴ, quod vulgo deerat, servarunt omnes codd. praeter unum Z. Tuentur voculam etiam libri Theodoretii et Eusebii. — ταῦτα Eus.

bus ingenuis, erudiri iubere, siquidem ipsi vellent sibi aliquando vicissim etiam a liberis suis praestari pietatis officia. v. Clitoph. Plat. p. 407. B. C. Plutarch. Vita Solon. c. 22. Vitruv. Praefat. ad Libr. VI. Architect. Petiti Legg. Att. II. 4. p. 244. Meursius Solon. c. 17. Praeterea etiam v. Plat. Crit. p. 50. Aeschin. in Timarch. §. 138 sqq. Cramer. Gesch. d. Erziehung u. d. Unterr. Vol. I. p. 245 sqq. coll. p. 146. Apud Lacedaemonios autem constat eos, qui disciplinae communis atque publicae non facti essent participes, nec optimo civitatis iure potuisse potiri; de qua re v. C. Fr. Hermann. disp. De Homoeis p. 16 sqq. Compend. Antiquitat. Gr. §. 25. ann. 18. Disp. De iuris domestici ap. Plat. in Legg. cum veteris Graeciae institutis comparatione p. 12 sq. Quamquam disciplina Spartanorum multum diversa fuit quum ab ea, quam Solon publice sanxerat, tum ab ipsa Platonica, quae plane refert Atticae humanitatis speciem et similitudinem. Aristot. Politic. VIII. 3, 3. τὸν μὲν οὐκ αὖ μάλιστα δοκοῦσαι τῶν πόλεων ἐπιμελεῖσθαι τῶν παίδων αὖ μὲν ἀθλητικὴν ἐμποιοῦσαι ἔτι — οὐ δὲ λάκωνες ταύτην μὲν οὐχ ἡμαρτιον τὴν ἁμαρτιαν. Θηριώδεις δὲ ἀπεργάζονται τοῖς νόμοις. De proverbiali locutione, πάντ' ἄνδρα καὶ παῖδα, conferunt Euthydem. p. 307. C. τὸ λεγόμε-

νον δὴ τοῦτο, αὐτὸς τε καὶ τὰ παῖδια. ubi v. ann. Sed aliud quid hic putamus significari, quod respondeat fere Latino pueri senes.

ὡς τῆς πόλεως μᾶλλον — ὄντας] De his C. Fr. Hermann. De iur. famil. et domest. p. 13. „Hoc summum Platoni in rebus domesticis esse vidimus, ut quae quis habeat, non sibi, sed patriae deberi sciat; neque alia liberorum caussa est, quos ut procreare parentes non sua magis quam reipublicae caussa iusserat, ita neque uti procreatis pro suis permittit; unde omnino sequitur, ut patris potestatis, quae apud reliquos quoque Graecos, si cum Romanis compareris, satis exigua est, fere nullum apud ipsum vestigium appareat.“

τὰ αὐτὰ δὲ δὴ καὶ περὶ θηλειῶν —] Recitat haec Theodoret. Cur. Aff. Gr. p. 129. ed. Syburg. = 354. ed. Gaisf. usque οὐκ ἂν πρόποι. Is pro νόμος ἂν εἴποι scriptum habet λόγος ἂν εἴποι, ac deinde καὶ τὰ περὶ τῶν ἀρρένων legit. invitis codd. Platonis. Quod autem philosophus iubet etiam puellas in harum exercituum venire societatem, tenuit hic quae etiam De Republ. V. p. 452. et p. 457. B. de eadem re statuit. Neque hunc morem multum a Spartanorum institutis recedere, ipse significat infra p. 806. A.

λειῶν ὁ μὲν ἐμὸς νόμος ἂν εἴποι πάντα, ὅσαπερ
 E καὶ περὶ τῶν ἀρρένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν
 δεῖν· καὶ οὐδὲν φοβηθεῖς εἴποιμ' ἂν τοῦτον τὸν
 λόγον οὔτε ἰππικῆς οὔτε γυμναστικῆς, ὡς ἀνδράσι
 μὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναιξὶ δὲ οὐκ ἂν πρέπον.
 ἀκούων μὲν γὰρ δὴ μύθους παλαιούς πέπεισμαι, τὰ
 δὲ νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἶδα ὅτι μυριάδες ἀναρί-
 805 θμητοὶ γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς
 Σαυρομάτιδας καλοῦσιν, αἷς οὐχ ἰππων μόνον ἀλλὰ
 καὶ τόξων καὶ τῶν ἄλλων ὀπλῶν κοινωνία καὶ τοῖς

E. ἃς Σαυρομάτιδας] Σαυρομάτιδας accentu variato
 Par. A.

E. καὶ οὐδὲν φοβηθεῖς
 —] Iunge verba sic: καὶ εἴ-
 ποίμ' ἂν (αὐτὰ) οὐδὲν φοβηθεῖς
 τοῦτον τὸν λόγον οὔτε ἰππικῆς
 οὔτε γυμναστικῆς, ὡς ἀνδράσι
 μὲν πρέπον ἂν εἴη κ. τ. λ. at-
 que ita statuam nihil me-
 tuens sermonem istum
 nec de re equestri nec de
 gymnastica, quo dicitari
 solet, rem viros quidem
 decere, mulieres non de-
 cere. Genitivus ἰππικῆς et γυ-
 μναστικῆς absolute positus rati-
 onem rei indicat, cuius usus
 exempla congressit A. Mat-
 thiae Gr. Gr. §. 338. Perpe-
 ram locum interpretatur Asti-
 us, qui ὡς narrat idem esse
 quod ne, genitivum ex uno φο-
 βηθεῖς aptum esse censet, et
 ἰππικῆς ac γυμναστικῆς per at-
 tractionem subiecti positum ar-
 bitratur, quum proprie perti-
 nerit ad ὡς πρέπον ἂν εἴη κ.
 τ. λ. Quae omnia cur falso ita
 statuuntur, post ea, quae modo
 exposuimus, copiosius demon-
 strare non videtur operae pre-
 tium esse.

ἀκούων μὲν γὰρ — πέπει-
 σμαι] Verbo πέπεισμαι cum vi
 opponitur, quod est aliquanto
 gravius, οἶδα, ut sententia haec
 sit: nam veteribus fabulis

acceptis credidi, nunc
 vero propemodum novi et
 exploratum habeo, innu-
 meras esse mulieres ctr.
 Intelliguntur vero Amazones
 Sauromatides, quae habitasse
 dicuntur ad Thermodonta fluvium,
 in ora Cappadociae, atque
 etiam Sauromatides sunt appel-
 latae, quoniam olim in Scythia
 Sauromatica sedes suas habue-
 rant. v. Herodot. IV. 11. cum
 ann. Bährri IX. 27. ibique
 Wesseling. Justin. II. 4.
 Strab. XI. 5. p. 504. Apol-
 lodor. Bibl. II. ibique Heyn.
 p. 115. 159. Diodor. Sic. III.
 p. 186. T. I. ed. Wessel. Eus-
 tath. ad Odys. α. p. 1428.
 ed. Rom. ad Iliad. γ. p. 402.
 Stephan. Byz. s. v. Ἀμαζόνες
 et Ἐρεσός. Etymol. M. s.
 iisdem voce, et Ἀλοῦς. Creu-
 zer. ad Hecat. p. 79. Sturz.
 ad Hellenic. p. 117. et de uni-
 verso mytho Creuzerum Sym-
 bol. II. p. 171 sqq. Erschii
 et Gruberi Encyclop. III. p.
 317 sqq. Baehrium in Pau-
 ly Real-Encyclop. d. Alter-
 thumswissensch. Vol. I. p. 394
 sqq. — μυριάδες ἀναρίθμη-
 τοι proverbialiter dictum. Eo-
 dem modo Theaet. p. 174. D.
 ὅτι πάπων καὶ προγόνων μυ-

ἀνδράσιν ἴση προστεταγμένη ἴσως ἀσκεῖται. λογισμὸν
 δὲ πρὸς τούτοις περὶ τούτων τοιόνδε τινα ἔχω· φημί,
 εἴπερ ταῦτα οὕτω ξυμβαίνειν ἐστὶ δυνατά, πάντων
 ἀνοητότατα τὰ νῦν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις γί-
 γνεσθαι τὸ μὴ πάση ῥώμῃ πάντας ὁμοθυμαδὸν ἐπι-
 τηδεύειν ἀνδρας γυναιξὶ ταῦτα. σχεδὸν γὰρ ὀλίγου
 πᾶσα ἡμισία πόλις ἀντι διπλοσίας οὕτως ἐστὶ τε
 καὶ γίνεσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν τελῶν καὶ πόρων· καίτοι B
 θαναστὸν ἂν ἀμάρτημα τοιοῦτή τοῦτ' αὐτὸ γί-
 γνοιτο.

P. 805. πάντων ἀνοητότατα] ἀνόητα A. Q. f. a. c. d. o.

ριάδες ἰσάστω γεγονασιν ἀναρί-
 θμητοι. Aristoph. Vesp. v.
 1044. ἡμῖς δὲ τίως, ὦ μυριά-
 δες ἀναρίθμητοι, νῦν μὲν τὰ
 μέλλοντ' εὐ λέγεσθαι — εὐλα-
 βείθε. Cave igitur cum inter-
 pretibus de certo numero cogi-
 tes.

P. 805. καὶ τοῖς ἀνδρά-
 σιν ἴση] H. e. pariter atque
 viris praescripta etiam pariter
 exercetur.

σχεδὸν γὰρ ὀλίγου πᾶσα
 ἡμισία —] Astius verba
 ἐκ τῶν αὐτῶν τελῶν καὶ πόρων
 iungit cum διπλοσίας, hoc sen-
 su: quae dupla esset per
 eadem (utrique sexui commu-
 nia) et tributa et labores.
 Quod fieri per linguae rationem
 vix posse existimo. Res ipsa
 loquitur iungenda esse haec:
 πᾶσα πόλις γίνεσθαι ἡμισία ἐκ
 τῶν αὐτῶν τελῶν καὶ πόρων.
 Atque hanc verborum constru-
 ctionem existimamus sententiam
 fundere satis idoneam, modo
 singula recte accipiantur. Hoc
 enim dicit Atheniensis: nam
 plerumque universa propemodum
 civitas, quum
 dupla possit esse, ita dimidia
 et est et existit per
 eadem tributa et exerci-

tia neglecta s. intermissa.
 Habent enim hoc Graeci et Ro-
 mani sibi proprium, quod sub-
 inde rem, qua intermissa ali-
 quid hoc vel illo modo accidit,
 generaliter non addita, quae ad
 sententiam proprie requiritur,
 negatione, significant, ubi eam
 negari ex ipsius sententiae rati-
 one intelligitur. Sic Homer.
 Iliad. I. v. 65. εὐχολῆς ἐπιμέμ-
 φεται, sc. sibi non oblatae,
 s. intermissae. Iliad. X. v.
 98. μὴ τοῖς μὲν καμάτω ἀδδηκό-
 τες ἤδὲ καὶ ἔννω κοιμήσονται,
 ubi vere Heynius: „ἕπνος, in-
 quit, somnus est, quatenus
 quis eo eget.“ Eurip.
 Hippol. v. 1392. τιμῆς ἐμέμφθη,
 sc. neglectae. Horat. Carm.
 I. 28. te cohibent pulveris
 exigui parva munera, i. e.
 munera nondum impertita. Nos
 item dicimus: er zürnt we-
 gen der Ehre (sc. die ihm
 nicht geworden ist). Atque eo-
 dem modo hic licebit verba in-
 terpretari sic: Denn beinahe
 wird die Gesamtheit des
 Staates auf solche Weise
 wegen gleicher Leistun-
 gen und Anstrengungen
 zur Hälfte, statt dass er
 doppelt sein sollte. Usam
 hunc loquendi breviter attigit

ΚΑ. Ἐοικέ γε· ἔστι μέντοι πάμπολλα ἡμῖν, ὧ
ξένε, παρὰ τὰς εἰωθυίας πολιτείας τῶν νῦν λεγο-
μένων. ἀλλὰ γὰρ εἰπὼν τὸν μὲν λόγον ἔασαι διεξ-
ελθεῖν εὖ, διελθόντος δὲ οὕτω τὸ δοκοῦν αἰρεῖσθαι
δεῖν, μάλα εἶπες τε ἐμμελῶς πεποίηκας τ' ἐμὲ τὰ
νῦν αὐτὸν ἐμαυτῷ ἐπιπλήττειν, ὅτι ταῦτα εἶρηκα.
C λέγε οὖν τὸ μετὰ ταῦτα ὃ τί σοι κεχαρισμένον ἔστι.
Cap. XII. ΑΘ. Τόδε ἔμοιγε, ὦ Κλεινία, ὃ καὶ
προσθέν εἶπον, ὡς, εἰ μὲν ταῦτα ἦν μὴ ἰκανῶς ἔρ-
γοις ἐληλεγμένα ὅτι δυνατὰ ἔστι γίγνεσθαι, τάχα ἦν
ἂν τι καὶ ἀντειπεῖν τῷ λόγῳ, νῦν δὲ ἄλλο τί που
ζητητέον ἐκείνῳ τῷ τούτου τὸν νόμον μηδαμῇ δεχο-
μένῳ, τὸ δ' ἡμέτερον διακείμενα ἐν τούτοις οὐκ
ἀποσβήσεται, τὸ μὴ οὐ λέγειν, ὡς δεῖ παιδείας τε
D καὶ τῶν ἄλλων ὃ τι μάλιστα κοινωρεῖν τὸ θῆλυ γέ-

B. ἀλλὰ γὰρ εἰπὼν] Vulgo εἶπον, praefixo ante ἀλλὰ γὰρ
nomine Atheniensis, et ante μάλα εἶπες τε nomine Cliniae. Sed
εἶπὼν A. Ω. Ξ. v. f. h. r. verissime, etiam personarum indice
omisso. Dein διελθεῖν Ω. pr. et Voss. Flor. δ. Ric. Statim post
pro vulg. δεῖ ex Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. reposuimus δεῖν,
quod etiam Ald. Lov. Bas. 1. 2. habent.

πεποίηκας τ' ἐμὲ] Vulgo τέ με, invitis codd. plerisque

A. Matthiae Gr. Gr. §. 634.
6. ann., accuratius eundem per-
sequuti sunt Gerberus in
Zimmermanni Diario: Darm-
städter Schulzeit. 1835. N. 103.
et G. E. Köhler. in Programm.
Gymnasii Zwicaviens. a. 1839.
De veterum scriptorum
usu in enuntiationibus
verbo adfirmantibus, re
negantibus: cuius commenta-
tionis perdocte scriptae sum-
mam retulit beatus I. Chr.
Iahnus in Diar. Neue Jahr-
bücher für Philologie u.
Paedagogik, a. 1839. Vol.
XXVII. Fasc. 1. p. 110 sq.

B. διελθόντος δὲ οὕτω] Nescio quid Astio hic in men-
tem venerit corrigendum indi-
canti διελθόντος. Dicitur enim
ὁ λόγος ipse διελθεῖν, ut sex-
centies. Universi loci sententia

haec est: Videtur sane;
sunt tamen permulta eor-
um, quae a nobis nunc
dicuntur vulgaribus civi-
tatibus minime consenta-
nea. At enim quod dixisti,
oportere nos disputa-
tionem sinere omnia bene
explicare, explicatis au-
tem illis eligi debere
quod nobis videretur, id
et opportune dixisti et
vero effecisti nunc ut mi-
hi ipse succenseam, quod
ista iudicavi.

Cap. XII. C. μὴ ἰκανῶς
ἔργοις ἐληλεγμένα] si non
satis ipsa rerum veritate
esset exploratum fieri
posse, ut haec rata fiant.
οὐκ ἀποσβήσεται τὸ μὴ
οὐ λέγειν] non cessabit di-
cere; non prohibebitur

νος ἡμῖν τῷ τῶν ἀρρένων γένει. καὶ γὰρ οὖν οὐ-
τάσι πως δεῖ περὶ αὐτῶν διανοηθῆναι. φέρε, μὴ με-
τεχουσῶν ἀνδράσι γυναικῶν κοινῇ τῆς ζωῆς πάσης,
μῶν οὐκ ἀνάγκη γενέσθαι γέ τινα τάξιν ἕτεραν
αὐταῖς;

ΚΑ. Ἀνάγκη μὲν οὖν.

ΑΘ. Τίνα οὖν ἐμπροσθεν τῶν νῦν ἀποδεδει-
γμένων θεῖμεν ἂν τῆς κοινωρίας ταύτης, ἣν νῦν αὐ-
ταῖς ἡμεῖς προστάττομεν; πότερον ἦν Θράκες ταῖς
γυναίξι χρωῖνται καὶ πολλὰ ἕτερα γένη, γεωργεῖν τε E
καὶ βουκολεῖν καὶ ποιμαίνειν καὶ διακονεῖν μηδὲν
διαφερόντως τῶν δούλων, ἢ καθάπερ ἡμεῖς ἅπαντες
τε οἱ περὶ τὸν τόπον ἐκείνον; νῦν γὰρ δὴ τέ γε
παρ' ἡμῖν ὡςδε ἔστι περὶ τούτων γιγνόμενον· εἰς
τινα μίαν οἴκησιν ξυμφορήσαντες, τὸ λεγόμενον,

omnibus.

C. Τόδε ἔμοιγε, ὦ Κλ.] Sic A. Ω. Ξ. f. r. pro vulg. Τὸ
δὲ ἔμοιγε. Correxil primus Astius de coniectura.

ἡμέτερον διακείμενα] V. διακείμενα, quod ex Par. A.
et Florentinis mutatum est.

D. περὶ αὐτῶν διανοηθῆναι] Sic A. Ω. v. f. a. δ. o.
pro vulg. περὶ αὐτοῦ.

quomianus censeat. De τὸ
μὴ οὐ v. ann. ad Criton. p. 43.
G. Hermann. in Wolfii et
Buttmanni Mus. Antiquitat. Stud.
Vol. I. p. 220. ad Viger. p. 802.
— ἀποσβήσεται i. q. παύσα-
ται. Gramm. Bekker. Vol. I. p.
422. Ἀπέσβη· ἐσβόθη ἢ παύ-
σατο.

D. τάξιν ἕτεραν αὐταῖς;]
aliam vivendi rationem
legemque. — ἐμπροσθεν
θεῖμεν ἂν, anteponemus,
praefereamus. — τῶν νῦν
ἀποδεδειγμένων, ex iis,
quas nunc exploratas at-
que cognitatas habemus; v.
ad Phaedon. p. 66. D. — Dein
πότερον ἦν — χρωῖνται nos male
habet. Scribendum ἢ putamus.

E. μηδὲν διαφερόντως
τῶν δούλων] ita ut nihil a
servis differant. — περὶ

τὸν τόπον ἐκείνον, quem
nos incolimus. Intelligit Atti-
cam terrasque vicinas.

εἰς τινα μίαν οἴκησιν
ξυμφορήσαντες] Foeminae
enim apud Athenienses fere pa-
rietum umbris obtectae vive-
bant et res curabant minoris
momenti. Quae quales fuerint,
paucis verbis significatur etiam
Menon. p. 71. E. εἰ δὲ βοῦλε
γυναικὸς ἀρετὴν, οὐ χαλεπὸν
διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτὴν τὴν οὐ-
κταν εὖ οἰκεῖν, σωζομένη τε τὰ
ἔθνη καὶ κατήσων οὖσαν τοῦ
ἀνδρός. Mox in iis numeratur
imprimis θεραπεία, ταμίεια et
παιδοτροφία. conf. Corneli.
Nepot. Praefat. ad Vitt. Im-
perator. Rem tractavit nuper
Beckerus Charicl. Vol. 1. p.
474 sqq. — παρέδομεν, tra-
dere solemus.

πάντα χρήματα παρέδομεν ταῖς γυναίξι διαταμιεύειν τε καὶ κερκίδων ἄρχειν καὶ πάσης ταρασίας. ἢ τὸ τούτων δὴ διὰ μέσον φῶμεν, ὦ Μέγилле, τὸ Λακωνικόν; κόρας μὲν γυμνασίων μετόχους οὖσας ἅμα καὶ μουσικῆς ζῆν δεῖν, γυναῖκας δὲ ἀργούς μὲν τα-

806

εἴτην αὐταῖς] αὐτοῖς Q. γρ. et v. h. r. o. Idem in Flor. n. d. supra vers. adscriptum.

P. 806. μουσικῆς ζῆν δεῖν] Sic A. Q. f. h. r. a. c. o. d. pro vulg. μουσ. δεῖν ζῆν. Angel. μουσ. ξυδεῖν, unde recepta lectio firmatur. Bekkerus tamen δεῖν ζῆν retinuit.

P. 806. κόρας μὲν γυμνασίων μετόχους —] Fat-tur igitur philosophus, Lycurgi leges foeminis utique prospexisse melius, quam alias aliorum, quodquidem etiam puellis exercitationes corporis cum musicis artibus iunctas constituerint. Etenim apud Spartanos fuit publice sancitum, ut puellae hand secus atque pueri cursu, disco, iaculis, lucla in gymnasiis exercerentur, ac praeterea etiam decore saltare et cantare discerent. v. Plutarch. Lycurg. c. 14. Xenoph. De republ. Laecedaem. I. 4. Manso Spart. Vol. I. P. 2. p. 162. Müller. Dorienss. Vol. II. p. 314. ed. I. Hinc factum est, ut Laecenaec ceteris viverent licentius, quo nomine iis a Graecis ceteris exprobratur ἀνεῖς quaedam non satis decora. v. Plat. Legg. I. p. 637. C. De Rep. VIII. p. 548. B. Thucyd. I. 6. Aristoph. Rann. v. 1050. Aristot. Polit. II. 9. Nihilominus tamen nuptae aliter habebantur. Eae enim nec exercitiis illis intererant, nec sine velementis prodibant in publicam, nec cum viris in publica luce conversabantur; denique non res publicas, sed res domesticas curabant, quamquam ipsae quoque remissiore vitae genere utebantur atque etiam saepe deliciis distuebant. v. Plutarch. Apophthegm. p. 235.

Apostol. XVIII. 19. Plutarch. Vit. Num. 3. Eurip. Androm. v. 598. quae in hanc rem laudavit Müller. Dorienss. Vol. II. p. 262. ed. I. ubi de his rebus disputat. Hoc ipsum igitur Plato reprehendit atque Laecenis vitio vertit rerum bellicarum inscitiam.

γυναῖκας δὲ ἀργούς μὲν ταρασίας —] uxores vero quamvis a lanificio (quod Atticae mulieres tractant) vacuas, tamen vitam agere laboriosam minimeque vilem et abiectam, veruntamen in cultu, in rei domesticae administratione, denique in liberorum educatione rursus mediam quandam tenere viam, sicuti omnino τὸ Λακωνικόν est τούτων διὰ μέσον. Arte de mulieribus βίον διαλέκεν dicitur, quod proprie est vitam quasi telam aliquam pertexere, h. e. vitam agere. Aristoph. Avv. v. 759. εἰ μὲθ' ὀρθῶν τις ἕμων ὦ θεαταὶ βούλειαι διαλέκεν ζῶν (i. e. τὸν βίον) τὸ λοιπόν, ὡς ἡμᾶς ἔτω. ubi Berglerus comparat Athen. XI. p. 458. ἐπὶ ταῖς παροῦσι τὸν βίον διάλεκε. Euphron. ap. Stob. Flor. XCVIII. p. 399. ὦ Ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δοῖς χρόνον τοῦ ζῆν βλάπτον πλέκεν ἀλύπως τοῦτον οὐκ ἔες. Addimus praeterea Herodot. IV. 205. V. 92. ubi v. tamen

λασίας ἀσκητικὸν δὲ τινα βίον καὶ οὐδαμῶς φᾶλλον οὐδ' εὐτελεῖ διαπλέκειν, θεραπείας δὲ καὶ ταμιείας αὐτὰ καὶ παιδοτροφίας εἰς τι μέσον ἀμικνεῖσθαι, τῶν δὲ εἰς τὸν πόλεμον μὴ κοιτανούσας, ὡστ' οὐδ', εἰ τίς ποτε διαμάχεσθαι περὶ πόλειός τε καὶ παίδων

ἀσκητικὸν δὲ τινα βίον] Astius commate post ταρασίας delete legendum censet ἀσκητικὸν δὲ τινα βίον. At recte voci ἀργούς opponitur ἀσκητικόν, ex quo δὲ verum esse sponte apparet. Nec offensionis quidquam habet, quod deinceps etiam alterum δὲ subsequitur.

Wesseling. T. VI. P. I. p. 106. ed. Schweigh. et Suidam. in voc. διαπλέκειν. Quod Astiana legendum censet: γυναῖκας δὲ ἀργούς μὲν ταρασίας ἀσκητικὸν δὲ τινα βίον κ. τ. λ., eo non opus esse putamus.

ὡστ' οὐτ' εἰ τις διαμάχεσθαι —] Astius verborum ordinem atque nexum hunc putat esse: ὡστε οὐδὲ δύνασθαι φόβον παρασχέιν, — οὐτε κοιτανήσασθαι — οὐτε μιμήσασθαι δυνάμεναι. Quod vereor ut recte ita statuatur. Quis enim sibi persuadeat, ad unum eundemque infinitivum geminum casum, tum nominativum tum accusativum, referri? Res videtur alio modo expedienda esse. Etenim ὡστε nunc non cum infinitivo, sed cum participio δυνάμεναι per anacoluthon quoddam coniungitur, quo facto sequitur deinde ὡς δύνασθαι παρασχέιν. Et participium quidem post ὡστε positum est idque nominativo casu ob interiectum istud: ὡς τινες Ἀμύζονες, quo efficeretur quaedam membrorum aequalitas et convenientia. Quam rationem ne quis putet esse prorsus inauditam, similia exposuerunt Reinh. Klotzius Quaest. Critt. p. 3 sqq. Baister. ad Isocr. Panegy. p. 43. Schömann. ad Isaeum p. 416. Schaefer. ad Demosth. I. p. 278. Adde etiam nostra ad Tim. p. 56. B. Itaque verbo-

rum iunctura, ni fallor, haec est: ὡστ' οὐδὲ (ne — quidem) δυνάμεναι ἂν οὐτε τόξων οὐτ' ἄλλης βολῆς ποτε κοιτανήσασθαι μετὰ τέχνης, οὐδὲ (δυνάμεναι) μιμήσασθαι τὴν θεῶν (Μινερvam) λυβοῦσαι ἀσπίδα καὶ δόρυ. Quibus subiungitur deinde: ὡς πορθομένης αὐταῖς — κατορθείσας, adeo ut, si patria devastetur, fortiter resistentes terrorem saltem, si nihil minus, hostibus incutiant, dum in acie aliqua conspiciantur. Et ὡς quidem cum infinitivo consociatum quod pro ὡστε dici censemus, id etsi apud Platonem longe est rarissimum ac frequens tantum apud posterioris Graecitatis scriptores, tamen Atticis aetatis superioris neutiquam videtur prorsus fuisse inauditum. De usu recentiorum non est quod dicamus post ea, quae exposuerunt Sauppium ad Lycurg. p. 94. Sintenis ad Plut. Themist. p. 166 sqq. Ellendt. ad Arrian. IV. 15. 10. Mätzner. ad Antiphont. Oratt. p. 147. Sufficiet attulisse, quae etiam Platoni hunc usum loquendi vindicent. En igitur rei exempla! Protag. p. 330. E. εδοῦστέ μοι φάναι τῆς ἀρετῆς μόρια εἶναι οὐτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, ὡς οὐκ εἶναι τὸ ἕτερον αὐτῶν οἷον τὸ ἕτερον. Parmenid. p. 152. C. τὸ γὰρ προῖόν οὐτως ἔχει, ὡς ἀμφο-

ἀναγκαία τύχη γίγνεται, οὐτ' ἂν τόξων, ὡς τινες
 Β Ἀμαζόνες, οὐτ' ἄλλης κοινωνῆσά ποτε βολῆς μετὰ
 τέχνης δυνάμεναι, οὐδὲ ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσαι
 μιμησασθαι τὴν θεόν, ὡς πορθουμένης αὐταῖς τῆς
 πατρίδος γενναίως ἀντιστάσας, φόβον γε, εἰ μηδὲν
 μῖζον, πολεμίοισι δύνασθαι παρασχεῖν ἐν τάξει τινὶ
 κατορθύσας; Σανρομάτιδας δὲ οὐδ' ἂν τὸ παράπαν
 τολμήσειαν μιμησασθαι τοῦτον τὸν τρόπον διαβιοῦ-
 σαι, παρὰ γυναικας δὲ αὐτὰς ἄνδρες ἂν αἱ ἐκείνων
 C γυναικες φανείεν. ταῦτ' οὖν ὑμῶν τοὺς νομοθέτας
 ὁ μὲν βουλόμενος ἐπαινεῖν ἐπαινείτω· τὸ δ' ἐμὸν
 οὐκ ἄλλως ἂν λεχθεῖη· τέλος γὰρ καὶ οὐχὶ ἤμισυν
 δεῖ τὸν νομοθέτην εἶναι, τὸ θῆλυ μὲν ἀφιέντα τρυ-

B. Σανρομάτιδας δὲ οὐδ' ἂν τὸ π.] A. et pr. Ω. Σαν-
 ροματίδας, ut supra.

παρὰ γυναικας δὲ αὐτὰς] Astius pro αὐτὰς mavult ταύ-
 τας vel τοιαύτας.

C. καὶ οὐχὶ ἤμισυν] Editt. omnes: καὶ οὐδ' ἤμισυν. A.
 Q. r. o. δ. καὶ οὐδ' ἤμισυν. E. v. f. οὐδ' ἤμισυν. Ric. οὐδὲ
 ἤμισυν δεῖν. Conieci iam olim: καὶ οὐχὶ ἤμισυν, quod recepit
 Herm. Schneiderus dedit οὐδ' ἤμισυν. Praeterea ex coniectura

τέρων ἐφάπτεσθαι. Legg. VII.
 p. 814. B. οὕτως υιοχρῶς τὰς
 γυναικας εἶναι τεθρομμένας, ὡς
 μήθ' ὡσπερ ὄρνιθας περὶ τέ-
 κνων μαχομένης — θέλειν ἀπο-
 θνήσκειν. Ibid. p. 798. B. οἷς
 γὰρ ἂν ἐντραφῶσι νόμοις καὶ
 κατὰ τινὰ θέλαν εὐτυχίαν ἀκ-
 ηῆτοι γίνονται μακρῶν καὶ πολ-
 λῶν χρόνων, ὡς μηδένα ἔχειν
 μνείαν μηδὲ ἀκοήν τοῦ ποιεῖ ἄλ-
 λως αὐτὰ σχεῖν κ. τ. λ. Xe-
 noph. Hellen. VI. 1, 1. φρό-
 νιμος μὲν οὕτω σιρατηγός ἐστιν,
 ὡς οὐ μάλα ἀφαιμαρτάνειν. Age-
 sil. 2, 7. ὠπλισέ τε οὕτως, ὡς
 ἄπαντα μὲν — χαλκόν — φαί-
 νεσθαι. Cyrop. IV. 2, 13. ἐὰν
 δὲ ἐξαπατῆτε. οὕτω νομίζομεν
 ἔχειν ὡς οὐχ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν ἐπι-
 σθαι, ἀλλὰ μάλλον ὑμᾶς ἐφ'
 ἡμῖν γενέσθαι. Ibid. VIII. 7, 27.
 et 8, 11. Anabas. II. 3. 10.
 ἐπιτύχχανον τάφοις καὶ ἀλλῶσι

πλήθειν ὕδατος, ὡς μὴ δύνα-
 σθαι ctr. Quin etiam post com-
 parativum pro ἢ ὥστε non ita ra-
 rum est ἢ ὡς, veluti Xenoph.
 Mem. 1. 4, 10. μεγαλοπρεπέστε-
 ρον ἠγοῦμαι ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θε-
 ραπείας προσδέσθαι, i. e. quam
 pro ea condicione, ut ctr.
 Hieron. 10, 1. Cyrop. I. 1, 2.
 VI. 3, 22. αἱ δὲ βαθυτέραι φά-
 λαγγες ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τοῖς
 ὕλοις τῶν ἐναντίων. Anab. III.
 3, 7. βραχύτετα ἠκόντιζον, ἢ
 ὡς ἐξικνεῖσθαι τῶν σφενδακτιῶν.
 Itaque non videtur dubitari pos-
 se quin ὡς pariter atque ὥστε
 cum infinitivo usurpetur. Quam-
 quam non negaverim, in particu-
 lae ὡς usu emergere clarius
 significationem comparationis, ut
 sit pro ea condicione ut,
 quum ὥστε sit potius: ita ut.
 Verum hoc utcumque est, utrum-
 que tamen denique valet ad ef-

γᾶν καὶ ἀναλίσκειν διαίταις ἀτάκτοις χρώμενον, τοῦ
 δὲ ἄρρενος ἐπιμεληθέντα τελῶς σχεδὸν εὐδαιμόνος
 ἡμισυ βίου καταλείπειν ἀντὶ διπλάσιου τῆ πόλει.

ME. Τί δράσομεν, ὦ Κλεινία; τὸν ξένον ἐάσο-
 μεν τὴν Σπάρτην ἡμῖν οὕτω καταδραμεῖν;

KA. Ναί· δεδομένης γὰρ αὐτῷ παρῶρησίας ἐα- D
 τέον, ἕως ἂν διεξέλθωμεν πάντη ἰκανῶς τοὺς νόμους.

ME. Ὅρθῶς λέγεις.

AΘ. Οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα ἤδη σχεδὸν ἐμὸν
 πειρᾶσθαι φράξιν;

KA. Πῶς γὰρ οὐ;

dedit δεῖ pro δεῖν, quod libri mss. et editt. omnes tenent, nisi quod
 δεῖ etiam Schneid.

ἀτάκτοις χρώμενον] Sic E. f. h. r. c. o. et corr. a. d.
 Ω. pro vulg. ἀτάκτως, quod cum Par. A. tuetur Hermann. Ald.
 Lov. Bas. 1. 2. ἀτάκταις.

ἡμῖν οὕτω καταδραμεῖν] ἡμῖν, quod vulgo deerat, ser-
 varunt A. Ω. f. h. r. a. d. o.

sectum et eventum designan-
 dum, leni quodam significatio-
 nis discrimine, quod adhuc vi-
 detur criticos fefellisse.

B. Σανρομάτιδας δὲ οὐδ'
 ἂν τ. π.] Sauromatidas ve-
 ro ne audebunt quidem
 omnino imitari hoc modo
 viventes, et ad ipsas mul-
 lieres illorum mulieres
 viri videbuntur esse.

C. τέλος γὰρ καὶ οὐχ
 ἤμισυν δεῖ —] perfectum
 enim neque vero dimidi-
 um oportet esse legum la-
 torem, ita ut sexum femi-
 neum patiatur ctr. In his
 sine librorum consensione dua-
 bus locum concessimus conie-
 cturis, alteri Schaeferi ad
 Apollon. Phod. Vol. II. p. 218.
 alteri nostrae. Nam pro libro-

rum lectione: καὶ οὐδ' ἤμισυν
 Schaeferus verissime καὶ οὐχ
 rescribendum iudicavit, quum
 istud οὐδ' quid nunc significet,
 neutiquam appareat. De καὶ
 οὐκ sic usurpari solito v. ad
 Protagor. p. 337. B. εὐδοκμοῖτε
 καὶ οὐκ ἐπαινοῖσθε. Sed res
 tam est manifesta, ut verbo non
 amplius opus sit. Praeterea pro
 δεῖν, infinitivo, quem libri tu-
 entur, proprio Marte refleximus
 δεῖ. Cuius mutationis causae
 item in propatulo sunt. Nam
 γὰρ ita demum locum haberet,
 si obliqua oratio antea iam in-
 choata nunc continuaretur. Con-
 fundi autem δεῖ et δεῖν locis
 innumeris, unumquemque edo-
 cere poterit vel levis variarum
 lectionum consideratio. Ceterum
 tenendum, verba: τὸ θῆλυ μὲν
 κ. τ. λ. ad illustrandam notio-
 nem voc. ἤμισυν valere.

Cap. XIII. AΘ. Τίς δὴ τρόπος ἀνθρώποις
 γίγνται ἂν τοῦ βίου, οἷσι τὰ μὲν ἀναγκαῖα εἴη κα-
 E τεσκευασμένα μέτρια, τὰ δὲ τῶν τεχνῶν ἄλλοις πα-
 ραδεδωμένα, γεωργίαι δὲ ἐκδιδομέναι δούλοις ἀπαρχὴν
 τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀποτελοῦσιν ἰκανὴν ἀνθρώποις ζῶσι
 κοσμίως, ξυσοίτια δὲ κατεσκευασμένα εἴη χωρὶς μὲν
 I τὰ τῶν ἀνδρῶν, ἐγγὺς δ' ἐχόμενα τὰ τῶν αὐτοῖς οἰ-
 κίων, παιδῶν τε ἅμα θηλειῶν καὶ τῶν μητέρων αὐ-
 ταῖς, ἄρχονσι δὲ καὶ ἀρχούσαις εἴη προεταγμένα
 λύνει ταῦτα ἐκάστοις τὰ ξυσοίτια πάντα, καὶ ἑκά-
 807 γῆν τὴν τῶν ξυσοίτων, μετὰ δὲ ταῦτα σπείσαντας
 τὸν τε ἄρχοντα καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς ἂν τυγχάνη
 θεοῖς ἢ τότε νύξ τε καὶ ἡμέρα καθιερωμένη, κατὰ
 ταῦτα οὕτως οἴκαδε πορεύεσθαι; τοῖς δὲ ταύτη κε-
 κοσμημένοις ἄρα οὐδὲν λειπόμενόν ἐστιν ἀναγκαῖόν

E. ἄρχονσι δὲ καὶ ἀρχούσαις] δὲ pro vulg. τε praebue-
 runt A. v. r. o. et pr. Q.

τὴν τῶν ξυσοίτων] Libri ξυσοίτων. Correxerit Schulthessius,
 cuius emendationem etiam Astius, Bekkerus et Turicensis com-
 probaverunt. Dein Ald. Lov. Bas. 1. 2. et mss. E. a. c. d. o. μετὰ
 δὲ ταύτας πελοῦστας.

P. 807. B. καταπεπιασμένῳ ζῶν] Sic Flor. a. d. et marg.
 Voss. x. Ceteri codd. mss. καταπεπιασμένῳ. Vulgo legebatur: κα-
 ταπεπιασμένῳ.

Cap. XIII. D. Τίς δὴ τρό-
 πος ἀνθρώποις —] Docetur
 dehinc, hominibus, qui tali vitae
 conditione utantur, nequiquam
 licere otiosis esse: curandam
 enim iis esse corporis animique
 culturam, quae quum sit res
 difficillima, tum eam existimari
 oportere, quae sibi plurimum
 studii atque operae deposcat.
 Quamobrem opus esse censet
 certa quadam temporis descri-
 ptione, ad cuius normam legem-
 que omnia vitae negotia dispen-
 sentur, maxime autem curandum
 esse arbitratur, ut ne pueri somno
 aut desidiae usquam indulgeant.

τὰ δὲ τῶν τεχνῶν ἄλλοις
 π.] et apud quos artes et

opificia aliis sint tradita
 etc.

E. καθ' ἑκάστην ἡμέραν
 θεασαμένους καὶ ἰδόντας] De accusativo post ἄρχονσι, da-
 tivum, illato v. supra ad p. 796.
 C. et III. p. 683. C. Dein cum
 Schulthessio praecuntibus
 aliis dedimus τῶν ξυσοίτων, con-
 vivarum, pro eo, quod codd.
 omnes habent, τῶν ξυσοίτων.

P. 807. ταύτη κεκοσμημέ-
 νοις] Ita Stephanus veris-
 sime scripsit pro vulg. ταῦτα,
 suffragantibus etiam codd. mss.
 Itaque frustra Astius ταῦτα
 defendit sic, ut illud interpre-
 tetur per κατὰ ταῦτα s. ταύτη.
 οὐκ οὐκον τό γε δίκαιον φ.]
 Sic intellige: non igitur di-

τε ἔργον καὶ παντάπασι προσήκον, ἀλλ' ἐν τρόπῳ
 βροκήματος ἕκαστον παινόμενον αὐτῶν δεῖ ζῆν;
 οὐκ οὐκον τό γε δίκαιον φαιμέν οὐδὲ καλόν, οὐδ' οἷον
 τε τὸν ζῶντα οὕτως ἀτυχεῖσαι τοῦ προσήκοντος B
 προσήκει δὲ ἀργῶ καὶ ῥεθύνως καταπεπιασμένῳ ζῶν
 σχεδόν ὑπ' ἄλλον διαρπασθῆναι ζῶν τῶν σφόδρα
 τετρανωμένων μετὰ ἀνδρείας τε ἅμα καὶ τῶν πόρων.
 ταῦτα οὖν δὴ δι' ἀκριβείας μὲν ἰκανῆς, ὡς καὶ νῦν,
 εἰ ζητοῦμεν ἂν, ἴσως οὐκ ἂν ποτε γένοιτο, μέγιστον
 ἂν γυναικῆς τε καὶ παιδῶν οἰκήσεις τε ἴδιαι καὶ ἰδίως
 ἅπαντ' ἢ τὰ τοιαῦτα ἐκάστοις ἡμῶν κατεσκευασμένα.
 τὰ δὲ μετ' ἐκεῖν' αὐτὸ δεύτερα τὰ νῦν λεγόμενα εἰ γί-
 γνεται ἡμῖν, γίγνεται ἂν καὶ μάλα μετρίως. ἔργον C
 δὲ δὴ τοῖς οὕτω ζῶσι φαιμέν οὐ τὸ σμικρότατον οὐδὲ
 τὸ φαυλότατον λείπεσθαι, μέγιστον δὲ πάντων εἶναι

σφόδρα τετρανωμένων] V. τετρανωμένων. Vat. r. τετρανωμέ-
 των. Ald. Bas. 1. 2. et mss. Flor. d. cum pr. A. Q. τετρανωμένων.
 Vere τετρανωμένων Ricard. h. quod etiam Bekkerus restituit.

δι' ἀκριβείας μὲν ἰκανῆς] μὲν, vulgo omissum, servarunt
 A. Q. E. f. h. a. d. o. x.

ἅπαντ' ἢ τὰ τοιαῦτα] ἅπαντ' A. Q. f. h. r. a. d. o. cum
 Ald. Lov. Bas. 1. 2. Verum restituit Stephan.

cimus id, quod iustum est
 aut honestum, neque fieri
 potest, ut is, qui sic vi-
 tam degit, non consequatur
 sortem sibi debitam.
 Mire ruit, qui τό γε hic pro τόδε
 γε dictum accepit.

B. τῶν σφόδρα τετρανω-
 μένων μετὰ ἀνδρείας] Τετρα-
 νοῦσθαι est i. q. τινεῖσθαι,
 absumi, conflictari, confici,
 viribus exhausti. Unde
 οἱ τετρανωμένοι aptissime op-
 ponuntur τῷ καταπεπιασμένῳ,
 bene pasto et obeso, s. sa-
 ginato. Verte: von solchen,
 die sich abgemühet haben
 unter Abhärtung und An-
 strengung.

ταῦτα οὖν δὴ δι' ἀκρι-
 βείας μὲν ἰκανῆς
 Plat. Opp. Vol. X. Sect. II.

βελος μὲν—] Hoc dicit: Haec
 igitur exacta cum diligen-
 tia, ut nunc, si vellemus
 perquirere, fortasse nun-
 quam evenirent, usque
 dum mulieres et liberi et
 domicilia privata et omnia
 id genus unicuique no-
 strum essent apparatus;
 haec autem, quae secunda
 post illa sunt indicata, si
 contingerent nobis, con-
 tingerent sane admodum
 recte. Locus, si quid possu-
 mus indicare, nec satis perspi-
 cius nec emendate scriptus.
 Quamquam ubi vitium haeret,
 nondum satis perspectum habe-
 mus. Interim de εἰ ζητοῦμεν ἂν
 v. ann. ad libr. X. p. 905. C.

προσεταιγμένον ὑπὸ δικαίου νόμου· τοῦ γὰρ πᾶσαν τῶν ἄλλων πάντων ἔργων [βίου] ἀσχολίαν παρασκευάζοντος, τοῦ Πυθιάδος τε καὶ Ὀλυμπιάδος νίκης ὀρεγομένου, διπλασίας τε καὶ ἔτι πολλῶ πλείονος ἀσχολίας ἐστὶ γέμων ὁ περὶ τὴν τοῦ σώματος πάντως καὶ ψυχῆς εἰς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν βίος εἰρημένος ὀρθότατα. παρέργον γὰρ οὐδὲν δεῖ τῶν ἄλλων ἔργων διακώλυμα γίνεσθαι τῶν τῷ σώματι προσηκόντων εἰς ἀπόδοσιν πόνων καὶ τροφῆς, οὐδ' αὖ ψυχῇ μαθημάτων τε καὶ ἐθῶν· πᾶσα δὲ νύξ τε καὶ ἡμέρα σχεδὸν οὐκ ἔστιν ἰκανῆ τοῦτ' αὐτὸ πράττειν, τὸ τέλειον τε καὶ ἰκονὸν αὐτῶν ἐκλαμβάνειν. οὕτω δὲ τούτων πεφυκό-

C. βίος εἰρημένος] Sic A. B. E. v. f. r. a. c. d. o. pro vulg.

εἰ δ' ἐπιδεῆς λόγον τινὸς εἶε ἂν εἴης et Menon. p. 79. C.

C. τοῦ γὰρ πᾶσαν τῶν ἄλλων—] Ordo verborum hic est: ὁ γὰρ βίος, περὶ τὴν ἐπιμέλειαν πάντως [ὧν] ἀρετῆς τοῦ σώματος καὶ ψυχῆς, εἰρημένος ὀρθότατα, ἔστι γέμων ἀσχολίας διπλασίας τε καὶ ἔτι πολλῶ πλείονος τοῦ βίου τοῦ πᾶσαν ἀσχολίαν τῶν ἄλλων πάντων ἔργων παρασκευάζοντος, τοῦ ὀρεγομένου νίκης Πυθ. κτλ. nam illā vitā, quae omnem omnium aliorum operum vacationem efficit, hoc est eā, quae Pythicae et Olympicae victoriae appetens est, dupla atque maiore etiam vacatione plena est vita, quae plane versatur in cura virtutis corporis atque animi assequendae, siquidem ea dicta est rectissime, suoque nomine digna videtur. Sed in his sunt quae vitii suspicionem moveant. Et manifesti quidem erroris vestigium extat in verbis καὶ ψυχῆς εἰς ἀρετῆς, quae utcumque in ordinem redigere studueris, rectae tamen rationi semper refragabuntur quam ma-

xime. Itaque Astius *εἰς ἀρετῆν* scripsit, quod attinet ad virtutem. Nec male profecto: nisi forte malueris *εἰς* delere aut ex ὧν ortum putare. Posterius nobis placet unice propterea, quod ὁ βίος περὶ τὴν ἐπιμέλειαν πάντως sine participio dictum aegerrime ferimus. Praeterea vero magnopere nos offendit collocatio verborum: τοῦ βίου ἀσχολίαν παρασκευάζοντος. Debit enim scribi potius: τοῦ ἀσχολίαν παρασκευάζοντος βίου. Suspicamur igitur, istud βίου ex glossemate ortum esse: suppleri certe vocabulum atque assumi ex verbis consequentibus facillime potest, unde evenit, ut loco inepto inferretur. Alia ratio est in proximis, ubi post ὁ βίος inferitur deinde et tanquam extrinsecus accedit *εἰρημένος ὀρθότατα*: quod quomodo sit intelligendum, patebit ex iis, quae ad Phileb. p. 20. B. et p. 43. A. exposuimus. Similiter Legu. IV. p. 722. B. ἐν τοῖς νῦν δὲ νόμοις ἠθηθεῖον. De praemiis istis victorum imprimisque etiam de otio honorifico iis tributo v. Hermann. Gottesdienstl. Alterthümer der Griechen p. 255. et quos laudat.

των τάξιν δεῖ γίνεσθαι πᾶσι τοῖς ἐλευθέροις τῆς διατριβῆς περὶ τὸν χρόνον ἅπαντα, σχεδὸν ἀρχάμενον E ἐξ ἕω μέχρι τῆς ἑτέρας αἰεὶ ξυνεχῶς ἕω τε καὶ ἡλίου ἀνατολῆς, πολλὰ μὲν οὖν καὶ πυκνὰ καὶ σμικρὰ λέγων ἂν τις νομοθέτης ἀσχημῶν γαίνοιτο περὶ τῶν κατ' οἰκίαν διοικήσεων, τὰ τε ἄλλα καὶ ὅσα νύκτωρ ἀϋπνίας πέρι πρέπει τοῖς μέλλουσι διὰ τέλους φυλάξαι πᾶσαν πόλιν ἀκριβῶς. τὸ γὰρ ὅλην διατελεῖν ἡντιοῦν νύκτα εὐδοντα καὶ ὄντιοῦν τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ φανερόν εἶναι πᾶσι τοῖς οἰκέταις ἐγειρόμενόν 808 τε καὶ ἐξανιστάμενον αἰεὶ πρῶτον, τοῦτο αἰσχρὸν δεῖ δεδόχθαι πᾶσι καὶ οὐκ ἐλευθέρου, εἴτ' οὖν νόμον

ἠρημένος. Astius praeterea ἀρετῆν correxit.

D. παρέργον γὰρ οὐδὲν δεῖ —] H. e. οὐδὲν παρέργον δεῖ γίνεσθαι διακώλυμα εἰς ἀπόδοσιν τῶν τῷ σώματι προσηκόντων πόνων καὶ τροφῆς, nulla res subseciva esse debet impedimento, quominus corpori tribuatur iustus labor et nutrimentum. Nam verissime Astius *διακώλυμα εἶναι εἰς ἀπόδοσιν* idem esse iudicavit quod *διακώλυμα εἶναι τοῦ ἀποδίδοναι*. Dein orationem sic expleas: οὐδ' αὖ παρέργον οὐδὲν δεῖ διακώλυμα εἶναι εἰς ἀπόδοσιν μαθημάτων καὶ ἐθῶν ψυχῇ προσηκόντων. In quibus cur Astius pro ἐθῶν maluerit ἡθῶν scribi, non assequimur: cogitandum enim est de consuetudine et moribus. Ceterum παρέργον dici omne opus obiter, extra ordinem, quasi ludendo et post magis difficile ac serius negotium susceptum, docuit Derville ad Chariton. p. 579. = 554. ed. Lips.

D. τοῦτ' αὐτὸ πράττειν] hoc ipsum agentem v. ad Menex. p. 244. D. τὸ τέλειον — ἐκλαμβάνειν, i. e. ὥστε ἐκλ. ut quod in iis perfectum

est et consummatum, assequatur s. percipiat.

σχεδὸν ἀρχάμενον ἐξ ἕω—] initio facto fere ab aurora ad alteram semper continenter auroram ac solis ortum. Participium quod hic accommodatum est nomini χρόνον, id noli putare a loquendi consuetudine abhorrere. Nam haec formula non modo ei nomini adaptatur, ex quo pendet actio principalis, sed, quoniam usurpatur in multitudine aliqua ab una aliqua re tanquam a principio definienda, etiam casui et numero eius nominis sese adiungit, quo illa ipsa res indicatur. Alcibiad. I. p. 104. Α. τὰ γὰρ ὑπάρχοντά σοι μεγάλα εἶναι, ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρχάμενα, τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχῆν. ubi fuerunt qui mallent ἀρχάμενον. Gorg. p. 471. C. Reip. VI. p. 498. C. al. Rem dilucide exposuit Buttmannus ad Platon. Diall. IV. edit. 4. p. 212 sq.

τὸ γὰρ ὅλην διατελεῖν —] Laudat haec usque ad E. αὐτοῖς τε καὶ ξυντάσῃ τῇ πόλει Stob. Sermon. XXX. p. 211.

εἶτ' ἐπιτήδευμα τὸ τοιοῦτον καλεῖν ἐστὶ χρεῶν. καὶ δὴ καὶ δεσποῖαν ἐν οἰκίᾳ ὑπὸ Θεραπεινίδων ἐγείροσθαι τινων καὶ μὴ πρῶτην αὐτὴν ἐγείρειν τὰς ἄλλας, αἰσχροὺν λέγειν χρῆ πρὸς αὐτοὺς δούλον τε καὶ δούλην καὶ παῖδα, καὶ εἰ πως ἦν οἶόν τε, ὅλην καὶ πᾶσαν τὴν οἰκίαν. ἐγειρομένους δὲ νύκτωρ δεῖ πάντας πράττειν τῶν τε πολιτικῶν μέρη πολλὰ καὶ τῶν οικονομικῶν, ἄρχοντας μὲν κατὰ πόλιν, δεσποίνας δὲ καὶ δεσπότας ἐν ἰδίαις οἰκίαις. ὕπνος γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν οὐδ' αὖ ταῖς πράξεσι ταῖς περὶ ταῦτα πάντα ἀριότιων ἐστὶ κατὰ φύσιν. καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἀξίος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος· ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστα ἐστὶ κηδεμῶν, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλείστον, τὸ πρὸς ὑγίαιαν αὐτοῦ μόνον φρ-

P. 808. χρῆ πρὸς αὐτοὺς] Libri autōtis praeter Flor. d. Emendavit Astius.

16. = Vol. II. p. 28 sq. ed. Lips. Gaisf., ubi nobilissimus epitomator florilegus multa hanc in rem dicta aliorum quum poetarum tum philosophorum collegit, quae contendisse cum Platonicis certe non poenitebit. De re ipsa conf. etiam Bekkeri Chariclem Vol. II. p. 476.

P. 808 καὶ δὴ καὶ δεσποῖαν] Alterum καὶ ab Stobaeo omisum video, sed id sine idonea caussa factum, ac fortasse mero errore.

λέγειν χρῆ πρὸς αὐτοὺς] H. e. πρὸς ἀλλήλους. Male libri praeter unum Florentinum αὐτοὺς, quod felicissime emendavit Astius. Suidas: Οἱ Ἀττικοὶ ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ ἀλλήλους λέγουσιν. Hesychius T. I. p. 1059. ἑαυτοὺς ἀλλήλους. v. intpp. ad Sophocle. Antig. v. 145. et nos ad Tim. p. 83. A. Dein Stob. ordine inverso: δούλην τε καὶ δούλον.

ὅλην καὶ πᾶσαν τὴν οἰ-

κίαν] Sic ὅλος καὶ πᾶς innetum extat XII. p. 944. De Rep. V. p. 469. C. VII. p. 527. C. al. Alia consimilia notavit Lobeckius Paralipomen. Vol. I. p. 60 sqq. Mox Stob. δεῖ πάντως πράττειν.

B. ὕπνος γὰρ δὴ π. οὔτε —] Recitat Stobaeus haec etiam Serm. I. p. 22. 52. Praeterea totus locus ob oculos versatus est Clem. Al. Paedag. II. 9. p. 218 sq. ubi v. Potterus, Julian. Orat. II. qui haec habet: ἀληθῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς εἰς οὐδὲν ἀξίος καθεύδων ἀνήρ ἢ καὶ ἐγρηγόρως τοῖς καθεύδουσιν ἐμπερῶς. Diog. Laërt. III. §. 39. qui verba laudat sic: κοιμώμενος δὲ — ἀξίος, al. Talia quippe a posterioris aetatis scriptoribus crebris usurpari sermonibus solent; habent enim sententias communes, quas illi singulari studio veniuntur.

C. ἐστὶ δ' οὐ πολὺ καλῶς —] non id adeo mul-

λάττων χρήσιμον· ἐστὶ δ' οὐ πολὺ καλῶς εἰς ἔθος ἰόν. ἐγρηγόρως δὲ ἄρχοντες ἐν πόλεσι νύκτωρ φοβεροὶ μὲν κακοῖς πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολιταῖς, ἀγαστοὶ δὲ καὶ τίμιοι τοῖς δικαίοις τε καὶ σώφροσιν, ὠφέλιμοι δὲ αὐτοῖς τε καὶ ξυμπάσῃ τῇ πόλει.

Cap. XIV. Νῦξ μὲν δὴ διαγομένη τοιαύτη τις πρὸς πᾶσι τοῖς εἰρημένους ἀνδρείαν ἂν τινα προσπαρέχοιτο ταῖς ψυχαῖς ἐκάστων τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν· ἡμέρας δὲ ὄρθρου τε ἐπαριόντων παῖδας μὲν πρὸς διδασκάλους πρὸς τρέψασθαι χρεῶν. ἄνευ ποιμίνας δὲ οὔτε πρόβατα οὔτ' ἄλλο οὐδὲν πω βιωτέον, οὐδὲ δὴ παῖδας ἄνευ τινῶν παιδαγωγῶν οὐδὲ δούλους ἄνευ δεσποτῶν. ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον· ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν μῆ-

C. καίως — ἰόν] καλῶς Q. E. f. r. a. d. o. ἰόν f. r. a. d. o. Paullo ante Astius αὐτοῦ μόνον.

tum aut difficile est, si bene in consuetudinem abierit. Dein te post πολεμίοις Stob. altero loco omittit, altero tnetur; ex quo quid consequatur, sponte apparet. Tenenda enim vocula est cum libris Platonis.

Cap. XIV. D. ἡμέρας δὲ ὄρθρου τε ἐπαριόντων —] quum dies et diluculum adveniunt, pueros ad magistros itare oportet. Pertinet huc lex Solonia apud Aeschin. in Timarch. p. 37. οἱ δὲ τῶν παιδῶν διδάσκαλοι ἀνοργέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἢ λίον ἀνιόντος, κλειώσαν δὲ πρὸ ἡλίου δύοντος. conf. Thucyd. VII. 29. Post παῖδας quod μὲν infertur, non insequente δὲ, animo loquentis obversatum est membrum oppositae sententiae. fere hoc: adultos autem sua item obire negotia decet. Res hodie in vulgus nota.

οὔτε πρόβατα — βιωτέον] V. ann. ad p. 793. E.

παῖδας ἄνευ τινῶν παιδαγωγῶν] Nam inter alia paedagogorum erat alumnorum quodtidie in scholam comitari. De universa paedagogorum conditione et munere v. Pignorius De servis cap. XV. p. 116. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. p. 4. A. Vol. I. p. 48 sqq. ed. Lips. et Cramer. Geschichte der Erziehung u. d. Unterrichts Vol. I. p. 259 sq. Bekker. Charicl. Vol. I. p. 38 sq.

ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων —] Verissima philosophi sententia, quam alii deinceps iterum iterumque inculcarunt et ad taedium usque repetierunt. Sed his missis conferas ipsum VI. p. 766. A. et Aristot. Polit. I. 2, 12. ed. Schneid. De ὅσῳ μάλιστα, pro quo expsectabas ὅσῳ μᾶλλον, conf. De Rep. II. p. 374. D. ὅσῳ μέγιστον τὸ τῶν φυλάκων ἔργον, τοσοῦτο σχολῆς τε τῶν ἄλλων πλείστης ἂν εἴη — καὶ ἐπιμελείας μεγίστης δεόμενον.

πω κατηρτυμένην, επίβουλον καὶ δριμύ καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίνεται. διὸ δὴ πολλοῖς αὐτὸ οἶον χαλινοῖς τισι δεῖ δεσμεύειν, πρῶτον μὲν, τροφῶν καὶ μητέρων ὅταν ἀπαλλάττηται, παιδαγωγοῖς παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν, ἔτι δ' αὐ τοῖς διδάσκουσι καὶ ὀτιοῦν καὶ μαθήμασιν, ὡς ἐλευθέρων ὡς δ' αὐ δοῦλον, πᾶς ὁ προστυγχάνων τῶν ἐλευθέρων ἀνδρῶν κολάζετω τὸν τε παῖδα αὐτὸν καὶ τὸν παιδαγωγὸν καὶ τὸν διδάσκαλον, ἕαν ἐξαμαρτάνῃ τις τι τούτων. ἂν δ' αὐ προστυγχάνων τις μὴ κολάζῃ τῇ δίκῃ, ὀνειδίει μὲν 809 ἐνεχέσθω πρῶτον τῷ μεγίστῳ, ὁ δὲ τῶν νομοφυλάκων ἐπὶ τὴν τῶν παίδων ἀρχὴν ἠροημένος ἐπισκοπεῖται τοῦτον τὸν ἐντυγχάνοντα οἷς λέγομεν καὶ μὴ κολά-

E. παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν] Ald. Lov. Bas. 1. 2. et codd. mss. v.f.h.r.c. παιδίας. Par. A. et pr. Vat. Q. παιδείας. καὶ τὸν διδάσκαλον] Alterum istud τὸν om. Z. Q. v.f.b.r.a. c. d. o.

Thucyd. VIII. 84. ὅσω μάλιστα καὶ ἐλεύθεροι ἦσαν οἱ παῖται, τοσοῦτω καὶ θρασυτάτα τὸν μισθὸν ἀπλήτου. conf. Matthiae Gr. §. 462. Itaque hic in altero membro cogitatione addendum: τοσοῦτω μάλιστα ἐπίβουλον γίνεται. Pro κατηρτυμένην Cornarius legendum coniecit κατηρτυμένην, quam coniecturam Stephanus more suo tanquam lectionem codicis alicuius memorat. Sed verum est unice κατηρτυμένην. Nam καταρτυεῖν est disciplina et institutione regere, componere, formare, transferturque eleganter ad ingenium; cuius usus exempla bene multa congressit Wytttenbach. ad Plut. Moral. p. 320 sqq. ed. Oxon. p. 243 sqq. Vol. I. ed. Lips. Itaque sententia verborum haec est: quanto minus habet fontem prudentiae et intelligentiae satis ordinatum recteque compositum (h. e. adhuc liberius et insolentius ebullientem), tanto

magis insidiosum, astutum, et petulantissimum omnium animalium exsistit. Voc. δριμύ in malam partem de astuto usurpatum illustravit Wytttenbach. ad Plut. Moral. p. 48. A. Commentar. p. 409. ed. Ox. = 318. ed. Lips. Vol. I.

E. πρῶτον μὲν—παιδαγωγοῖς —] Nam infantiae et primae pueritiae aetate exacta, puer ex manibus nutricis tradebatur in manus paedagogi; v. Aristot. Pol. VII. 17. Teles ap. Stob. p. 535. Quintil. Instit. Orat. I. 1. Qui quum non iidem essent litterarum doctores, accedere debuit etiam peculiarium opera magistrorum. Quocirca a paedagogis, qui erant morum puerilium custodes, diligenter discernendi sunt magistri, qui pueros in artibus atque litteris instituebant. Quod ipsum etiam a Platone factum est. Is enim subiungit: ἔτι δ' αὐ διδάσκουσι κτλ. v. Cramer. l. c. p. 259 sq. Vol. I. Atque hinc intelligi li-

ζοντα, δεῖον κολάζειν, ἢ κολάζοντα μὴ κατὰ τρόπον, βλέπων δὲ ἡμῖν ὀξύ καὶ διαφερόντως ἐπιμελούμενος τῆς τῶν παίδων τροφῆς κατευθυνέτω τὰς φύσεις αὐτῶν, αἰετρίπων πρὸς τὰ γαθὸν κατὰ νόμους.

Τοῦτον δὲ αὐτὸν αὐ πῶς ἂν ἡμῖν ὁ νόμος αὐτός παιδεύσειεν ἱκανῶς; νῦν μὲν γὰρ δὴ εἴρηκεν οὐδὲν πω σαφές οὐδὲ ἱκανόν, ἀλλὰ τὰ μὲν, τὰ δ' οὐδὲ δεῖ δὲ εἰς δύναμιν μηδὲν παραλείπειν αὐτῶ, πάντα δὲ λόγον ἀφερμηνεύειν, ἵνα οὗτος τοῖς ἄλλοις μνηστῆς τε ἅμα καὶ τροφεὺς γίγηται, τὰ μὲν οὖν δὴ χορείας περὶ μελῶν τε καὶ ὀρχήσεως ἐρόήθη, τίνα τύπον ἔχοντα ἐκλεκτὰ τε ἐστὶ καὶ ἐπανορθωτέα καὶ καθιερωτέα: τὰ δὲ ἐν γράμμασι μὲν ὄντα, ἀνευ δὲ μέτρων,

εις τι τούτων] τι om. A. et pr. Q. Abiecit igitur Schneiderus.

P. 809. οἷς λέγομεν] οἷ A. et pr. Q.

Τοῦτον δὲ αὐτὸν] τούτων A. x. et pr. Q.

B. ἐν γράμμασι μὲν ὄντα] μὲν om. Ricard. h.

cebit, cur paedagogis quidem pueri tradi dicantur παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν. Quippe severior litterarum disciplina ab eorum munere et officio procul aberat. Continebant illi potius mores puerorum disciplina sua παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν, h. e. propter puerilis aetatis imprudentiam. Nam hoc significatur his verbis utique, nec simpliciter infantia et puerilis aetas designatur. Vocabulum παιδίας, pro quo alii παιδίās, alii παιδείας legunt, in controversiam vocatum est, quod ipsi quoque nuper fecimus ad Politic. p. 268. E. Sed nunc, mutata sententia, illud tuendum putamus. Eadem vi et potestate ponitur infra libr. IX. p. 864. D. ἢ γῆρε ἐπερμέισον ἐνεχόμενος ἢ παιδία. ubi libri item fluctuant. Non inepte Lexicographi comparant Theogn. v. 1305. παιδείης πολυηράτου ἀνθος ὀκνιερὸν σταθόν. Ibid. 1348. παιδείης ἀνθος ἔχου' ἐρατόν.

ubi fortasse cum Dindorfio παιδῆς refingendum, producta ob metrum syllaba media. Hippocr. p. 113. C. ἐν τῇ παιδίῃ τε καὶ νεότητι. Photius Lex. p. 370. I. Παιδείαν παιδικὴν ἠλεῖαν. Lysias p. Polycr. p. 674. I. ἐν παιδείας φιλος. Ab his tamen discrepant quae narrant Etymol. M. p. 657 50. et Suidas. qui παιδίαν scribunt Attice dici pro vulg. παιδία. Nam ille quidem: Τὸ γὰρ σημαῖον, inquit, τὸ παλγιον διὰ τοῦ γράφεται, καὶ παρ' ἡμῖν μὲν ὀξύνηται, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις βαρύνεται, οἷον παιδία. Nimirum hi videntur voc. παιδία, quod reperissent, continuo pro Attica forma voc. παιδίā habuisse, quum tamen illo aliquid significetur. Certe quidem in Legum locis, quos indicavimus, non potest aliter nisi de puerili aetate coniunctaque cum ea imprudentia intelligi.

ἔτι δ' αὐ τοῖς διδάσκουσι] ac praeterea per magistros

ποῖα καὶ τίνα μεταχειρίζεσθαι χρήσοι τρόπον, ὃ ἀριστε
 C τῶν παιδῶν ἐπιμελητά, τοὺς ὑπὸ σοῦ τρεφόμενους,
 οὐκ εἰρήκαμεν, καίτοι τὰ μὲν περὶ τὸν πόλεμον, ἃ
 δεῖ μανθάνειν τε αὐτοὺς καὶ μελετᾶν, ἔχεις τῷ λόγῳ·
 τὰ δὲ περὶ τὰ γράμματα πρῶτον καὶ δευτέρου λύρας
 περὶ καὶ λογισμῶν, ὧν ἔφαμεν δεῖν, ὅσα τε πρὸς πό-
 λεμον καὶ οἰκονομίαν καὶ τὴν κατὰ πόλιν διοίκησιν
 χρῆναι ἐκάστους λαβεῖν, καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἔτι

[*χρήσοι τρόπον*] Sic A. Q. E. h. r. a. c. d. o. x. Legebatur olim
χρήσει. Schneiderus scripsit *χρήσοι*.

C. *τὰ μὲν περὶ τὸν πόλεμον*] *μὲν* om. Ricard. h.
καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἔτι τὰ χρ.] *τὰ* om. Ric. h. Pro
ἔτι τὰ marg. Q. a. c. d. *τίνα δὲ.*

D. *εἰς ἕκαστον τῶν ἐνιαυτῶν*] τὸν ἐνιαυτὸν A. v. x. a. et

cuiuscunque artis ac di-
 sciplina. In his quod Wyt-
 tenbach. ad Plutarch. Moral.
 Vol. I. p. 50. καὶ recte abesse
 posse arbitratur, nos quidem
 indicamus aliter. Nam vocula
 eiecta verborum structura labo-
 raret magnopere, nisi forte sta-
 tueris ipsa *μαθήματα* dici posse
διδάσκειν καὶ διωγν, quod tamen
 nunc minus aptum est, quum
παιδαγωγοὶ opponantur magi-
 stris. Conf. mox p. 810. A.

P. 809. B. *ποῖα καὶ τίνα
 μεταχειρίζεσθαι* —] Vere
 observavit Zellerus Studior.
 Platonice. p. 79. saepissime in
 his libris fieri, ut is, qui dispu-
 tat, aliquem fingat tanquam prae-
 sentem sermoni interesse eum-
 que alloquatur. Quod tamen non
 a Platonis more abhorrere neque
 pro vitioso et inepto habendum
 esse iam alio loco ostendimus.
 Et hoc quidem loco aptissime
 compellatur is, qui universae in-
 stitutioni et educationi puerorum
 praefectus est, quoniam ipse quo-
 que instituitur diligentius, atque
 edocetur, qua via et ratione in-
 regenda et moderanda inventu-
 ris institutione uti debeat. Ad-
 duntur enim dehinc nonnulla prae-

cepta de disciplina puerili in su-
 perioribus praetermissa.

C. *καίτοι τὰ μὲν περὶ
 τὸν πόλ.*] Corrigenz ab initio
 quod modo dixerat addit hoc:
 quamquam quae ad bellum
 spectant, quatenus eos
 oporteat discere et exer-
 cere, id vero iam tenes
 oratione instituta. Tum vero
 pergit sic: Sed de litteris,
 musica et computandi rati-
 one etiam nunc diligen-
 tius explicandum est; de
 his enim rebus nondum sat-
 tis es antea edoctus. Hanc
 vero sententiam eloquitur paullo
 prolivius, quod ipsum deprava-
 tionem verborum ansam dedit. Vi-
 demur tamen lenissima muta-
 tione locum integritati suae re-
 stituisse. Etenim tenendum est
 primum, post *ταῦτα πάση πόλει*
 repente inferri interrogationem,
 qua inchoatae orationis tenor
 paullisper inhibetur, siquidem
 dehinc tanquam per occasionem
 ad aliud quid transitur, usque
 dum abruptum sermonis filum
 denno resumitur. Quod quidem
 fit post *ἐμφορῶς ἀπεργάζονται*,
 ubi denique subiungitur apodo-
 sis. Itaque post *πάση πόλει* et

τὰ χρήσιμα τῶν ἐν ταῖς περιόδοις τῶν θείων, ἄστρον
 τε περὶ καὶ ἡλίον καὶ σελήνην, ὅσα διοικεῖν ἀναγκαῖόν
 ἔστι περὶ ταῦτα πάση πόλει — τίνων δὲ περὶ λέγομεν; D
 ἡμεῶν τάξεως εἰς μηνῶν περιόδους καὶ μηνῶν εἰς
 ἕκαστον τῶν ἐνιαυτῶν, ἵνα ὥραι καὶ θυσίαι καὶ ἐορ-
 ται τὰ προσήκοντ' ἀπολαμβάνουσαι ἑαυταῖς ἕκασται τῷ
 κατὰ φύσιν ἄγεσθαι, ζῶσαν τὴν πόλιν καὶ ἐργηγοῦσαν
 παρεχόμεναι, θεοῖς μὲν τὰς τιμὰς ἀποδιδῶσι, τοὺς δὲ

pr. Q. Sed *ἐνιαυτῶν* Q. in marg. cum annotat.: *ἀπ' ἀρθώσεως, καὶ
 καὶ αὐτῶς*. Idem habet Flor. a. Accusativum τὸν ἐνιαυτὸν recepit
 Schneider.

ταῦτα οὔπω σοι π.] Male vulgo *οὔτω*. Vere Ric. h. *οὔπω*,
 vel potius corrupte: *οὔπω* v. enarrat.

ἀπεργάζονται, quo utroque loco
 omnes puncto incidunt oratio-
 nem, lineolam posuimus, quae
 sermonis interrupti iudicium faci-
 at. Similia exempla interpel-
 latae orationis notavimus ad So-
 phist. p. 265. C. et Phileb. p.
 57. D. Praeterea vero in ipsa
 haec apodosis: *ταῦτα οὔπω σοι
 πάντα ἱκανῶς κτ.* vulgo pessim-
 us error insederat, quandoqui-
 dem scribebatur: *ταῦτα οὔτω σοι
 π. κτ.* quod vitiosum esse quum
 universa sententia arguat, tum
 clarissime apparet ex eo, quod
 protenus additur: *γράμμάτων ἐπ-
 πομεν ὡς οὐχ ἱκανῶς, ἔχεις περὶ*.
 Restitui igitur haud cunctanter
 quod unus codex servavit *οὔπω*.
 Quo restituto* protenus omnia
 clara fiunt et perspicua. Sed his
 de universo loco expositis, rest-
 at, ut de singulis eius parti-
 bus explicemus. Itaque verba:
ὧν ἔφαμεν δεῖν κτ. interpretare
 sic: quae (*τὰ περὶ λογισμῶν* sc.)
 dicebamus discenda esse,
 quaeque indicabamus
 unumquemque ad bellum
 et rei familiaris admini-
 strationem et civitatis admi-
 nistrationem percipere
 oportere, et quae ad eam-
 dem haec adhuc sunt uti-

lia ex iis, quae in conver-
 sionibus rerum coelestium,
 siderum et solis et lunae
 habita ratione, cernuntur,
 quae quidem prorsus ne-
 cesse est universae civi-
 tati de istis constituere —
 sc. quae nunc dicturus sum;
 referendum enim *ταῦτα* ad con-
 sequentia, quae, praemissa in-
 terrogatione, subiunguntur. De in-
 terrogatione ab ipso Atheniensi
 orationi suae interposita v. ann.
 ad Sympos. p. 178. D. et Legg.
 I. 5. 41. I. 5. 111. 691. C. 701.
 C. IV. 722. D. VI. 780. A. VIII.
 848. B. X. 894. A. al. Mox
διεῖρηται, pro quo vulgo *διήρη-
 ται*, i. e. disceptatum est,
 scribebatur, interpreters expo-
 situm est, diserte explica-
 tum est, quod patet ipsi sen-
 tentiae optime convenire. Verbo
διεῖρηται Plato saepe utitur,
 veluti Libr. VII. p. 813. A. *ταῦτα
 ἡμῶν — διεῖρηται πάντα*, et ibid.
καὶ ταῦτα διεῖρηκας, P. 824. *ἐπα-
 ρος — καὶ νόμος ὁ διεῖρημένος ἀν-
 εἶη λόγος*, XI. p. 932. E. *τὰ μὲν
 θανάσιμα — διεῖρηται*. Ibid. p. 927.
 E. *νόμος διεῖρημένος*. Pag.
 932. D. *τούτων οὐδὲν ποῦ διε-
 ῖρηται*. Conf. etiam Abresch.
 Diucidatt. Thucyd. p. 515. et

ἀνθρώπους περὶ αὐτὰ μᾶλλον ἐμφορας ἀπεργάζωνται — ταῦτα οὕτω σοὶ πάντα ἱκανῶς, ὦ φίλε, παρὰ τοῦ νομοθέτου διείρηται. πρόσθε δὴ τὸν νοῦν τοῖς μετὰ ταῦτα μέλλουσι ῥηθῆσθαι γραμμάτων εἰπομεν ὡς οὐχ ἱκανῶς ἔχεις περὶ τὸ πρῶτον, ἐπικαλοῦντες τί τῇ λέξει; τότε, ὡς οὕτω διείρηκέ σοι, πότερον εἰς ἀκρίβειαν τοῦ μαθήματος ἴτεον τὸν μέλλοντα πολίτην ἔσεσθαι μέτριον ἢ τὸ παράπαν οὐδὲ προσοιστέον· ὡς δ' αὐτως καὶ περὶ λύρας. προσοιστέον μὲν τοῖνυν γαμῖν. εἰς μὲν γράμματα παιδί δε-

E. νομοθέτου διείρηται] Sic A. Q. E. a. c. d., pr. h., et a. sec. m. Vat. r. Ante Astium legebatur διήρηται.

ἐπικαλοῦντες — τότε] Schneiderus emendavit: ἐπικ. τί τῇ λέξει; τότε, ὡς κ. τ. λ. Recte. Vulgo erat: ἐπικαλοῦντες τι τῇ λέξει τότε, ὡς.

οὐδὲ προσοιστέον] Marg. Voss. x. προσοιστέον.

ἐπιαντοὶ τρεῖς] Sic A. corr. Q. E. v. f. h. r. a. c. d. o. x. cum Ald. Lov. Bas. l. 2. pro eo, quod dedit Stephanus, τρεῖς.

Dorvill. ad Charit. p. 595. ed. Lips.

E. πότερον εἰς ἀκρίβειαν τ. μ. ἴτεον —] De accusativo τὸν πολίτην, qui ex ἴτεον pendet, h. e. δεῖ ἴτεαι, v. ann. ad p. 793. E. coll. Lobeck. ad Phrynich. p. 767. qui comparat Gregor. Naz. Orat. VI. 6. 116 B. ἀλλ' ἐπιαντίον τὸν λόγον. Formula loquendi: εἰς ἀκρίβειαν τοῦ μαθήματος ἴτεαι significat idem quod ἀκριβῶς μανθάνειν. Similia tractavit Matthiae Gr. §. 578. f.

οὐδὲ προσοιστέον] Nihil est quod alibi scribitur προσοιστέον. Nam verbale προσοιστέον non ab activo verbo sed a medio προσφθέσθαι repetendum est, quod significat accedere, ut centenis locis. Verum acute perspexit Astius. De ὡς δ' αὐτως v. ad Phaedon. p. 102. D. προσοιστέον μὲν τοῖνυν φ.] Legendum videtur de conjectura Im. Bekkeri μένοι νοῦν.

εἰς μὲν γράμματα παιδί

δ.] Post ἐπιαντοὶ τρεῖς int. μέτριος ὁ χρόνος. Itaque puerum decennalem iubet in legendo scribendoque exerceri per tres decem annos natis autem consentaneum arbitratur accedere ad musicam atque item per tres annos (ἐπιαντα τρεῖς ἔτη) fidibus discere. Quod praeceptum quatenus conveniat cum Graecorum moribus et institutis, de eo v. Cramer. Gesch. d. Erz. u. d. Unterrichts Vol. I. p. 280 sqq. Becker. Charicl. Vol. I. p. 40 sqq. Nimirum videtur philosophus haec ita constituere, ut non certum aliquem et constantem aequalium morem ob oculos habuerit.

P. 810. καὶ μήτε πλείω τούτων —] Hic quoque locus criticis multum molestiae creavit. Stephanus enim pro αὐτῷ legendum putabat αὐτῷ, et reliqua sic mutabat: μηδὲ πατρὶ μήτ' αὐτῷ φιλομαθοῦντι. Cornarius autem censebat legendum esse καὶ μήτε πατρί, et insertis καὶ μήτε ante πατρί, et

κατεῖ σχεδὸν ἐπιαντοὶ τρεῖς, λύρας δὲ ἀφασθαι τρία μὲν ἔτη καὶ δέκα γεγονόσιν ἀρχεσθαι μέτριος ὁ χρόνος, 810 ἐπιανταὶ δὲ ἑτέρα τρία. καὶ μήτε πλείω τούτων μήτ' ἐλάττω πατρὶ μηδ' αὐτῷ, φιλομαθοῦντι μηδὲ μισοῦντι, περὶ ταῦτα ἐξέσω μείζω μηδ' ἐλάττω διατριβὴν ποιεσθαι παράνομον· ὁ δὲ μὴ πειθόμενος ἀτιμος τῶν παιδείων ἔστω τιμῶν, ἄς ὀλίγον ὑστερον ῥητέον. μανθάνειν δὲ ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις δὴ τί ποτε δεῖ τοὺς νέους καὶ διδάσκειν αὐτοὺς διδάσκαλους; τοῦτο αὐτὸ πρῶτον μανθάνει. γράμματα B

Pro vulg. δεκεῖτε ex pr. Q. et Flor. a. c. δεκεῖτε scripsimus.

P. 810. πατρὶ μήτ' αὐτῷ] Libri μὴτ'. Correxī de Bekkeri sententia, probante Hermanno.

μηδ' ἐλάττω διατριβῇ] Sic codd. omnes pro vulg. ἢ καὶ ἐλάττω

ἀτιμος τῶν παιδείων] Sic codd. mss. Vulgo erat παιδίων. πρῶτον μανθάνει] μανθάνειν E. f. h. c. o. et ex corr. Q. a. d.

neque patri, neque sive amore sive odio circa haec ducto ctr. Sed neque his neque aliis similibus machinis indigebimus ad locum vel explicandum recte vel vindicandum, modo, lenissima verborum mutatione admissa, singula recte fuerimus interpretati. Nam ubi cum Bekkerō pro μὴτ' αὐτῷ refluxeris μηδ' αὐτῷ, protenus erunt omnia expedita et a difficultatibus libera. Quippe ita sententia haec existit: neque longius istis neque brevius aut patri aut ipsi (puero), sive quod amet sive quia oderit et aspernetur hanc disciplinam, non maius, inquam, aut brevius tempus illis liceat in his rebus morari praeter leges, i. e. ita ut leges violentur, s. invitis legibus. Etenim αὐτῷ quod ad puerum refertur oppositumque parenti est, id certe neminem morabitur, qui meminerit. pueri in hac re utique esse partes

primarias, quippe qui ille ipse est, ad quem omnis institutio pertinet. Quod autem interponitur φιλομαθοῦντι μηδὲ μισοῦντι, alterum refertur ad tempus institutionis brevius, quale sibi expetunt, qui litteras et artes oderunt; alterum pertinet ad longius temporis spatium, quod fere exoptant, qui discendi sunt cupidiores. Denique verba μείζω μηδ' ἐλάττω post ea, quae interiecta sunt, iterant praegressum istud μήτε πλείω μήτε ἐλάττω, in quo nemo erit quin protenus gratam quandam agnoscat orationis negligentiam Graecis admodum familiarem. De μηδ' αὐτῷ pro μὴτ' αὐτῷ substituto v. ann. ad Parmenid. p. 152. E. ἀτιμος τῶν παιδείων — τιμῶν] expers puerilium honorum.

B. γράμματα μὲν τοῖνυν χρῆ —] Ordinem verborum putata hunc esse: χρῆ μὲν τοῖνυν γράμματα διαπορεῖν τὸ δυνατὸν εἶναι μέχρι τοῦ γράψαι τε (αὐτὰ) καὶ ἀναγῶναι.

μὲν τοίνυν χοῆ τὸ μέχρι τοῦ γραῖναι τε καὶ ἀνα-
γνῶναι δυνατόν εἶναι διαπονεῖν· πρὸς τάχος δὲ ἢ
κάλλος ἀπηρεσιβῶσθαι τισιν, οἷς μὴ φύσιν ἐπίσπου-
σεν, ἐν τοῖς τεταγμένοις ἔτεσι, χαίρειν ἔαν. πρὸς δὲ
δὴ μαθήματα ἄλλα ποιητῶν, κείμενα ἐν γραμμασί,
τοῖς μὲν μετὰ μέτρων, τοῖς δ' ἄνευ ῥυθμῶν τμη-
μάτων, ἃ δὴ συγγράμματα κατὰ λόγον εἰρημένα μόνον,
τητώμενα ῥυθμοῦ τε καὶ ἀρμονίας, σφαλῶσθαι
C γραμμασθ' ἡμῖν ἐστὶ παρά τινων τῶν πολλῶν τοιοῦ-
των ἀνθρώπων καταλελειμμένα· οἷς, ὡς πάντων βέλ-
τιστοι νομοφύλακες, τί χρήσεσθε; ἢ τί ποθ' ὑμῖν
ὁ νομοθέτης χρῆσθαι προστάξας ὁρθῶς ἂν τάξει;
καὶ μάλα ἀπορήσειν αὐτὸν προσδοκῶ.

B. δυνατόν εἶναι διαπονεῖν] δυνατόν εἶναι om. Z.

C. φαίνοι πρὸς αὐτὸν] Vulg. φαίνοι ex Angel. Vat. r. Flor. a. δ. mutavimus, ut ubique. — αὐτὸν Z. v. f. h. r. a. c.

D. ἐναντία λέγειν] V. λέγειν ἐναντία, uno Ven. Z. consentiente.

πρὸς τάχος δὲ ἢ κάλλος —] ut id vero ad celeritatem et pulcritudinem quandam exactum et perfectum sit intra annos statutos, apud quosdam, quibus natura non subvenit (i. e. quos natura non adiuvit) non est curandum, h. e. tardiores non magno opere curandi sunt, nec severe exigendum ab omnibus, ut ad legendi scribendique vel celeritatem vel pulcritudinem quam maximam perveniant. Male Astius alique verba ἐν τοῖς τεταγμένοις ἔτεσι cum χαίρειν ἔαν coniunxerunt, quod loci sententiae adversatur. Itaque ante χαίρειν cum vet. editt. commate distinximus. De ἐπίσπουσεν intransitive posito v. Xenoph. Symp. VII. 4. ταῦτα (oleum et aqua) οὐκ εἰς ταῦτον τὸ ὄνω ἐπισπένδει, i. e. eodem tendunt quo vinum. Cypri. 1. 3, 4. εἰς τὸ αὐτὸ

ἡμῖν σπεύδει. Ceterum de ratione et via, qua Graeci in tradendis hisce litterarum elementis utebantur, disseruit nuper Cramerus Histor. Educat. et Institut. Vol. I. p. 280 sqq. De ea vero ratione, qua magistri pueros in scribendi negotio adiuverint, vide Senecae suavissimam Epistolam 94.

πρὸς δὲ δὴ μαθήματα ἄλλα —] iam vero quod ad disciplinas attinet sine lyra poëtarum litteris mandatas vel numero ligatis vel numerorum incisis carentibus, quae quidem scripta sunt tantum oratione composita numeroque et harmonia privata (prosaica hodie appellantur); sunt scriptiones fallaces sane et periculosae nobis a plerisque id genus hominibus relictas, quibus vos optimi legum custo-

KA. Τι ποτε τοῦτ', ὦ ξένη, φαίνοι πρὸς σάν-
τὸν ὄντως ἠπορηκῶς λέγειν;

AΘ. Ὁρθῶς ὑπέλαβες, ὦ Κλεινία. πρὸς δὲ δὴ
κοινωνοὺς ὑμᾶς ὄντας περὶ νόμων ἀνάγκη τό τε φαι-
ρόμενον εὐπορον καὶ τὸ μὴ φράζειν.

KA. Τι οὖν; τί περὶ τούτων νῦν καὶ ποῖον D
τι πεπονηθῶς λέγεις;

AΘ. Ἐρῶ δὴ· στόμασι γὰρ πολλάκις μυρίοις
ἐναντία λέγειν οὐδαμῶς εὐπορον.

KA. Τι δαί; μικρὰ καὶ ὀλίγα δοκεῖ σοι τὰ
ἐμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένα περὶ νόμων κείσθαι τοῖς
πολλοῖς ὑπεναντία;

Τι δαί; μικρὰ] Pro vulg. δὲ ex A. corr., Q. v. f. h. r. a. c. o. δ. recepi δαί; quod hic aptissime dicitur. Dein ὀλίγον A. Q. Z. v. et marg. Flor. a. c. δ. Unde Herm. de conl. ὀλίγον dedit.

des, quid tandem facietis? En! nihil novi sub sole! Nam quae Plato ante duo annorum millia scripsit, ea hodie quoque usum habent suum. Quamquam quid dicturus esset philosophus ex inferis excitatus, si talium scriptionum multitudinem prorsus horribilem videret, quali nos nunc gaudemus dicam an ex animo dolemus? Nimirum si ullo unquam tempore ingruit bonarum litterarum turpis spurcicies, certe negari non potest, eam nostris exortam esse temporibus, imprimis in Germania, quandoquidem in lucem prodierunt etiam opera ea, quae, omni boni honestique reverentia neglecta et contempta, ad unam maxime turpiditatem, impietatem, inhumanitatem, nequitiam denique essent comparata, σφαλῶσθαι ὄντως ἡμῖν γραμμασία, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἐρχομένοις. Sed recipiamus nos ad rem propositam. Commonenda

enim adhuc pauca sunt de verbis Platonis. In iis igitur ἀνεῖν ῥυθμῶν τμημάτων est; sine rhythmorum incisis ac segmentis, i. q. ἀνεῖν ῥυθμῶν τμημάτων. De verbo τητώμενα autem vid. Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 17, ed. Berol.

D. στόμασι γὰρ πολλάκις μυρίοις —] nam vocibus saepe innumeris contraria dicere, nequaquam facile est. Astius πολλάκις μυρίοις coniunctim scribi iubet, quod non displicet. Sic etiam paullo inferius. Proxima sic intelligenda sunt: Quid vero? videnturne tibi ex iis, quae antea de legibus a nobis dicta sunt, parva et pauca esse vulgi sententiae contraria? h. e. non pauca sane aut parva repugnant item vulgari hominum opinioni.

ΑΘ. Καὶ μάλα ἀληθῆς τοῦτό γε λέγεις· κελύεις γὰρ δὴ με, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐχθοδοποῦ γεγονυίας πολλοῖς, ἴσως δ' οὐκ ἐλάττωσιν ἐτέροις προσφιλοῦς, — εἰ δὲ ἐλάττωσιν, οὐκ οὐκ χείροσί γε, μεθ' ὧν διακελεύει με παρακινδυνεύοντά τε καὶ θαρρόοντα τὴν ἴνν ἐκ τῶν παρόντων λόγων τετμημένην ὁδὸν τῆς νομοθεσίας πορεύεσθαι μηδὲν ἀνιέντα.

τοῦτό γε λέγεις] γε om. Ric. h. Idem liber mox τοῖς πολλοῖς.

ἴσως δ' οὐκ ἐλάττωσιν] δ' om. A. a. x. in marg. habet Q. E. μεθ' ὧν διακελεύει] Sic E. v. f. g. a. c. d. o. Vulgo διακελεύη.

τετμημένην ὁδὸν] τετμημένην Q. v. r. a. d. et pr. A.

λέγω μὲν, εἰ ποιεῖται τε] Pro vulg. μὲν exhibent μὴν

κελεύεις γὰρ δὴ με, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, —] Periodus tortuosa atque omnino structa insolentius. Ad genitivus enim τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐχθ. γεγ. desideratur infinitivus aliquis. Quapropter vir doctus Misc. Obs. Vol. II. Part. II. p. 307. intelligendum putabat ἔχεσθαι, quod placebat etiam Ruhnkenio ad Tim. p. 128. et Buttmanno Lexilog. I. p. 125. Sed qui deest infinitivus, is si verum quaerimus, non plane desideratur, sed tantum alio modo enuntiat. Est enim periodus rursus ἀνακόλουθος. Quippe dicere volebat Atheniensis hoc: κελύεις γὰρ δὴ με — τῆς αὐτῆς ὁδοῦ μηδὲν ἀνιέναι, iubes igitur me ab hac via, ut mihi videtur, multis invisā, sed fortasse aliis non paucioribus grata — nihil remittere; quod dictum esset ut libr. VI. Polit. p. 498. D. πέρας οὐδὲν ἀνήσμεν. Verum inde ab εἰ δὲ ἐλάττωσιν, κ. τ. λ. propter interposita ista: ἴσως δ' οὐκ ἐλάττωσιν προσφιλοῦς, ab instituta oratione nonnihil defle-

ctit; quam etsi deinde inde a μεθ' ὧν διακελεύει με denuo redorditur iterato etiam verbo κελύεις, in cuius locum iam substituit διακελεύει, tamen ne nunc quidem eam ita absolvit, ut ab initio poterat expectari. Permutato enim infinitivo et participio denique id, quod est principale, participio significat, ideoque pro πορεύομενον μηδὲν ἀνιέναι dicit πορεύεσθαι μηδὲν ἀνιέντα. Quod tamen ita est comparatum, ut a Graecorum consuetudine haud sane abhorreat, quippe qui non raro actionem primariam etiam participiis designant. Atque haec si recte ita explicata sunt, non iam dubitabitur amplius, opinor, de genitivo illo, qui certe non aliunde nisi ex μηδὲν ἀνιέντα suspenditur. Voc. ἐχθοδοποῦ illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 128. = 108. ed. Koch. Dictionem τετμημένην ὁδὸν attigimus antea ad p. 803. E. — ἐκ τῶν παρόντων λόγων, pro sermonum nostrorum rationibus, dictum ut ἐκ τῶν παρόντων, in tali rerum sta-

ΚΑ. Τι μὴν;

Cap. XV. ΑΘ. Οὐ τοίνυν ἀνίημι. λέγω μὲν, ὅτι ποιεῖται τε ἡμῖν εἰσὶ τινες ἐπὶ ἑξαμέτρων πάντες πολλοὶ καὶ τριμέτρων καὶ πάντων δὴ τῶν λεγομένων μέτρων, οἱ μὲν ἐπὶ σπουδῆν, οἱ δ' ἐπὶ γέλωτα ὠρηκῶς παιδευομένους τῶν νέων τρέφειν καὶ διακορεῖς ποιεῖν, πολυηκόους τ' ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι ποι-

A. Q. E. v. f. h. r. a. c. quod Herm. Schneid. Baiter. receperunt. Dein Astius coni. ποιεῖται γε.

καὶ πάντων — μέτρων] Haec verba, in vett. editt. omissa, servarunt A. Q. v. f. h. r. a. c. d. o. x. Cum vett. editt. consentit, ut fere solet, Ven. E.

δεῖν οἱ πολλάκις] Sic A. et pr. Q. Vulgo δεῖν. Ex coniectura emendaverat Astius. Pro μῦθοι Schneiderus μῦθοι. v. Grammat. ad Ammon. p. 96. Arcad. p. 14. 21. Phot. p. 280. 14.

tu; ἐκ τῶν ὑπαρχόντων; ἔδ' ὧν οὐ λέγεις, secundum ea, quae dicis, al. Neque enim cum Astio pro τοῖς παροῦσι λόγοις dictum putari debet, hoc sensu: viam his sermonibus patefactam.

Cap. XV. E. λέγω μὲν, εἰ ποιεῖται τε ἡμῖν] Rursus μὲν habes non subsequente particula δέ, eadem lege positum qua in οἶμαι μὲν, νομίζω μὲν, δοκεῖ μὲν, δοκῶ μὲν, frequentatur. v. ad Criton. p. 43. D. Euthyphr. p. 7. B. Sophist. p. 221. A. 231. D. Phileb. p. 35. A. Legg. II. p. 656. B. III. in. al. Itaque cave μὴν corrigendum existimes, quod scriptum extat utique in codd. mss. plurimis. Nam μὴν istud quid hic significet aut quo iure locum nunc teneat, haud sane intelligitur. Nec quisquam recte desideraverit: λέγω μὲν οὖν, quandoquidem asyndeton in novae rei exordio de more admittitur. Dein pro ποιεῖται τε non est quod cum Astio refingendum censeamus ποιεῖται γε; nam τε sic positum, ut mox δέ respon-

deat, ut Libr. VIII. p. 832. D. X. p. 844. A. 890. A. conf. Indic. ad Remp. s. v. τε.

καὶ πάντων δὴ λεγ. μέτρων] et carminum ex omnis generis metris, quae feruntur, compositorum.

ἐν οἷς φασὶ δεῖν οἱ πολλάκις μῦθοι] Prave vulgo φασὶ δεῖν οἱ πολλάκις κ. τ. λ. quod correctum ex codd. est: in quibus innumeri fere censent eos iuvenum ac puerorum, qui recte instituantur, tanquam innutriti et satiari oportere. Proximum ποιῶντας ex τινος pendet, quod inest in infinitivo praecedente ποιεῖν. Ceterum de poetis et scriptoribus, in quibus legendis iuventus apud Athenienses potissimum exercebatur, lectu digna sunt quae disputavit Cramerus Histor. Instit. et Doctr. Vol. I. p. 282 sqq. Universam adolescentium erudiendorum rationem, qualis Platonis aetate vigeat, rationem copiose describit Protago-

811 οὐντας καὶ πολυμαθεῖς, ὅλους ποιητὰς ἐκμανθάνοντας· οἱ δὲ ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέξαντες καὶ τινὰς ὄλας ῥήσεις εἰς ταῦτό ξυναγαγόντες ἐκμανθάνειν φασὶ δειν εἰς μνήμην τιθεμένους, εἰ μέλλει τις ἀγαθὸς ἡμῖν καὶ σοφὸς ἐκ πολυπειρίας καὶ πολυμαθείας γενέσθαι. τούτοις δὴ σὺ κελεύεις ἐμὲ τὰ νῦν παρήρησιαζόμενον ἀποφαινεσθαι, τί τε καλῶς λέγουσι καὶ τί μῆ;

ΚΑ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΑΘ. Τί δὴ ποτ' ἂν οὖν περὶ ἀπάντων τούτων Β ἐνὶ λόγῳ φράζων εἴποιμ' ἂν ἱκανόν; οἴμαι μὲν τὸ τοιόνδε σχεδόν, ὃ καὶ πᾶς ἂν μοι συγχωρήσειε, πολλὰ μὲν ἕκαστον τούτων εἰρηξέμεν καλῶς, πολλὰ δὲ καὶ

P. 811. B. τὸ μὲν ἐὼν π.] Sic. Ric. et Flor. δ. Editt. ἐπ.

ras in dialogo cognomini p. 325. D sqq.

P. 811. ὅλους ποιητὰς ἐκμανθάνοντας] Haec per epekegesin subiungitur antegresso πολυμαθεῖς. Insanam istam legendi ediscendique cupiditatem, quae inter Athenienses regnabat, facete ridet Aristophan. Rann. v. 1125. ἰσχυροτενμένοι γὰρ εἶσι βιβλίον τ' ἔχων ἕκαστος μανθάνει τὰ δεξιά.

ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλ.] En florilegiorum, anthologiarum vel chrestomathiarum, ut vulgo dicuntur, auctores et praecones etiam antiquitati notos.

B. φράζων εἴποιμ' ἂν ἱκανόν;] De iunctis verbis φράζων εἴποιμ' ἂν v. III. p. 682. A. 689. E. 692. E. VII. 797. C. al. Sed rem dudum exhausserunt Lobeck. ad Aiac. p. 335. Heindorf. ad Sophist. p. 242. A. Astius ad Legg. p. 152. Matthiae Gr. Gr. §. 553. al. De TI δὴ ποτ' ἂν οὖν, quod Atticistarum praeceptis repugnat, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 373 sq.

εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἔχει —] Etenim Plato in legendis scri-

ptorum maximeque poetarum operibus, imprimis morum honestatem atque sanctitatem curandam esse arbitratur. v. Morgenstern. De Politia Plat. p. 241. Tennemann. System. IV. p. 188 sqq.

Τοῦ πρὸς τί παράδειγμα —] Stephanus τοῦ pro τίος acceptum nota interrogandi a consequentibus separandum esse putabat. Quod ita refutat Astius, ut τοῦ dicat esse pro τούτου positum, ideoque locum sic interpretetur: περὶ τούτου s. ταῦτο λέγω, hoc dico, scilicet πρὸς τί παράδειγμα κ. τ. λ. Neuter verum perdidit. Nam τοῦ articulus praemissus est universae sententiae: πρὸς τί παράδειγμα — ἀποκωλύοι, usu loquendi adeo pervulgato, ut copiosiore rei illustratione non videatur ulla ex parte opus esse.

C. Τοῦ μὴ παντάπασιν παραδ. ἀπορεῖν] Quod Atheniensis deinde sermones inter ipsos habitos ait exemplo esse posse, unde cognoscatur, quales libri pueris tradendi sint, eo significat, opinor, eos imprimis in his rebus institui oportere, unde, quid legibus publicis at-

τούναντιον. εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἔχει, κίνδυνόν φημι εἶναι φέρουσαν τοῖς παισὶ τὴν πολυμαθειάν.

ΚΑ. Πῶς οὖν καὶ τί παραινότης ἂν τῷ νομοφύλακι;

ΑΘ. Τοῦ περὶ λέγεις.

ΚΑ. Τοῦ πρὸς τί παράδειγμα ποτε ἀποβλέπας ἂν τὸ μὲν ἐφ' ἅπαντας μανθάνειν τοὺς νέους, τὸ δ' ἀποκωλύοι. λέγε καὶ μηδὲν ἀπόκνει λέγων.

ΑΘ. Ὡ γὰρ Κλεινία, κινδυνεύω κατὰ γέ τινα C τρόπον εὐτυχηξέμεναι.

ΚΑ. Τοῦ δὴ περὶ;

ΑΘ. Τοῦ μὴ παντάπασιν παραδείγματος ἀπορεῖν. νῦν γὰρ ἀποβλέπας πρὸς τοὺς λόγους, οὓς ἐξ

que honestatis rationibus sit consentaneum, quam optime cognoscatur. Quamobrem eosdem sermones facete dicit sibi videri non sine instinctu divino ab ipsis esse peroratos adeoque potius alicui simillimos. Locus displi- cuit Zellero Stud. Platon. p. 107. cuius haec sunt verba: „Wenn nicht einzusehen ist, wie der Athener dazu kommt, seine bisherigen nüchternen Reden einer Inspiration zuzuschreiben u. sie mit einer Dichtung zu vergleichen, so wird sich dieses am Einfachsten aus einer Nachahmung von Phaedr. p. 241. E. erklären.“ Verba Phaedri sunt: οὐκ ἤσθον, ὦ μακάριε, ὅτι ἤδη ἔπη φθέγγομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους, καὶ ταῦτα ψέγων; ἐὰν δ' ἐπαυεῖν τὸν ἔτερον ἀρξώμαι, τί με οἴει ποιήσειν; ἀρ' οἴσθ' ὅτι ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, αἷς με σὺ προῦβαλες ἐκ προνοίας, σαφῶς ἐνθουσιάζω; In quibus verbis si contendimus prorsus nihil inesse, quod imitationis suspicionem, a viro acutissimo tactatam, confirmare videatur, nihil facere videmur, Plat. Opp. Vol. X. Sect. II.

quod non aliorum quoque assensione confirmatum iri sperare liceat.

νῦν γὰρ ἀποβλέπας —] Nominativum participii quod deinceps excipit istud ἰδοῦσάν μοι, attigimus eandem constructionem ad libr. III. p. 686. D: ἀποβλέπας γὰρ πρὸς τούτον τὸν πτόλον — ἰδοῦσέ μοι πάγκαλός τε εἶναι κ. τ. λ. VI. p. 769. C. VII. 817. D. Apolog. p. 21. C: καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἰδοῦσέ μοι οὗτος ὁ ἀνὴρ δοκεῖν μὲν εἶναι σοφὸς κ. τ. λ. al. Pro μέγρι δεῦρο δὴ Suidas s. v. Δεῦρ' ἀεὶ ἀντὶ τοῦ ἕως τούτου. Πλάτων Νόμων ζ. πρὸς τοὺς λόγους, οὓς ἐξ ἑωμέγρι δεῦρο ἀεὶ διελήθησάμεν. Eadem totidem verbis refert Gramm. in Bachmanni Anecdotis Vol. I. p. 191. 25. nisi quod ibi δεῦρ' ἀεὶ scriptum legitur. Sed nullus tamen codex Platonis istud δεῦρ' ἀεὶ agnoscit; nec vero putamus ἀεὶ hic satis aptum esse, cuius exempla dabunt Canter. ad Aeschyl. Eumen. 399. Kuster. ad Aristoph. Lysistr. v. 1137. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 417. et in Thom.

ἔω μέχρι δεῦρο δὴ διεληλύθαμεν ἡμεῖς, ὡς μὲν ἐμοὶ φαινόμεθα οὐκ ἄνευ τινὸς ἐπινοίας θεῶν, ἔδοξαν δ' οὖν μοι παντάπασι ποιῆσαι τινὶ προσομοίῳ εἰρησθαι. καὶ μοι ἴσως οὐδὲν θαυμαστόν πάθος ἐπῆλθε, D λόγους οἰκείους οἷον ἀθρόους ἐπιβλέραντι μάλα ἡσθῆναι τῶν γὰρ δὴ πλείστων λόγων, οὓς ἐν ποιήμασιν ἢ χυδῆν οὕτως εἰρημένους μεμάθηκα καὶ ἀκήκοα, πάντων μοι μετριώτατοί γε εἶναι κατεφάνησαν καὶ προσήκοντες τὰ μάλιστα ἀκούειν νέοις. τῷ δὴ νομοφύλακι τε καὶ παιδευτῇ παράδειγμα οὐκ ἄν ἔχοιμι, ὡς οἶμαι, τούτου βέλτιον φράζειν, ἢ ταυτὰ τε διδάσκειν παρακελεύεσθαι τοῖσι διδασκάλοις τοὺς E παῖδας, τὰ τε τούτων ἐχόμενα καὶ ὅμοια, ἂν ἄρα που περιτυγχάνη ποιητῶν τε ποιήματα διεξιῶν καὶ γεγραμμένα καταλογάδην ἢ καὶ ψιλῶς οὕτως ἄνευ τοῦ γεγράφθαι λεγόμενα, ἀδελφά που τούτων τῶν λόγων, μὴ μεθίεναι τρόπῳ μηδενί, γράφεσθαι δὲ καὶ πρῶτον μὲν τοὺς διδασκάλους αὐτοὺς ἀναγκα-

C. πάθος ἐπῆλθε] ἐπῆλθε, in vett. editt. omissum, servarunt A. Q. v. f. h. r. a. c. d. o. x.

D. τῶν γὰρ δὴ πλείστων] δὴ, vulgo omissum, codd. mss. nostri omnes servarunt.

Mag. p. 143. Porson. ad Eurip. Orest. v. 1679. Boeckh. in Min. p. 1020. al. non aliter usurpatur quam in loquutionibus αἰεὶ καὶ ἡμῶν, αἰεὶ ἐπ' ἡμαί, αἰεὶ πάν ἡμῶν, αἰεὶ καθ' ἡμέραν, de quibus dixit Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 169 sq. et in libro Seidleri de Versibus Doehm. p. 417 sq. Quocirca alia etiam ratio est Politic. p. 292. C: καὶ κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον μερζόντες δεῦρ' αἰεὶ προσεληλύθαμεν. ubi quorsum αἰεὶ pertineat, vel praegressum istud μερζόντες unumquemque satis potest edocere. Itaque vulgatae lectionem utique tenendam arbitramur.

ἔδοξαν δ' οὖν] De particulis δ' οὖν in epanalepsi usitatis

v. ad Politic. p. 264. B. 271. E. Phileb. p. 42. E. al.

D. ἐν ποιήμασιν ἢ χυδῆν οὕτως] „Χυδῆν de iis usurpatur, quae nullis adstricta legibus sunt, igitur oratione prosa ac pedestri scripta vel dicta. Sic Aristot. Rhet. III. διὸ καὶ τῶν μέγρων πάντες μνημονεύουσι μᾶλλον τῶν χυδῆν. Ceterum Pollux. II. 1. p. 687. locum ita videtur legisse: ἔν τε ποιήμασι καὶ χυδῆν.“ Astius. — Mox τὰ μάλιστα i. q. μάλιστα.

τούτου βέλτιον φράζειν, ἢ ταυτὰ τε] Quod post τούτου illustrationis gratia infertur ἢ ταυτὰ τε διδάσκειν, constructionem hanc illustravimus ad Gorg. p. 500. C. Dein ad hoc

ζειν μανθάνειν καὶ ἐπαινεῖν, οὓς δ' ἂν μὴ ἀρέσκη τῶν διδασκάλων, μὴ χρῆσθαι τούτοις συννεργοῖς, οὓς δ' ἂν τῷ ἐπαίνῳ συμψήφους ἔχη, τούτοις χρώμενον τοὺς νέους αὐτοῖς παραδιδόναι διδάσκειν τε καὶ παιδεύειν. οὗτός μοι μῦθος ἐνταῦθα καὶ οὕτω τε- 812 λευτάτω, περὶ γραμματιστῶν τε εἰρημένος ἅμα καὶ γραμμάτων.

ΚΑ. Κατὰ μὲν τὴν ὑπόθεσιν, ὧ ξένε, ἔμοιγε οὐ φαινόμεθα ἐκτὸς πορεύεσθαι τῶν ὑποτεθέντων λόγων· εἰ δὲ τὸ ὅλον κατορθοῦμεν ἢ μὴ, χαλεπὸν ἴσως δυσχυρίζεσθαι.

ΑΘ. Τότε γάρ, ὦ Κλεινία, τοῦτό γ' αὐτὸ ἔσται καταφανέστερον, ὡς εἰκός, ὅταν, ὃ πολλὰκις εἰρήκαμεν, ἐπὶ τέλος ἀφικώμεθα πάσης τῆς διεξόδου περιγύμων.

ΚΑ. Ὅρθῶς.

νομοφύλακι τε καὶ π.] δὲ A. et pr. Q.

E. ἀδελφά που τούτων τῶν λόγων] Vulg. νόμων. Sed λόγων A. v. f. h. a. c. d. o. x. et pr. Q. r.

τε refertur alterum τε in verbis τὰ τε τούτων ἐχόμενα. Exempla voculae τε ita geminatae haec sunt: Xenoph. Cyrop. I. 3, 9. V. 4, 15. V. 5, 11. VI. 2, 4. VI. 5, 7. VII. 1, 14. 20. VII. 4, 3. V. 5, 2. 22. VIII. 3, 20. VIII. 1, 5. Ista autem τὰ τούτων ἐχόμενα (quae cum his sunt coniuncta) referri debent ad μὴ μεθίεναι, ita ut ante hunc infinitivum verbis ἀδελφά τούτων τῶν λόγων exegesis gratia addi existimanda sint. Praeterea observes numerum singularem περιτυγχάνη post subiectum numeri pluralis illatum. De hac vero numeri variatione v. ann. ad Protagor. p. 319. D. 324. A. 334. C. Gorg. p. 478. C. al.

E. οὓς δὲ ἂν μὴ ἀρέσκη] V. Matthiae Gr. §. 411. 5. ann. 2. Dein σύννεργοι sunt operis socii, collegae.

P. 812. περὶ γραμματιστῶν] Horum munus quodnam fuerit, clarum esse putamus ex superioribus. Etenim instituebunt pueros, elementa volebant qui discere prima, eosque docebant prima litterarum (der Litteratur) initia. Quem Graeci γραμματιστήν, eum Latini litteratorem vocarunt, et tantumdem interest inter litteratum s. grammaticum et litteratorem, quantum inter γραμματικόν et γραμματιστήν. Rem subtilius rimatus est Salmasius ad Tertullian. de Pallio p. 464 sqq.

Cap. XVI. Ἄρ' οὖν οὐ μετὰ τὸν γραμματιστήν ὁ κιθαριστὴς ἡμῖν προσρητέος;

ΚΑ. Τί μὴν;

ΑΘ. Τοῖς κιθαρισταῖς μὲν τοῖνυν ἡμᾶς δοκῶ τῶν ἐμπροσθέν λόγων ἀναμνησθέντας τὸ προσήκον νεῖμαι τῆς τε διδασκαλίας ἅμα καὶ πάσης τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα παιδείσεως.

ΚΑ. Ποίων δὴ περὶ λέγεις;

ΑΘ. Ἐφραμεν, οἶμαι, τοὺς τοῦ Διονύσου τοὺς ἐξηκοντούτας ᾠδοὺς διαφερόντως εὐαισθητοὺς δεῖν

P. 812. μετὰ τὸν γραμματιστήν] Sic A. Q. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. Vulgo legebatur τὴν γραμματικὴν. Sed v. explicat. B. τοὺς ἐξηκοντούτας] Pro v. ἐξηκοντούτας Par. A. ἐξηκοντούτας ita quidem, ut α in litura sit. Etiam Voss, ἐξηκοντούτας. Id recepit etiam Bekkerus. Sic τριακοντούτας Legg. II. p. 670. A. et Reip. VII. p. 739. A. conf. Buttmann. Gr. Ampl.

Cap. XVI. B. μετὰ τὸν γραμματιστήν] posteaquam de grammatista expositum est. Ex praepostera correctione fluxit quod vulgo legebatur μετὰ τὴν γραμματικὴν. Diximus de his ad libr. V. p. 746. D. De munere et officio citharistarum v. De Rep. III. p. 388 sqq. Aristotel. Polit. p. 329. ed. Schneider. imprimisque Spanhemium ad Aristoph. Nubb. v. 1360. p. 435 sq. in Commentar. Lips. ed. Beck. et Dindorf. Vol. IV.

Τοῖς κιθαρισταῖς — δοκῶ — νεῖμαι] citharistis nos existimo, eorum memores, quae antea disputata sunt, id, quod iis conveniat, attributuros esse. Usus hunc infinitivi aoristi attigimus ad Phaedon. p. 67. B. Adde Astium ad Remp. p. 481. Schaefer. ad Long. p. 372. et 406. ad Theocr. p. 227. Wunderlich. Obs. critt. ad Aeschyl. p. 177 sq. et Prolegg. ad Demosth. de Coron.

p. XV. Ceterum respicitur ad libr. II. p. 664. A sqq. 669. E sqq. maximeque p. 670. A. B. ubi fere haec ipsa leguntur.

C. ἵνα τὴν τῶν μελῶν μίμησιν —] Oratio hic quoque liberius vagatur. Nam post τὴν τῶν μελῶν μίμησιν — μεμιμημένην deinde praemissis verbis: ἐν τοῖς — ψυχῇ, perspicuitatis causa iteratur obiectum, quod vocant, verbis τὰ τε τῆς ἀγαθῆς, (sc. ψυχῆς) ὁμοιώματα καὶ τὰ τῆς ἐναντίας (ψυχῆς); quibus deinde reliqua omnia ita accommodantur, ut antecessi τὴν τῶν μελῶν μίμησιν — μεμιμημένην nulla amplius ratio habeatur. Dictum vero ἐκλεξασθαι pro διακρίνασθαι licentius, ita ut illa: τὰ τῆς ἀγαθῆς ὁμοιώματα unice respiciantur. In quo nemo temere haerebit.

D. Τοῦτων τοῖνυν δεῖ χάριν τοῖς φθόγγοις τῆς λύρας προσρηθῆναι — δυσμαθίαν παρεῖχει.] Usi hoc Platonis loco certatim sunt, qui quaesiverunt curiosius, fueritne

γεγονέναι περὶ τε τοὺς ὕμνους καὶ τὰς τῶν ἀρμονιῶν συστάσεις, ἵνα τὴν τῶν μελῶν μίμησιν τὴν εὐ καὶ τὴν κακῶς μεμιμημένην, ἐν τοῖς παιθήμασιν ὅταν ψυχὴ γίγνηται, τὰ τε τῆς ἀγαθῆς ὁμοιώματα καὶ τὰ τῆς ἐναντίας ἐκλεξασθαι δυνατὸς ὦν τις τὰ μὲν ἀποβάλλῃ, τὰ δὲ προσφέρων εἰς μέσον ὑμῆ καὶ ἐπάδῃ ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς, προκαλούμενος ἕκαστους εἰς ἀετιῆς ἐπιθεῖται κτήσιν συνακολουθοῦντας διὰ τῶν μιμήσεων.

ΚΑ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΑΘ. Τοῦτων τοῖνυν δεῖ χάριν τοῖς φθόγγοις

T. I. p. 210. Lobeck. ad Phryn. p. 406. item Buttm. Gramm. II. p. 403. Addend. Dein συστάσεις Q. super versu, et Flor. δ.

C. τὴν τῶν μελῶν μίμησιν] A. f. a. δ. o. et marg. Q. Vulgo erat κίτριαι.

τὰ μὲν ἀποβάλλῃ] Sic A. Q. f. h. r. a. c. δ. o. x. Olim scribebatur ἀποβάλλῃ.

apud veteres Graecos et Romanos usitatus plurium vocum cantus atque concentus ex continua distinctorum sonorum modulatione oriundus; sed ita uti sunt, ut alii eum aliter interpretati sint, prouti quisque hanc vel illam sententiam defenderet. Id quod satis testabuntur quum aliorum disputationes, tum imprimis commentationes Rochefortii, Fraguierii et Burretti, quae insertae leguntur Comment. Academ. Inscript. Parisin. Vol. III. Vol. VIII. Vol. XXVII. item XXXV. et XLI. p. 36. sqq., quibus addas Forkelium Hist. Music. Vol. I. p. 399. sqq. et quae nuper exposuit De Muenchhoyius in libro: *Jahrbücher der Preussischen Rheinuniversität*, Vol. I. Fascic. IV. p. 356. sqq. Nos, quid rei sit, suo loco videbimus; constituimus enim nunc non de hac una potissimum re agere, sed universum Platonis locum pertractare. In quo ita versabimur, ut tam verborum quam rerum curam geramus, siquidem alterutro neglecto om-

nem explicationem incertam existere prorsus est necessarium. Accedamus igitur ad singulorum examen, quo denique quam clarissime appareat, quidnam illud sit, quod Plato hic docere ac praecipere voluerit. Et principio quidem Atheniensis, qui oratoris munere fungitur, haec fere dicit: *Iam vero horum gratia* (de quibus antea dictum est) *oportet, tanquam adiumento quodam, lyrae sonis uti propter chordarum claritatem tam citharistam, quam discipulum, ita quidem, ut consonas voces vocibus consonis attribuant atque iungant.* Quae, si quid video, ita intelligenda sunt, ut cogitandum sit de illa cantus congruentia, quam nostri vocant *Einklang*, Graeci *ὁμοφωνία* dixerunt. Id enim et verba opposita, *ἑτεροφωνία καὶ ποικιλία τῆς λύρας*, evincunt, de quibus mox explicabitur, et formula loquendi: *ἀποδίδοναι πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι*, satis certo arguit. Etenim haec quidem nihil significare potest aliud nisi hoc: *voces vo-*

qui tribus annis musicam, quoad ipsis conducat, celeriter percepturi sint. At enim vero etsi haec verborum explicatio tam certa videtur esse quam quod est certissimum, tamen de re ipsa facile ambigas. Nam quo tandem modo arbitramur fieri potuisse, ut aliter caneret lyra, alios cantus funderet modorum musicorum auctor? Nimirum id quidem apparet non una ratione potuisse effici; unde fuerunt etiam non pauci, qui cantum figuratum, quem nostri dicunt, nunc significari contenderent, adeoque hinc colligerent, continuum plurium vocum inter se consonantium concentum veteribus Graecis utique notum et usitatum fuisse. Itaque difficilior sane huius rei diudicatio est. Nec tamen adeo ea videtur difficilis, ut res expediti prorsus nequeat. Plura enim suppetunt verae rationis investigandae atque reperiendae praesidia et adiumenta. Nam primum quidem meminisse debemus, disputari de puerorum institutione, quandoquidem philosophus in ea vitari iubet, quae vulgo videntur perquam usitata fuisse. Quocirca apertum est cogitari oportere de artificioso quidem aliquo sed eodem tamen simpliciore citharistae concentu, quo tironum cantantium vox tanquam adiuta et sustentata sit, nec vero de continuo quodam cantu vocum complurium inter se per omnia disiunctarum planeque separatarum. Deinde iuvabit tenuisse legem illam, interpretationis omnis prudentissimam moderatricem, quae vetat, ne nova et inaudita aut dubia et incerta obtrudamus scriptoribus, quamdiu ipsorum verba ex iis habeant idoneam explicationem, de quibus iam aliunde constet. Et enim congruentiam illam vocum ac sonorum artificialem, quam nostri vocare solent harmoni-

cam, Graecis notam fuisse, nullis testimoniis, quae quidem certa sint, evinci aut demonstrari potest; de qua re infra dicemus explicatius. Quamobrem eam ne hic quidem significari verisimile est, siquidem alia in promptu habeatur verborum interpretatio. Ea vero parata est satis probabilis, et quidem talis, quae et concentum citharistae, quamvis artificiosiore, tamen puerili institutioni convenientem fuisse clarissime patefaciat, nec vero ceteris historiae testimoniis aut ipsis scriptoris verbis reluctetur. Nam, ut rem paucis comprehendamus, videntur pueri musica discentes, sicuti rei naturae convenit, legem modorum musicam a poeta praescriptam pressius esse sequuti, aut simpliciorem illam a magistris accepisse, quum fidicini hoc esset datum, ut ab simpliciore illa formula cantu suo passim recedere atque modos multiplici ratione variare et artificiosius exornare liceret. Quod si ita fuit, magister, qui lyra succinebat, non modo formulam cantici ac melodiam tractabat liberius, ita tamen ut cantum pueri simul regeret et adiuvaret, verum etiam, dum ita faciebat, passim admiscebat et quasi attemperabat varios ac diversos sonos, qui pueri vocibus per intervalla quaedam responderent ideoque subinde concentus quosdam efficerent concordos atque congruentes. Hoc igitur illud est, quod philosophum illis verbis significare voluisse plane nobis persuasimus. Atque eam interpretationem confirmant non mediocriter, quae apud Athenaeum XIV. p. 617. narrantur, ubi Pratinas dicitur graviter increpuisse tibicines, quod chori modos parum accurate servarent, hoc est, carmina praescripta modularentur liberius; de qua re alio tempore explicabimus.

Sed multo certius etiam confirmant eandem ipsius verba Platonis, quae continuo subiiciuntur, quandoquidem omnia atque singula, ubi illam amplexi fuimus, tam plana, tam aperta, tam denique dilucida sunt, ut de toto loco ne levissima quidem dubitatio remaneat. Itaque his ita expositis ad horum ipsorum, quae deinceps consequuntur, examen accedere licebit. Afferuntur autem, si quid iudicare possumus, toto hoc loco ea, quae ad uberiores antegressorum verborum expositionem comparata sint: id quod vel ex usu vocularum καὶ δὴ καὶ intelligi licet. Quae quidem triplicis sunt generis. Nam dicuntur citharistae primum πικρότητα μαρότητι; deinde τάπος βραδύτητα, denique δόξυτητα βαρύτητα παρεχόμεναι, eamque ξύμφορον καὶ ἀντιφορον. Quae omnia qualia sint et quorsum pertineant, ordine deinceps ita explicare conabimur, ut simul locum Platonis, quantum poterit fieri, subtilius interpretemur. Quaerentibus igitur nobis de primorum verborum vi et potestate ante omnia definiendum esse videtur, quid sit πικρότης. Ea vero in quam re posita fuerit, satis exploratum habetur. Dicta enim a musicis est πικρότης, quum spatia sonorum principalium interiectis sonis mobilibus maiore quadam vocum varietate complebantur, atque iis sonis, qui essent interpositi, etiam alii rursus interserebantur, ita ut maior inde nasceretur eorum copia et frequentia. Enimvero unicuique certe, qui musica vel leviter gustaverit, clarissime patere debet, fractionibus quasi et solutionibus quibusdam sonorum in partes minores et tenuiores admissis, ipsos spissiores existere et quasi condensari; quod ipsum πικρῶσθαι significat. Pertinet huc locus Plat. De Rep. VII. p. 531. ubi facete

nec sine irrisione describuntur organici, ex talibus rebus insignem quandam artis laudem captantes: πικρόματα ἄτι ὀρομάζοντες καὶ παραβάλλοντες τὰ αἰαοὶν ἐκ γειτόνων φωνῆν θηροῦμενοι οἱ μὲν φασὶν ἐπι κατακονεῖν ἐν μέσῳ ἤχην τινα καὶ συγκρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα: ad quem locum plura de ea re commentati sumus. Nec vero aliena sunt illa Quintil. Institut. Orat. XII. 10. 68. ubi rhetor clarissimus haec scripsit: *Eadem musicorum ratio est, qui quum in cithara quinque constituerunt sonos, plurima deinde varietate compleunt spatia illa nervorum, atque iis, quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant.* Nimirum quid ibi significetur, declarat dilucide annotatio Boeckhii in edit. Spalding. Vol. IV. p. 670 sq. Cogitandum est enim de quinque terminis immobilibus systematis eius, quod inde ab Aristoxenis erat usitatissimum, quibus quidem terminis alii soni mobiles, pro variis illi generibus harmoniae varii, interponebantur. Sed uberiores harum rerum notitiam si qui sibi expetant, ii adeant Bullialdum ad Theon. Smyrn. p. 277. et 144 sq. Nicomach. Harmon. p. 13. et 39. Aristoxen. p. 24. 50. 62 sq. et ex recentioribus ante ceteros omnes Boeckhium Comment. De anima mundani Platon., quae inserta est Studiis a Daubio et Creuzero quondam evulgatis Vol. III. P. I. p. 30. sqq. et De metris Pindar. Libr. III. Cap. 7. p. 208 sqq. Nos enim pro consilio nostro satis habemus rem quam brevissime exposuisse. Iam vero, πικρότης ratione explorata, etiam illud perspicuum fore speramus, quod ad μαρότητος naturam declarandam pertinet. Haec enim quum τῇ πικρότητι sit contraria, profecto nihil po-

test esse nisi sonorum raritas quaedam, qua ita fit, ut illi maioribus a se invicem intervallis discreti sint. Quod firmatur etiam Martiani Capellae auctoritate, qui *ἀπικνον* reperitur interpretatus esse per *rarum*. Itaque manifestum est verbis *πικνότητι μανότητι* significari, musicos in temperando lyrae concentu ita versari solitos esse, ut rarioribus cantantium vocibus consociarent frequentiores lyrae sonos. Ex quo apparet simpliciore cantum pueris praescriptum a citharistis fuisse matore quadam sonorum varietate distinctum atque variegatum. Sed satis de his. Veniamus ad illud, quod dicitur, *τάχος βραδύτητι παρέχουσαι*. Quod magnopere cavendum est, ne ad rhythmum vel numeri mutationem et vicissitudinem referamus. Nam de hac quidem in proximis demum monetur, sicuti postmodo videbimus. Imo pertinet illud, si quid iudicare possumus, ad illam ipsam densitatem et raritatem sonorum, de qua modo explicatum est. Etenim spissiores sicubi lyrae soni ad pueri cantum accedebant, iisdem servatis numeris prorsus erat necessarium, ut illi essent celeriores, hi tardioribus pro illorum ratione incederent gressibus. Nec vero mirum est, quod vel in puerili institutione eiusmodi artificia ostentata sunt. Coeperat enim ars musica illis temporibus vel maxime ad dexteritatis cuiusdam laudem revocari, qua ita fiebat, ut qui intra brevissimum tempus sonos quam maxime varios e fidiibus et organis elicere, si in illa praeter ceteros maxime excellere putarentur. Quorsum spectant quae narrantur apud Plutarch. De mus. T. II. p. 441. et Aristox. Harmon. Elem. II. p. 53. Et pertinet huc etiam Platon. Legg. II. p. 669 B. — E. ubi de ea re non sine acerba quadam artificum repre-

hensione exponitur, addita denique hac admonitione: *ἀλλ' ὑπολαβεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι τὸ τοιοῦτόν γε πολλῆς ἀγροικίας μετόν παρ, ὅπου οὐκ ἔχουσιν τε καὶ ἀπαιτίας καὶ φωνῆς θηριώδους σφάδρα φίλον*. Quem locum hac data occasione deum a criticorum dubitatione quadam vindicare licebit. Haeserunt enim illi in isto *ἀπαιτίας* mirifice. Nam Cornarius pro eo *ὄντας* requirit, satis quidem inepte. Astius in Commentariis desiderat *ἀπνευσίας*, quod intelligi vult de spiritus, quam vocat, retentione, nescio qua; sed in Lex. Plat. s. v. legi mavult *ἀπαιτίας*. Lobeckius ad Phrynich. p. 510. legendum arbitratur *πτοῖσως*, perturbationis. Orellius denique in nuper editione Turicensi coniectat *ἀποιδάτωσ*. Laetissima vero coniecturam seges, ex qua una si loci salus penderet, facile crederes eum iam uno alterove modo persanatum haberi. At enim vero qui bene sani sunt, si certe non indigent medicamentis. Quod ipsum in hunc locum convenit, qui tam est sanus atque integer, ut nulla ex parte laborare videatur. Quippe agitur in eo, ut modo vidimus, de solertia artificum in sonis quam velocissime ex instrumentis musicis proficiendis. Quid vero? Nonne cum ista ipsa celeritate etiam aliud quid coniunctum sit necesse est, siquidem illi laudem suam recte tueri velint? Nimirum equidem si quid video, debent illi cum celeritatis virtute etiam hanc coniunctam habere, ut nusquam haereant, nusquam offendant, nusquam denique admittant quod vitiosum habeatur, quoniam alioquin absurdus cantus efficeretur. Atque hoc ipsum putamus illud esse, quod *ἀπαιτίας* vocabulo designatur, cuius nunc docte illustravit Wyttenbachius ad Plut. Moral. p. 76. C. = p. 446. ed. Lips. Vol. I.

Quocirca tantum abest ut illud in fraudis suspicionem vocandum fuerit, ut longe sit verissimum ac sincerissimum. Sed haec veluti per occasionem. Pergrimus ad proxima. Tertium enim citharistarum artificium, quod Plato ab institutione puerili procul haberi iubet, in eo cernitur, quod illi etiam *ἄξυτητα βραδύτητι ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρέχουσαι* dicuntur. Quod manifeste pertinet ad gravium et acutorum sonorum mixtionem et consociationem. Nam *βαρῆς* vocantur soni *graves*, *ὀξεῖς* autem soni *acuti*; de quo loquendi genere v. Plat. Phileb. p. 17. C. D. ibique annot. nostr. Quid autem rei sit, id vero, nisi egregie fallimur, accuratius indicatur additis verbis: *ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον*; quae quamquam etiam antegressa cola quodammodo attingunt, tamen potissimum ad postremum istud, *ἄξυτητα βραδύτητι*, referri existimanda sunt. Quamobrem quidam sit quod iis significetur, diligentius exquisivisse iuvabit. In qua re iis, quae quam ab alio tum a Boeckhio De metris Pindari Libri III. Cap. X. Opp. Pindar. Vol. I. P. II. p. 250 sqq. de eodem argumento explicata sunt, ita utemur, ut, nostris quibusdam interpositis, totam disputationem, quantum fieri poterit, ad popularem intelligentiam accommodemus. Itaque *ἀντίφωνον* quidem et *ἀντίφωνία* constat a Graecis dici solere de iis sonis, qui *διὰ πασῶν*, quod est octavae nostrae intervallum, inter se congruunt, veluti quum c et c inter se respondent. Ex quo apertum est, *ἀντίφωνον* cantum non esse alium, quam quem nostri *unisonum* vocare solent. Enimvero convenit hic vocabuli usus egregie cum loquendi consuetudine, quae in consimilibus nominibus cernitur, ut quum dicitur *ἀντίκλον*, *ἀντίμορφον*, *ἀντίτροπον*, quibus omnibus de-

signatur id, quod rei cuiquam ex altera parte ad amussim respondet. Vid. de his annot. nostr. ad Phileb. p. 40. D. et 51. E. Dignum est autem diligenti animadversione, consonantiam istam sonorum, quae *ἀντίφωνία* dicta est, eandem et habitam et appellatam esse *συμφωνίαν* maximam; quod quum ad usum loquendi cognoscendum non nihil momenti affert, tum multum facit etiam ad rerum ipsarum intelligentiam; id quod infra patebit certius. Non opus putamus, ut haec omnia multis multorum testimoniis confirmentur. Satis erit monuisse, illustrari ea et exponi luculentissime ab Aristotelico scriptore Problematum XIX. 35. XIX. 39. et XIII. 39. cuius verba emendata leguntur Aristot. Oper. Vol. II. p. 920 sq. ed. Bekker. Hunc igitur ad iis iuvabit, si qui requisiverint quae ad fidem faciendam valeant. Illud autem non erit supervacaneum admonuisse, quod ad rem praesentem propius pertinet, in verbis Platonis interpretandis erravisse videri, qui *ἀντίφωνον* explicaverunt *dissonum*, *sono discordans*, licet Hesychius eam rationem firmare videatur, qui haec habet: *Ἀντίφωνα ἐναντίφωνα*. Nimirum in fraudem illi inducti sunt eo, quod continuo additur *τὸ ξύμφωνον*, ex quo festinato aliquantum iudicio protenus concluderunt *ἀντίφωνον* significare contrarium, ideoque denotare id, quod sono suo discordet. Quod quantum a veritate abhorreat, quum vel ex superioribus intelligi liceat, tum etiam clarius appariturum esse putamus, ubi de eo, quod Graeci *συμφωνίας* et *ξυμφώνον* nomine insigniverint, expositum fuerit. Id ipsum igitur nunc pro instituti nostri ratione agamus. Indicat autem nomen *symphoniae* non aliquid, quod *antiphoniae* sit plane contrarium, sed potius illud, quod,

etsi ab huius natura diversa habeatur, tamen eidem etiam consummabile est. Etenim quemadmodum τὸ ἀντίφωνον dicitur de intervallo διὰ πασῶν, quod respondet octavae nostrae, hoc est de intervallo sonorum maximo, ita τὸ ξύμφωνον usurpatum esse constat de intervallis minoribus, quae pro consonis habebantur, quaeque etiam τῶν παραφωνιῶν vel τοῦ παραφῶνον nomine appellata sunt. Nam quam nostri vocare solent harmoniam, hoc est, vocum et sonorum complurium concentum uno eodemque tempore auribus accidentem, eam Graeci dixerunt potius symphoniam, harmoniam quippe intelligentes aptam concinnamque variorum sonorum consecutionem secundum tonorum genera ex artis legibus factam, qualis in melodia cernitur. Quamquam symphoniam nomine, sicuti nulla fieret oppositio, etiam antiphoniam complexi esse reperiuntur, quandoquidem ea habebatur pro symphonia maxima. Hic igitur est usus vocabuli ἀντίφωνον, ex quo iam perspicuum fore putamus, qua ratione apud Platonem ξύμφωνον et ἀντίφωνον coniungatur. Ac ne quid de illo dubites, de his quoque perspicue explicavit Aristot. Problem. XIII. 38. et XIX. 39. p. 920. Vol. II. ed. Bekker., quem adeant qui ipsi voluerint rem a teste aliquo audire atque cognoscere. Conf. praeterea etiam Forkelii Hist. Mus. Vol. I. p. 401. Boeckh. De metris Pindari p. 234. Cognito autem usu loquendi prorsus necesse est etiam de re ipsa aliquid admoneatur, quo neglecto Platonis mentem vix assequaris. Tenendum enim est, Graecos de symphonia aliquanto aliter sensitisse atque nostros. Nam quae intervalla sonorum apud nos vulgo habentur pro consonis (συμφωνίας), ea nequaquam omnia Graecis talia visa sunt. Imo illi usum

tertia maioris nostrae itemque sextae et septimae plane seiunxerunt a ratione συμφωνίας sive παραφωνίας, et ad διαφωνίαν sive vocum dissonantiam, quam vulgo dissonantiam vocant, referendum iudicaverunt. Itaque intervalla consona fere habuerunt non alia praeter τὸ δίτονον, τὸ διὰ πέμπε et τὸ διὰ τεσσάρων, sicuti certissimis constat veterum scriptorum testimoniis. V. Aristotel. Problem. XIX. 17. XIX. 18. Euclid. p. 8. Nicomach. p. 25. Gaudent. p. 11. et Forkel. Hist. Mus. Vol. I. p. 395. Boeckh. De metr. Pindar. p. 254 sqq. Drieburg. in Lex. s. v. Paraphon. Atque idem etiam in vetere cantu ecclesiastico valuisse compertum habemus, in quo legimus ex ὁμοφωνίας, quae vulgo consonantiae appellantur, nullas alias fuisse concessas atque licitas, quam octavam, quintam et quartam, hac quidem lege et conditione, ut ne quid per earum usum in cantu castitate contaminaretur. De qua re lecta digna sunt quae narrant Gerbertus De musica sacra T. II p. 113 sqq. et Marpurgh. Kritische Einleitung p. 225. Atque his ita explicatis iam satis nobis pro consilio quidem nostro constare arbitramur etiam de συμφωνίας ratione et usu, qui apud Graecos valuit. Itaque tandem ad id accedamus, quorum tendit haec disputatio nostra. Quaerendum enim est de sensu verborum iunctorum, quae hactenus singula consideravimus, videndumque, quid sit totum istud: καὶ δξύτητα βαρύτητι ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρεχομένους. Videmur autem nequaquam a recto aberrare verba existimantes prorsus idem significare quod καὶ δξύτητα βαρύτητι κατὰ ξύμφωνίαν καὶ ἀντίφωνίαν π, h. e. sonos graves et acutos ita miscentes, ut et symphonia et antiphonia habeat locum, idcoque

puerorum cantui voces ac soni lyrae modo διὰ πασῶν, modo per δίτονον, modo διὰ τεσσάρων attemperentur. Nam istud ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον quod ad unum δξύτητα accommodatum est, id quidem factum putamus per breviloquentiam, quum plene dicendum fuerit potius: δξύτητα βαρύτητι καὶ βαρύτητα δξύτητι ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρεχομένους. At nimirum orationis concinnitas istam structuram prorsus flagitabat, quandoquidem ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον pertinet item ad superiora πικρότητα et τάχος, quibus quae opponuntur, ea per ipsam rei naturam istam praedicati adiunctionem, quae utriusque ultimi colli nomini convenit, nullo modo ferunt. Itaque non est cur de huius rationis veritate recte dubitaveris, videmurque tandem etiam hanc periodi partem ita illustravisse, ut non modo omnia ac singula satis perspicua sint, verum etiam interpretatio superiorum verborum: ἄλλα μέλη τῶν χορδῶν ἰσοῦν, ἄλλα δὲ τὸν ποιητοῦ, plane sit confirmata omnique ex parte munita. Unum tamen addidisse non erit inutile. Significavimus enim identidem, istud ξύμφωνον καὶ ἀντίφωνον pertinere etiam ad πικρότητα et τάχος. Hoc igitur ne temere statuisse videamur, satis erit animadvertisse, etiam inter condensationem et celeritatem tam symphoniam quam antiphoniam locum concessum esse. Quod ubi tenuerimus, de verborum construendorum via et ratione nequaquam dubitabimus. Quum vero loci istius interpretationem iam tandem profligavisse et ad finem perduxisse videamur, tamen nondum ab eo discedere licet. Exoritur enim hic gravissima illa quaestio, quam saepe multumque agitatam fuisse novimus, de concentu vocum complurium apud veteres usitato, de

quo alii aliter iudicaverunt. Itaque placet hic primum quidem paucis disquirere, quid ea de re ex hoc Platonis loco colligi possit, ac deinde examinare etiam alia testimonia, quae in illa causa allata sunt, quo certius aliquando constet, quatenus ea cum Platone consentiant. Quod quidem ita facturi sumus, ut simul nostrum quaecunq; iudicium de veterum symphonia interponamus. Considerantes igitur verba Platonis accuratius ac sententiam iis subiectam diligentius perpendentes primum quidem nobis plane persuasimus, in magno opinione errore illos versatos esse, qui veteribus Graecis et Romanis omnem fere plurium vocum suavitatem consociandarum artem rationemque abiudicaverunt. In quorum numero adeo fuit magnus ille Ioannes Keplerus, qui in libro nobilissimo De harmonia mundi p. 80. eos in ista arte non plus profecisse arbitratur quam nostros utricularios (Dudelsackpfeifer). Eam vero vel ex iis, quae modo ad illustranda Platonis verba de antiphoniae et symphoniam rationibus disputata sunt, perspicuum fore arbitramur, Graecos utique perspecta habuisse varia vocum ac sonorum intervalla. Quod profecto vel solum satis est ad aliquam artis illius laudem iis vindicandam. Nunc vero multo plura etiam iis nota fuisse compertum habemus, quae nos dubitare non sinunt, quin in his rebus maius quiddam, quam illi putant, praestiterint. Quamquam quosque in eo progressi sint, in tanta testimoniorum penuria vix conici, nedum illud quidem vel ex hoc uno Platonis loco intelligi posse arbitramur, Graecos in hac artis musicae parte nequaquam rudes plane et imperitos fuisse. Verum enim vero tametia arbitramur refelli hoc Platonis loco

gravissime eorum sententiam, qui veteribus maximam hoc in genere inscitiam exprobaverunt; tamen nec illos verum vidisse existimamus, qui exinde collegerunt, eam, quae nunc vocatur, harmoniam illis notam fuisse et usitatam. Quod profecto nullo modo inde probari potest. Etenim quid tandem est, quod citharista ibi facere dicitur? Nimirum artificiose variat cantum a poeta puero praescriptum, atque hoc dum facit, admiscet simul subinde sonos, qui cum pueri cantu κατ' ἀρτιφωνίας et κατὰ συμφωνίας concordant. Unde quis tandem sibi persuadebit protenus colligi licere, veteribus Graecis omnino continuam quandam symphoniam vocum atque fidium fuisse usitatam? Imo vero quod unum recte inde concluderis, nihil est aliud, quam quod etiam aliunde constat, cognitam eos habuisse variam congruentiam sonorum, atque varios fidium tibi-riumque sonos vocibus cantantium adiunxisse. Plus autem si inde efficere coneris, iure meritoque operam lusisse dicaris. Ac tanto minus profecto tale quid ex verbis Platonis colligere licet, quanto verisimilius est, Graecos et Romanos omnino aequabilem et constantem diversarum vocum certa lege inter ipsas iunctarum modulationem penitus ignoravisse, ut ne Boeckhio quidem assentiendum videatur, qui in Comment. De metris Pindari p. 253. iis saltem simile quiddam attribuit. Cuius sententiae nostrae duo potissimum argumenta habemus, alterum ex silentio scriptorum certorumque testimoniorum penuria repetitum, alterum ductum ex iis, quae diserte de musica veterum memoriae prodita sunt. Nam ut de his primum dicamus, choricus quidem cantus non videtur alius in usu fuisse nisi qui consono ore fiebat, ita quidem, ut et symphonia et an-

tiphonia locum haberet. Cuius rei testis est locupletissimus Aristotel. Problem. XIX. 18. p. 918. ed. Bekker. ubi respondetur ad quaestionem: διὰ τί ἡ διὰ πασῶν συμφωνία ἄδειται μόνῃ; Symphoniam autem iam antea vidimus apud eos multo arctioribus finibus quam apud nos inclusam fuisse. Ex quibus rebus quis est qui fateatur rectissime colligi licere, rationem ipsorum mirum quantum a nostra harmonia diversam fuisse, ut perpetuam quandam seiunctorum sonorum atque vocum cantionem, qualem nostri sectantur, ne admisisse quidem videantur? Huc autem accedit, quod ne unus quidem locus reperitur, unde propriae iis fuisse nostram harmoniae artem probabiliter demonstrari queat. Nam quaecunque eam in rem a viris doctis allata sunt testimonia, ea, si verum quaerimus, minime probant quod inde confici voluerunt. Quod quamquam magnam partem iam ab aliis demonstratum est, de quibus narrat Forkelius Histor. Music. Vol. I. p. 397 sqq. tamen ne quid ad confirmationem eorum, quae supra disputavimus, desiderari videatur, potiores eiusmodi locos invabit paucis examinavisse. Itaque primum quidem audiamus Ciceronem, ad cuius auctoritatem novimus hodie quoque esse qui hac in causa provocare soleant. Is igitur De Rep. II. c. 42. haec scripsit: *Ut enim in fidibus aut tibiis atque ut in cantu ipso ac vocibus contentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum aut discrepantem aures eruditae ferre non possunt, isque contentus ex dissimillarum vocum moderatione concors tamen efficitur et congruens; sic ex summis et infimis et mediis interiectis ordinibus, ut sonis, moderata ratione civitas consensu dissimillarum concinit; et quae har-*

monia a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia. Quae verba primo aspectu sane speciosi quiddam habent, ut facile credas etiam antiquitati nostram harmoniam fuisse probatam. At enim vero tantum abest ut id inde demonstrari queat, ut Tullium alia omnia testari nullo fere negotio doceri possit. Nam primum quidem diligenter animadvertendum est, loqui eum de *harmonia*, quo nomine veteres, sicuti supra ostendimus, nunquam significant illam sonorum convenientiam, quam nos harmoniam dicere solemus, sed indicant potius aptam concinnamque consecutionem vocum ac sonorum, ex qua efficitur melodia. v. Plat. Legg. II. p. 665. A. Phileb. p. 17. C. Vitruv. V. 4. Lactant. De opific. dei c. 16. ut mittamus alios. Hoc igitur oporteat, siquidem Ciceronem recte intelligere velimus. Ad hoc vero accedit alterum, unde verbis obscurioribus clarissima lux affunditur. Imitatur enim philosophus Romanus, ut solet, verba Platonis, qui De Republ. IV. p. 443. D. E. haec scripsit: *τοιοῦτόν τι ἦν, ὡς εἶκαιεν, ἡ δικαιοσύνη—μη ἐάσανται ἀλλότρια πράττειν ἕκαστος ἐν αὐτῷ μηδὲ πολυπραγοῦσιν πρὸς ἄλλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὰ οἰκεία ἐν θέμενον καὶ ἀξάνια αὐτῶν αὐτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ ὅλον γινόμενον ἐαυτῷ καὶ ἐναρμόσσαντα τρία ὄντα, ὥσπερ ὄρους τρεῖς ἀρμονίας ἀεχνῶς, νεότης τε καὶ ὑπάτης καὶ μέσης, καὶ εἰ ἄλλα ἄττα μεταξὺ τυγχάνει ὄντα, πάντα ταῦτα ἐνθρόσσαντα καὶ παντάπασιν ἐνα γινόμενον ἐκ πολλῶν, σώφρονα καὶ ἡρμοσμένον, οὗτω δὲ πράττειν δεῖ, κτλ. iustitiam videbatur servare — qui sua revera bene disposuit, sibi ipse imperavit, sibi ipse consensit, et tres illas sui partes (h. e. tres*

animi sui facultates), *tanquam tres terminos harmoniae, chordae imae, summae, mediae, et si quid inter has medium est interiectum, conciliavit inter se invicem et connexuit, atque ita prorsus per hunc talem concentum e multis factus est unus. Apertum est vero apud Platonem non de symphonia agi, sed potius de harmonia, qua ita fiat, ut ex dissimillimis vocibus ac sonis, summis, infimis et mediis, vel, ut ait, ex νῆτη, μέση et ὑπάτη, de quibus v. Vitruv. V. 5. et Nicomach. Harm. p. 33., solerti musicorum moderatione cantio efficiatur, cuius multiplices soni non discrepent, sed denique ad unam quandam melodiam pulcrum atque suavem melodiam efficiendam mirabiliter congruant. Atque hoc ipsum etiam Ciceronem putamus significavisse. Qui quod dicit *in fidibus aut tibiis*, h. e. in organorum musicorum tractatione, *et in ipso cantu ac vocibus*, in ipso vocum cantu, *concentum esse tenendum ex distinctis sonis; distinctos sonos certe non alios intellexit*, quam summos, medios et infimos, ad unum quidem temperatos, sed eosdem tamen inter ipsos seiunctos ac discretos, unde deinde recte opponitur: *ex summis et infimis et mediis ordinibus; concentum autem non voluit esse concordiam variorum sonorum uno eodemque tempore concinnantium, sed aptam concinnamque sonorum, cantum aliquem sive melos efficientium, congruentiam; quem quidem verissime tenendum arbitratur*, hoc est, usque servandum, quia alioquin disperit omnis cantus gratia ac venustas. Itaque apertum est etiam quorsum pertineant ista: *quem immutatum aut discrepantem aures eruditae ferre non possunt*. Nam si quid canitur absurde, certe id auribus accidere solet molestissimum et ingratisimum. Nec vero iam reliqua*

ullam habent difficultatem. Nam quod ita efficit dicitur *concentus concors et congruens*, id non de symphonia (*vom harmonischen Zusammenklang*), verum de continua vocum et sonorum modulatione accipiendum est, qua neglecta oritur cantus inconcinuus atque dissonus, quod vitium Graeci nomine *πλημελείας* insigniverunt. Nimirum etiam harmoniae atque melodiae rationes sonorum concordiam et congruentiam flagitare, quis est qui infitiri audeat? Verum satis haec sunt de Cicerone. Nam concordiam et congruentiam recte ita dici, id certe nequam indiget demonstratione. Properamus igitur ad alia, quae ad harmoniam nostram veteribus vindicandam aliquid valere iudicata sunt. Pertinent vero huc etiam illa Senecae Epist. 84. *Non vides, quam multorum vocibus chorus constet; unus tamen ex omnibus sonus redditur; aliqua illis acuta est, aliqua gravis, aliqua media; accedunt viris feminae; interponuntur tibiae: singulorum ibi latent voces, omnium apparent.* At nimirum ne ista quidem probant, quod viri quidam docti inde collegerunt. Etenim cogitandum est procul dubio de homophonia et antiphonia cantus chori, quandoquidem feminae voce acuta, viri autem voce gravi cantaverunt. Cui cantui quod interpositae fuisse dicuntur tibiae, existimandi sunt tibicines eodem fere modo choro tiliarum cantum sociasse, quo facit citharista apud Platonem, hoc est, cantum chori, paraphonia et antiphonia admissa, artificiose exornasse et variavisse. Quod si recte statuimus, sponte apparet, ne hic quidem extare ullum nostrae harmoniae vestigium. Ac similiter locum intellexit etiam Boeckhius De metris Pindari p. 254. ann. 19. ut tanto rectius videamur uberiore sententiae nostrae expli-

catione supersedere posse. Progredimur igitur ad locum Horatii Epod. IX. v. 4 sqq. *Tecum sub alta, sic Iovi gratum, domo, Beate Maecenas, bibam, Sonante mixtum tibiis carmen lyra, Haec Dorium, illis barbarum*, h. e. Phrygium. Ibi vero quis est quin protenus videat cogitari oportere de simili concentu, atque apud Platonem et Senecam animadvertimus? Ut igitur dubitari possit de harmoniae Doriae et Phrygiae usu, de quo non est cur nunc exponamus, tamen concentus ratio universa quaequam fuerit, satis exploratum esse putamus. Similiter iudicandum est de illis Horat. Art. Poët. v. 202. *Tibia — tenuis simplexque foramine paucis adspirare et adesse choris erat utilis.* ac de verbis Quintiliani Instit. Orat. l. 10. *Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam, sonum quoque his motibus dederunt. In choris quum dux carminis hymno praecinit, concinentium vulgas virorum et feminarum mixtis gravibus et acutis clamoribus unam harmoniam resonant.* Enimvero ibi quoque chorus is animo informandus est, qui voces symphonia et antiphonia consonas fundit concinentibus tibiis. Nec vero iam interpretationis lucem desiderare videntur quae habet personatus Aristoteles De mundo c. 6. *καθάπερ δὲ ἐν χορῷ κορυφαῖον κατάρξαρτος συνέληξι πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν ἑσθ' ὅτε καὶ γυναικῶν ἐν διαφόροις φωναῖς ὁξυτέραις καὶ βαρυτέραις μιαν ἀρμονίαν κεραινεύων.* Quae tam mirabiliter cum Quintilianis consentiunt, ut uni loco ubi lucem affuderis, eadem opera etiam alterum dilucidaveris. Atque idem fere de ceteris locis, qui ex Macrobio Prooem. Saturn., Ptolomaeo Harmon. II. c. 12., et Cassiodoro, haec in causa allati sunt, indi-

cari debet. Nam Macrobius quidem sua a Seneca mutua sumsit, ut quae de hoc exposita sunt, ea etiam in illum conveniant. Cassiodorus autem quod symphoniam vocat *temperamentum sonitus gravis ad acutum, vel acuti ad gravem, modulamen efficiens, sive in voce sive in percussione sive in statu*, satis erit ad intelligendam ipsius sententiam ea recordari, quae antea de symphoniae et antiphoniae vi et natura sunt exposita. Nec vero negotium facessit Ptolomaeus, qui quae narrat de variis sonorum complicationibus earumque nominibus, ea nequam adversantur ei sententiae, quam defendendam tuendamque suscepimus. Quin ne Platonis quidem verba Legg. II. p. 669 C. D. ubi disseritur de varia ac multiplici vocum et sonorum mixtione, quae graviter reprehenditur, nunc videntur peculiarem sibi deponere enarrationem, quamquam de loco illo perquam memorabili alio tempore accuratius disputare apud animum constituimus. Itaque his ita expositis clarissime apparet, opinor, verum esse quod antea iudicavimus, nullum usquam in scriptis veterum locum reperiri, ex quo certo possit demonstrari, veteribus Graecis et Romanis aliquid de nostrae harmoniae arte, qualem antea descripsimus, suboluisse. Nec vero ea res nobis tam mira videtur, quam multis visa est. Quod enim plerique omnes vehementer mirati sunt, atque etiam nunc saepe mirantur, quod Graeci, quum in aliis artibus incredibili paene ingenii sollertia praestantissima et perfectissima opera effecerint, tamen in pulcherrima et humanissima arte, cui ab ipsis Musis nomen est, tam parum profecerint, ut paene rudes ac barbari mansisse videantur; quam illi barbariem et feritatem dicunt,

Graeci ipsi fortasse tanquam cultioris et eruditioris humanitatis argumentum praedicaturi essent, miraturi vicissim nostrae harmoniae usum et consuetudinem. Nimirum tribuerunt illi omnia, si quid iudicare possumus, uni potissimum melodiae praestantiae ac virtuti, in qua conformanda atque perficienda adeo elaborarunt, ut sonorum tanquam flexiones et moderationes multo videantur habuisse nostris liberiores; id quod etiam ex eo intelligi licet, quod tenuissima quaeque atque tenerima vocum discrimina admirabili subtilitate rimati esse seduloque in ipso cantu observasse reperunt. Hanc vero carminum musicorum et condendorum et fundendorum egregiam libertatem, ex qua una omnis cantus perfectionem et absolutionem aptam ac suspensam esse putarunt, quo facilius tuerentur certiusque retinerent, ne voluisse quidem existimandi sunt aliquid invenire aut excolere, quod harmoniae nostrae esset par aut consimile. Quippe sensit utique gens humanissima, id quod in ipsa rei natura positum est, continuam istam iuncturam disparium vocum, quarum unaquaeque suam sibi propriam haberet modulationem, tanquam vincula iniicere primarii cantus libertati, ideoque illam potius sperendam quam hanc amittendam censuit. Quod quis est, qui barbariae scilicet istius, quam multi crepant, indicium esse putet, ac non potius pro argumento summae humanitatis et eruditionis ducat? Itaque illis iustissima verissimaque de causa cantus per harmoniam, sive figuratus, fuit simplicissimus. licet nequam tam iners, quam multi putaverunt, neque mirandum est, quod in hoc artis genere minorem videntur laudem ingenii consecuti esse, quam quae nostris artificibus eo nomine vulgo tribuitur.

τῆς λύρας προσεχρῆσθαι, σαφηνείας ἕνεκα τῶν χορδῶν, τὸν τε καθαριστὴν καὶ τὸν παιδευόμενον, ἀποδιδόντας πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι· τὴν δ' ἑτεροφωνίαν καὶ ποικιλίαν τῆς λύρας, ἄλλα μὲν μέλη τῶν χορδῶν ἰσιῶν, ἄλλα δὲ τοῦ τὴν μελωδίαν ξυνθέντος ποιητοῦ, καὶ δὴ καὶ πυκνότητα μανότητι καὶ τάχος βραδυτήτι καὶ ὀξύτητα βαρῦτητι

E ξυμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρεχομένους, καὶ τῶν ῥυθμῶν ὡσαύτως παντοδαπὰ ποικίλματα προσαρμόττοντας τοῖσι φθόγγοις τῆς λύρας, πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα μὴ προσφέρειν τοῖς μέλλουσιν ἐν τρισὶν ἔτεσι τὸ τῆς μουσικῆς χρῆσιμον ἐκλήψεσθαι διὰ τάχους. τὰ γὰρ ἐναντία ἀλλήλα ταραττόντα δυσμαθίαν παρέχει, δεῖ δὲ ὅ τι μάλιστα εὐμαθεῖς εἶναι τοὺς νέους· τὰ γὰρ ἀναγκαῖα οὐ σμικρὰ οὐδ' ὀλίγα αὐτοῖς

Ξυνθέντος ποιητοῦ] τοῦ ποιητοῦ E. v. f. h. a. c., ut habet Bas. 2. Dein καὶ post δὴ om. pr. A. Q.
καὶ ἀντίφωνον] Om. pr. A. Q.
E. δυσμαθίαν] Herm. corr. δυσμαθεῖαν.

Verum redeundum est aliquando rursus ad Platonem nostrum, ne plane videamur cancellos egressi esse. Itaque his missis ad extremam partem loci Platonici, quem enarrare instituimus, accedamus. Ea vero desiderat commentationem brevissimam. Commonetur enim etiam de rhythmis eorumque variatione, quam philosophus censet in puerili institutione illa, de qua loquitur, sedulo evitandam esse. Id quod indicatur his verbis: καὶ τῶν ῥυθμῶν ὡσαύτως παντοδαπὰ ποικίλματα προσαρμόττοντας τοῖς φθόγγοις τῆς λύρας. Enimvero quae antea de sonorum velocitate et tarditate memorata sunt, ea pertinent, ut suo loco ostendimus, ad unam harmoniam atque declarandam τῆς πυκνότητος et τῆς μανότητος rationem. Quocirca nunc rectissime seorsum exponitur etiam

de rhythmis, hoc est numerorum moderatione, quam nostri temporis (*Tempo*) nomine insignire solent, Graeci et Latini *agogen rhythmicam* et *ductum rhythmicum* appellaverunt. Id quod usu fere constanti atque legitimo fit, quandoquidem cum harmonia de more etiam illius mentio iungitur, veluti Legg. II. p. 655. A. 665. A. 660. A. 669. D. VII. 800. D. VIII. 835. A. Phil. 17. C. D. Symp. 187. C. D. Gorg. 502. C. De Republ. III. 397. B. C. 398. D. 400. B. X. 601. A. sl. Huic vero rhythmpoetae Graecos novimus item plurimum studii atque curae impendisse, quandoquidem facie videbant, ad varios animi sensus et affectus exprimendos illa nihil esse accommodatius. Id quod praeter alios testantur Aristotel. Politic. VIII. p. 455. et Aristides Quintil. p. 40. ubi

ἔστι προστεταγμένα μαθήματα, δείξει δὲ αὐτὰ προῖόν ὁ λόγος ἅμα τῷ χρόνῳ. ἄλλα ταῦτα μὲν οὕτω περὶ τῆς μουσικῆς ἡμῖν ὁ παιδευτὴς ἐπιμελεισθῶ· τὰ δὲ μελῶν αὐτῶν αὐ καὶ ῥημάτων, οἷα τοὺς χοροδιδασκάλους καὶ ἂ δεῖ διδάσκειν, καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν 813 τοῖς πρόσθεν διείρηται πάντα, ἃ δὴ καθιερωθέντα ἔφαμεν δεῖν, ταῖς ἐορταῖς ἕκαστα ἀρμόττοντα, ἡδονὴν εὐτυχῆ ταῖς πόλεσι παραδιδόντα ὠφελῆν.

ΚΑ. Ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας.

ΑΘ. Ἀληθέστατα τοίνυν καὶ ταῦθ' ἡμῖν παραλαβῶν ὁ περὶ τὴν Μοῦσαν ἄρχων αἰρεθεῖς ἐπιμελεισθῶ μετὰ τύχης εὐμενοῦς, ἡμεῖς δὲ ὀρχησεῖς τε περὶ καὶ ὅλης τῆς περὶ τὸ σῶμα γυμναστικῆς πρὸς τοῖς ἐμπροσθεν εἰρημένους ἀποδῶμεν· καθάπερ μουσικῆς τὸ διδασκαλικὸν ὑπόλοιπον ὃν ἀπέδομεν, ὡσαύ-

P. 813. διείρηται πάντα] διέρηται Ang. v. probante Dorvill. ad Char. p. 645. Sed v. explicat. Mox idem liber διέρηκας pro διείρηκας.

B. καθάπερ μουσικῆς] Steph. con. καὶ καθάπερ μ. sed v. ann. exeg.

hanc partem doctrinae musicae attingit. Atque inde intelligi potest, quidnam apud Platonem sint τῶν ῥυθμῶν παντοδαπὰ ποικίλματα. Significantur enim varia et multiplicia *ductus rhythmicum* genera, quo fiebat, ut non modo numeri diversi inter se permutterentur, verum etiam unus idemque numerus pro argumenti varietate modo tardior fieret, modo concitator. Hoc ipsum igitur putamus esse, quod philosophus in prima institutione puerili vitandum esse praecipit, quo facilius pueri modos musicos percipiant et discant. Atque haec quidem sunt, quae de loco Platonis, memorabili pariter illo ac difficili, nunc exponenda putavimus. Unde si vel exiguus aliquis fructus ad Platonis aliorumque scriptorum veterum interpretationem aut ad artis musicae veteris accuratorem co-

gnitionem redundaverit, videbimur utique huius descriptionis nostrae praemium satis magnum reportavisse.

P. 813. ἐν τοῖς πρόσθεν διείρηται] Dorvillius ad Chariton. p. 645. = 595. ed. Lips. coniciebat διέρηται. At v. ann. ad p. 809. D. Et sequitur statim post διείρηκας.

B. καθάπερ μουσικῆς τὸ διδασκ.] Frustra Stephanus desiderabat καὶ καθάπερ. v. ann. ad Phaeton. p. 61. A. Legg. II. p. 659. E. Politic. p. 296. E. Dein ad καὶ γυμναστικῆς intelligi sane licet τὸ διδασκαλ. ὑπόλοιπον ὃν ἀποδιδόντες: quamquam hunc genitivum etiam alia ratione explicare licebit. Mox ὀρχησεῖς ut Lat. saltare latiore sensu accipiendum de quovis corporis motu artificiosiore, ut sexcenties. Verbum διαπονεῖν vero de gym-

τως ποιῶμεν καὶ γυμναστικῆς. τοὺς γὰρ παῖδας τε καὶ τὰς παῖδας ὀρχεῖσθαι δὴ δεῖ καὶ γυμναζεσθαι μανθάνειν. ἢ γάρ;

ΚΑ. Ναί.

ΑΘ. Τοῖς μὲν τοίνυν παισὶν ὀρχησταί, ταῖς δὲ ὀρχηστρίδες ἂν εἴεν πρὸς τὸ διαπονεῖν οὐκ ἀνεπιτηδαιότερον.

ΚΑ. Ἔστω δὴ ταύτη.

ΑΘ. Πάλιν δὴ τὸν τὰ πλείστα ἔξοντα πράγματα καλῶμεν, τὸν τῶν παιδῶν ἐπιμελητὴν. ὅς τῶν τε περὶ μουσικῆν τῶν τε περὶ γυμναστικῆν ἐπιμελούμενος οὐ πολλὴν ἔξει σχολήν.

ΚΑ. Πῶς οὖν δυνατὸς ἔσται προεσβύτερος ὢν τοσοῦτων ἐπιμελεῖσθαι;

Cap. XVII. ΑΘ. Ῥαδίως, ὦ φίλε· ὁ νόμος γὰρ αὐτῷ δέδωκε καὶ δώσει προσλαμβάνειν εἰς ταύτην τὴν ἐπιμελίαν τῶν πολιτῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν οὓς ἂν ἐθέλῃ· γνώσεται δὲ οὓς δεῖ, καὶ βουλησεται μὴ πλημελεῖν εἰς ταῦτα, αἰδούμενος ἐμφρόνως καὶ

C. δέδωκε καὶ δώσει] Flor. a. δέδωκεν καὶ δώσει. Num igitur scriptum fuit δέδωκε τε καὶ δώσει?

D. μὴ δέ — οὐτ' εἰπεῖν] De interpunctione v. explicatt. Par. A. rec. et Voss. μηδὲν.

γυμνάσια γὰρ τίθεμεν] τιθῶμεν Vat. f. Ric. h. et ex corr. Flor. a. d. o. Idem habet etiam Euseb. Praep. Ev. XIII. 19. p. 706. D.

nicis exercitationibus solempne est. Ceterum verba Platonis τοὺς γὰρ παῖδας τε καὶ τὰς π. — οὐκ ἀνεπιτηδαιότερον laudat Euseb. Praep. Evang. XIII. 19. p. 706. b. sine ulla lectionis varietate.

Cap. XVII. D. λογισμῷ τε σπινῶν, ὡς εὐ μὲν —] Astius malebat ἐννεῖς. Quo non opus est. Nam ἐννεῖναι τῷ λογισμῷ est: hae utens cogitatione, hanc animo fovens cogitationem, similiter atque ταῖς ἡδοναῖς ἐννεῖναι aliaque id genus usurpantur. De sententia Heusdius Spe-

cim. Crit. p. 6. comparat Legg. VI. p. 765. E. Lach. p. 179. A. Theag. p. 120. et Diotogenem ap. Stob. p. 240. ἵς οὖν ἀρχὰ πολιτείας ἀπάσης, νέων τροφά· οὐ γὰρ μήποκα τὸν καρπὸν ἀνασπέρσον ἀμτέλοι γενήσονται μὴ φητοτροφηθεῖσαι καλῶς.

μὴ δέ — οὐτ' εἰπεῖν ἄξιον] Post μὴ δέ (sc. εὐ τραφέντων καὶ τρεφόμενων τῶν νέων) locum habet aposiopesis: qua facta Atheniensis ipse declarat, nolle se rem male ominatam in primordiis civitatis condendae ore suo effari. — τοὺς σφό-

γιγνώσκων τῆς ἀρχῆς τὸ μέγεθος, λογισμῷ τε ξυνών, ὡς εὐ μὲν τραφέντων καὶ τρεφόμενων τῶν νέων πάντα ἡμῖν κατ' ὄρθον πλεῖ, μὴ δέ — οὐτ' εἰπεῖν ἄξιον οὐθ' ἡμεῖς λέγομεν ἐπὶ καινῇ πόλει τοὺς σφόδρα φιλομαντευτάς σεβόμενοι. πολλὰ μὲν οὖν ἡμῖν καὶ περὶ τούτων εἴρηται τῶν περὶ τὰς ὀρχήσεις καὶ περὶ πᾶσαν τὴν τῶν γυμνασίων κίνησιν· γυμνάσια γὰρ τίθεμεν καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἅπαντα τοῖς σώμασι διαπονήματα τοξικῆς τε καὶ πάσης ὀφεισῶς καὶ πελταστικῆς καὶ πάσης ὀπλομαχίας καὶ διεξόδων E τακτικῶν καὶ ἀπάσης πορείας στρατοπέδων καὶ στρατοπεδεύσεων καὶ ὅσα εἰς ἵππικὴν μαθήματα συντίθει. πάντων γὰρ τούτων διδασκαλούς τε εἶναι δεῖ κοινούς, ἀρνημένους μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως, καὶ τούτων μαθητὰς τοὺς ἐν τῇ πόλει παῖδας τε καὶ ἄνδρας, καὶ κόρας καὶ γυναῖκας πάντων τούτων ἐπιστήμοινας, κόρας μὲν οὖσας ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἐν ὀπλοῖς ὀρχησιν καὶ μάχην μεμελετηκυίας, γυναῖκας δὲ διεξόδων καὶ τάξεων καὶ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως 814

E. πελταστικῆς καὶ ἀπάσης] τε ante καὶ interponit Ric. et Flor. d.

μαθήματα συντίθει] Vett. editt. excepta Bas. 2. ἐπιτελλεῖ, contra auctoritatem codd. mscptorum. Etiam libri Eusebii συντίθει.

P. 814. καὶ ἀναιρέσεως ὀπλων] Male καὶ ἀναιρέσεως abest ab Q. pr.

δρα — σεβόμενοι. reverentes eos, qui auguriorum vel ominum mire amantes sunt. Fallitur Astius, ad φιλομαντευτάς verbum aliquod desiderans, veluti μμησθαι.

γυμνάσια γὰρ τίθεμεν] Laudat Eusebius Praep. Evang. XIII. 19. p. 706. d. sq. usque ad ὀπλων ἡμέρας. Is scriptum exhibet τιθῶμεν pro τίθεμεν, sicuti etiam codd. aliquot Platonis. Nec tamen τίθεμεν. constituimus, mutandum, quod optime congruit cum antegresso ἡμῖν εἴρηται.

Dein idem ille πάντα pro ἅπαντα et ἀπάσης pro πάσης. Dativus τοῖς σώμασι pertinet ad διαπονήματα, estque datus instrumenti, de cuius usu v. ann. ad Cratyl. p. 423. A. Remp. III. p. 397. B. Matthiae Gr. §. 396. conf. p. 824. A.

E. καὶ διεξόδων τακτικῶν] militärische Evolutionen. — πορείας στρατοπέδων, castrorum s. exercitus profectio; sed στρατοπεδεύσεων est, castrorum metationis, ut recte interpretatur Astius.

ὄπλων ἡμμένας, εἰ μηδενὸς ἕνεκα, ἀλλ' εἰ ποτε δεή-
σεις πανδημεί πασῇ τῇ δυνάμει καταλείποντας τὴν
πόλιν ἔξω στρατεύεσθαι, τοὺς φυλάζοντας παῖδας
τε καὶ τὴν ἄλλην πόλιν ἰκανοὺς εἶναι τό γε τοσοῦ-
τον, ἢ καὶ τούναντιον, ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον, ἔξωθεν
πολεμίου εἰσπεσόντας ῥώμῃ τινὶ μεγάλῃ καὶ βίᾳ,
βαρβάρους εἴτε Ἑλλήνας, ἀνάγκην παρασχεῖν περὶ

τοὺς φυλάζοντας παῖδας τε] φυλάζοντας A. Q. E. v. κ.
Schneiderus legendum suspicatur τοῦ φυλ. et post γίνεσθαι in
versione interponit: quod si fiat.

P. 814. εἰ μηδενὸς ἕνεκα, ἀλλ' εἰ ποτε —] si nullius alius rei gratia, at certe sic, ut il, qui civitatem sint custodituri, idonei habeantur cfr. De ἀλλά, ἀλλὰ — γε, ἀλλ' οὖν — γε, sic post εἰ μὴ usurpat v. ad Gorg. p. 470. D., et de τοὺς φυλάζοντας — ἰκανοὺς εἶναι pro ὡστε — ἰκανοὺς εἶναι posito ann. ad VII. p. 799. A. 797. B. Schneiderus refluxit τοῦ φυλάζοντας. Post μηδενὸς Stephanus ἄλλου addendum putabat, quo non opus, quandoquidem εἰ μηδενὸς ἕνεκα, quamvis paullo fortius dicatur, tamen idem fere quod εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα significat. — τό γε τοσοῦτον, sc. ut hoc ipsum possint facere.

ἢ καὶ τούναντιον, ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον —] Locus Stephano non uno nomine de vitio suspectus. Etenim primum quidem vir sagacissimus in ὧν vitium latere suspicatus est; quamobrem ὧν scribendum putavit. Deinde infinitivum παρασχεῖν quum non haberet quomodo explicaret aut defenderet, totum locum hunc in modum refingit voluit: ἢ καὶ τούναντιον, ἔάν συμβῇ, vel ἢ καὶ τούναντιον, ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον, ἔάν συμβῇ ἔξωθεν πολεμίου κ. τ. λ. Sed etiamsi concedendum est

locum explicatu esse difficiliorum, tamen non putamus verborum mutatione opus esse. Imo locus rursus ex anacolutia declarandus videtur. Nam quae verba enuntianda fuerunt hunc in modum: εἰ ἔξωθεν πολεμίοι εἰσπεσόντες — βαρβαροὶ εἴτε Ἑλλήνες, ἀνάγκην παρασχομεν: ea scriptor suspensa voluit esse ex parenthesi: ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον, ideoque accusativo cum infinitivo posuit; quo facto apodosin inde ab πολλῇ παν κινῆα πολιτείας exorsus est. Quocirca sententia verborum huc redit: aut etiam contra, quarum rerum nihil sane est quod fieri non posse iuraveris, si quando externi hostes maiore quadam vi et potentia fines nostros invaserint, sive barbari sive Graeci, atque necessitatem de ipsa civitate (de summa rerum publicarum) de certandi imposuerint, tum vero magna, opinor, fuerit nostrae civitatis ignavia et turpitudine cfr. Itaque τούναντιον eo refertur, quod non iam cives extra terram militiam facere dicuntur, sed hostes potius in patriae fines irruere posse ponitur, ita ut vis et impetus eorum omni ope sit propulsandus. De voc. ἀπώ-

αὐτῆς τῆς πόλεως τὴν διαμάχην γίνεσθαι, πολλή
που κακία πολιτείας οὕτως αἰσχροῦς τὰς γυναῖκας εἶ- B
ναι τετραμμένας, ὡς μηδ' ὥσπερ ὄρνιθας περὶ τέκνων
μαχομένας πρὸς ὅτιον τῶν ἰσχυροτάτων θηρίων ἐθέ-
λειν ἀποθνήσκειν τε καὶ πάντας κινδύνους κινδυνεύειν,
ἀλλ' εὐθύς πρὸς ἱερὰ φερομένας πάντας βωμούς τε
καὶ ναοὺς ἐμπιπλάναι καὶ δόξαν τοῦ τῶν ἀνθρώ-

ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον] Stephanus con. ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον,
probante Astio. Sed v. explicatt.

B. ἐθέλειν ἀποθνήσκειν] Sic A. Q. v. f. r. δ. o. Le-
gebatur vulgo θέλειν.

μοτον audias Gramm. Bekker. Anecd. I. 441, 14. Ἀπώμοτον ἀπγορευμένον, φεικτόν καὶ ἀποθητόν: τί δ' εἶσι Ἀθηναίοισι προᾶγμ' ἀπώμοτον; Εὐπολις ἐν ταῖς Πόλεσιν. Ibid. p. 21, 3. Ἀπώμοτον δ' ἄν τις ἀπομόσει μὴ ἂν γενέσθαι. Etymol. Magn. s. v. Ἀπώμοτον δ' ἂν τις ἀπομόσει γεγενῆσθαι ἢ μὴ γεγενῆσθαι. ἐστὶ ἀνέλπιστον. Διογένης.

B. οὕτως αἰσχροῦς τὰς γυναῖκας —] De οὕτως ὡς sequente infinitivo dictum ad VII. p. 798. B. et 806. B. De aviculis pullos suos defendentibus similiter Symp. p. 207. B. καὶ ἔτοιμά ἐστι (πάντα τὰ θηρία) ἕπερ τούτων (τῶν γενομένων) καὶ διαμάχεσθαι τὰ ὀσθονόστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις καὶ ὑπεραποθνήσκειν. Hunc Legum locum ob oculos videtur habuisse Musonius p. 244. ed. Peerlk. iam ab Astio laudatus: δεῖ δὲ δὴ καὶ ἀμνηστικὸν εἶναι τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ εἴθε ἀπαφεροσθαι μέλλουσιν κακίους ἀλεκτορίδων καὶ ἄλλων ὄρνιθων θηλειῶν, αἱ πολὺ μειζόσι θηλοῖς ζαντῶν ὑπὲρ τῶν νέων διαλλάττονται (l. διαμάχονται). Lycurg. adv. Leocr. p. 229. τὰ γούν ζῶα τὰ πετεινά, ἃ μέγιστα πέφυκε πρὸς τάχος, ἐστὶν ἰδεῖν ἕπερ τῆς αὐτῶν νεοτίας ἐθέλοντα ἀποθνήσκειν. Addas Ae-

lian. Histor. Animal. I. 18. II. 40. VI. 9. 48. IX. 8. Mulieres quoque civitatis securitati invigilare oportere, philosophus statuit etiam De Rep. V. p. 451. D. al. Sed a Platone dissentit Aristot. Pol. II. 3: αἴτιον δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν θηρίων ποιῆσθαι τὴν παραβολήν, ὅτι δεῖ τὰ αὐτὰ ἐπιηδεῖν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν, οἷς ἀκονοῦντα οὐδὲν μείσειν.

ἀλλ' εὐθύς πρὸς ἱερὰ φερομένας —] Apte Fährstius Syllog. Varr. Lectt. p. 389. comparat illa Eteoclis apud Aeschylum Sept. adv. Theb. v. 165 seqq. ὄμῃς ἐρωτῶ, θεῖματ' οὐκ ἀνασχετῆ, ἢ ταῦτ, ἀρῆσια καὶ πόλει σωτήρια | σιγήτω τε θάραος τῷδε πυργηρούμένῳ, βρέτη πεσοῖσας πρὸς πολισσοῦχων θεῶν | αἰεὶν, λακάζειν, σφρόντων μοῖσματα; Respexit Plato, ut videtur, ad ignaviam Laeaeonum, quam prodiderunt, quum Thebani duce Epaminonda Laconiam invaderent. Quod ipsum Platonis rationi opponit Aristotel. Politic. II. 2. §. 7. p. 69. ed. Schn. καὶτοι εἰ διαφέροι γυναῖκας ἀρχεῖν ἢ τοὺς ἀρχοντας ὑπὸ τῶν γενναίων ἀρχεσθαι; ταῦτὸ γὰρ συμβαίνει, χρησίμον δ' οὐσης τῆς θρασυτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκλητῶν. ἀλλ', ἐπερ πρὸς πόλεμον, βλαβερώτατον καὶ πρὸς

πων γένους καταχθίνωσιν ὡς πάντων δειλότατον φύσει θηρίων ἐστίν.

C ΚΑ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ ξένη, οὐδαμῶς εὐσχημον γίγνεται ἄν, τοῦ κακοῦ χωρὶς, τοῦτο ἐν πόλει ὅπου γίγνεται.

ΑΘ. Οὐκοῦν τιθώμεν τὸν νόμον τοῦτον μέχρι γε τοσούτου, μὴ ἀμελεῖσθαι τὰ περὶ τὸν πόλεμον γυναιξὶ δεῖν, ἐπιμελεῖσθαι δὲ πάντας τοὺς πολίτας καὶ τὰς πολιτίδας;

ΚΑ. Ἐγὼ γοῦν συγχωρῶ.

ΑΘ. Πάλῃς τοίνυν τὰ μὲν εἶπομεν, ὃ δ' ἐστὶ μέγιστον, ὡς ἐγὼ φαίην ἄν, οὐκ εἰρήκαμεν, οὐδ' ἐστὶ ῥᾶδιον ἄνευ τοῦ τῷ σώματι δεικνύντα ἅμα καὶ τῷ λόγῳ φράζειν. τοῦτ' οὖν τότε κρινούμεν, ὅταν

D. μὴνύση τι σαφῆς] V. soloecce μὴνύσει, reluctantibus libris mss. fere omnibus.

ταῖθ' αἱ τῶν Λακωνῶν ἦσαν. ἐδήλωσαν δ' ἐπὶ τῆς Θηβαίων ἐμβολῆς· χρήσιμοι γὰρ οὐδὲν ἦσαν, ὡς περὶ ἐν ἐτέραις πόλεσι, θόρυβον δὲ παρῆχον πλεον τῶν πολεμίων. De re vide etiam Xenoph. Histor. Gr. VII. 5, 10.

δοῦσαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων —] Libr. VII. p. 800. D. ἐνίοτε πᾶσαν βλασφημίαν τῶν ἱερῶν καταχθονοῦν. Horat. Sat. I. 4, 87. e quibus unus avert quavis aspergere cunctos, quem locum plerique perperam interpretati sunt.

C. τοῦ κακοῦ χωρὶς] praeterquam quod malum est; abgesehen von dem Nachtheil; v. ad Criton. p. 44. B.

Πάλῃς τοίνυν τὰ μὲν εἶπομεν] In his τοίνυν non est συλλογιστικόν, sed μεταβατικόν, ac sicuti Lat. iam, iam vero. idem fere significat atque poro. v. ad Remp. VIII. p. 565.

et X. p. 603. E. Apolog. Socr. p. 33. E. Mox iunge verba sic: οὐδ' ἐστὶ ῥᾶδιον τῷ λόγῳ φράζειν (sermone explicare) ἄνευ τοῦ φράζειν δεικνύντα τῷ σώματι. Istud ἅμα καὶ interponitur, quia praemissa sunt verba ἄνευ τοῦ τῷ σώματι δεικνύντα, sine demonstratione manifesta.

D. τῶν τε ἄλλων ὧν εἰρήκε πέρι] H. e. περὶ τῶν ἄλλων ὧν (ἃ) εἰρήκεν. Quod ὁ λόγος ipse dicitur εἰρηκέναι, id ne quis opinetur a Platonis loquendi consuetudine abhorrere, v. ann. ad Phileb. p. 18. B. ubi est ὁ λόγος λέγων; ibid. p. 50. A. et 51. C. ὁ λόγος φησὶν. Pol. p. 264. B. ὁ λόγος μὴνύει. Sophist. p. 237. B. ubi idem dicitur διεξέναι.

Cap. XVIII. Νῦν δὲ τῆς μὲν περὶ παλαιστραν —] Astius scribendum censet: νῦν δὲ περὶ τῆς μὲν περὶ παλαιστραν κ. τ. λ. collatis locis VII.

ἔργῳ λόγος ἀκολουθήσας μὴνύση τι σαφῆς τῶν τε ἄλλων ὧν εἰρήκε πέρι καὶ ὅτι τῇ πολεμικῇ μάχῃ πασῶν κινήσεων ὄντως ἐστὶ ξυγγενῆς πολὺ μάλιθ' ἡμῖν ἢ τοιαύτη πάλη, καὶ δὴ καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἐκείνης χάριν ἐπιτηδεύειν, ἀλλ' οὐκ ἐκείνην ταύτης ἕνεκά μανθάνειν.

ΚΑ. Καλῶς τοῦτό γε λέγεις.

Cap. XVIII. ΑΘ. Νῦν δὲ τῆς μὲν περὶ παλαιστραν δυνάμει τὸ μέχρι δεῦρ' ἡμῖν εἰρησθῶ· περὶ δὲ τῆς ἄλλης κινήσεως παντὸς τοῦ σώματος, ἧς τὸ πλεῖστον μέρος ἔρχοσιν τινὰ τις προσαγορευῶν ὀρθῶς ἄν φθέγγοιτο, δύο μὲν αὐτῆς εἶδη χορὴ νομίζειν εἶναι, τὴν μὲν τῶν καλλιόνων σωμάτων ἐπὶ τὸ σεμνὸν μιμουμένην, τὴν δὲ τῶν αἰσχρόνων ἐπὶ τὸ

Nῦν δὲ τῆς μὲν περὶ π.] Astius etiam ante τῆς inseri iubet περὶ. Sed v. explicat.

E. ὀρθῶς ἄν φθέγγοιτο] ἄν om. A. r. et pr. 12.

7. extr. c. 19. p. 817. E. XII. p. 950. B. Sed non opus est hac praepositionis geminatione. Nam genitivus τῆς μὲν δυνάμει aptus est ex sequenti τὸ μέχρι δεῦρο.

περὶ δὲ τῆς ἄλλης κινήσεως —] quod autem ad reliquum totius corporis motum attinet, duo illius genera oportet statuere. Nam περὶ, ut Lat. de, etiam absolute ponitur, ita ut non arcte cohaereat cum verbi constructione. Exempla rei notavimus bene multa ad Theaet. p. 179. E.

E. δύο μὲν αὐτῆς εἶδη χορὴ ν.] Dnas philosophus facit partes universae saltationis — h. e. artificiosi corporis motus cum venustate et gratia — alteram, quae corporum pulcritudinem cum gravitate imitetur, alteram, quae ridicule exprimat corporum turpitudinem. Sed utriusque rursus vult duas par-

tes esse. Et gravem quidem illam ac seriam saltationem statuit vel bellicam esse, πύφληρον, vel ad pacem et tranquillitatem referri, ἐμμέλιαν. Saltationes Bacchicas autem dabitari posse arbitratur quorsum referri oporteat, quandoquidem nec ad genus bellicum, nec ad sedatum illud et placidum pertinere videantur. Describit vero accuratius uniuscuiusque virtutes sic, ut quid ad inventutis institutionem imprimis utile sit, ab omnibus intelligi queat. Non inutiliter de hac artis saltandi descriptione Platonica conferentur quae exposita leguntur a Krausio in libro: Die Gymnastik der Hellenen Vol. II. p. 822 sqq.

τῶν καλλιόνων μιμημάτων ἐπὶ τὸ σεμνόν] Dictionem habes eandem Phileb. p. 40. C. μιμημάτων (μνηστῆς ἡδοναί) τὰς ἀληθείας ἐπὶ τὰ γελοῖα τετρα. ubi v. ann.

μίμημα, εὐθυφερές, ὡς τὸ πολὺ τῶν τοῦ σώματος μελῶν, γιγνόμενον, ὀρθὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, τὸ δὲ τοῦτοις τούναντιον οὐκ ὀρθὸν ἀποδεχόμενον. τὴν δὲ εἰρηλικὴν ὀρχησιν τῆδ' αὖ θεωρητέον ἐκάστων,

P. 815. B. τὸ δὲ τοῦτοις τούναντιον] Sic A. M. E. v. f. h. r. a. c. d. o. Legebatur vulgo ἐναντίον pro τούναντιον. Locum explicavimus et vindicavimus infra.

facilitatem respicimus. Sententia haec videtur esse: Rectum autem in hisce et intentum, honorum corporum et animorum quando fit imitatio, si ea scilicet recta peragitur, sicuti plurima imitatio corporis membrorum, tum vero hoc tale rectum est et laudabile; sed contrarium hisce quod suspicit, id non est rectum. Quae interpretatio quoniam omnes praeterit criticos et interpretes, paucis vel illustranda vel defendenda atque communienda est, si forte fieri possit, ut eadem etiam aliis probetur. Itaque primum quidem tenendum est, primariam enuntiatam partem esse hanc: τὸ δὲ ὀρθὸν καὶ τὸ εὐτόνον — ὀρθὸν μὲν (ἔστιν). Quod si ita se habet, luce clarius est, prave Astius post μελῶν γιγνόμενον plenius distinxisse. At nimirum quod aliis omnibus accidit interpretibus, ut verborum sententiam nulla ex parte assequerentur, idem illi quoque accidisse existimari debet, quandoquidem τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ εὐτόνον explicavit per rectum et solidum, das Richtige und Tüchtige. Quod fieri nullo modo potest. Imo τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ εὐτόνον manifesto indicat eum corporis statum atque motum, qui in talibus unice probandus videatur. Itaque τὸ ὀρθὸν est das Gerade; τὸ εὐτόνον vero das Gespannte u. Gedehte, ita ut venustam

designet membrorum ac nervorum intentionem. Quod quidem utrumque vere ita statui, apparet ex verbis proximis: τῶν ἀγαθῶν σωμάτων — εὐθυφερές — γιγνόμενον, quae per exegesis adiaciuntur, hoc sensu: pulcrorum corporum et animorum quando ita imitatio fit, ut recta peragatur. Nam εὐθυφερές neccendum hic certe est cum γιγνόμενον, ut prave Astius et velt. edit. post illud commate distinxerint. Significat autem istud εὐθυφερές accuratius, quidnam illud sit, quod antea dicitur ὀρθὸν καὶ εὐτόνον; designat enim virium et nervorum contentionem eam, qua adversarius recta arceatur vel lacessatur. Prave enim Astius voc. interpretatur conveniens. Porro ὡς τὸ πολὺ nunc non est ut plerumque, ut vulgo interpretantur, sed potius: ut plurimum sc. μίμημα; quapropter exinde pendet genitivus τῶν τοῦ σώματος μελῶν, intellecto γίγνεται, quem Astius peperam explicat sic: quae quidem imitatio plerumque per corporis membra fit. Itaque verba: ὡς τὸ πολὺ τ. τ. ο. γιγνόμενον, commatis seivimus a reliquis, quo clarius pateat orationis constructio. De loquendi forma et ratione etiam praedicatum ὀρθὸν, ad quod liquet reticere ἔστιν. Ponitur autem ὀρθὸν faciem per

εἴτε ὀρθῶς εἴτε μὴ κατὰ φύσιν τις τῆς καλῆς ὀρχήσεως ἀντιλαμβανόμενος ἐν χορείαις προπόντως εὐτόνων ἀνδρῶν διατελεῖ. τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὀρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου δια-

κατὰ φύσιν τις τῆς καλῆς] τις om. E. f. o. Ald. Lov. Bas. 1. 2.

diligiam nunc alia significatione atque antea, quandoquidem hic id denotat, quod est bonum ac laudabile. Quod ipsum quoque sefellit interpretes. Additur autem denno subiectum τὸ τοιοῦτον, propterea, opinor, quod post τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ εὐτόνον interpositum est: τῶν ἀγαθῶν σωμάτων — γιγνόμενον. Quocirca ista quidem omnia ita iam expedita habes, nihil ut in iis difficultatis residere videatur. Nam pro τὸ τε ὀρθὸν ut cum Astio refingatur τὸ δὲ ὀρθὸν, non videtur esse necessarium, quum haec superioribus non opponantur, sed simpliciter annectantur. Pergimus igitur ad proxima: τὸ δὲ τοῦτοις — ἀποδεχόμενον, quae item criticis fuerunt offensioni. Nam Astius quidem pro ἀποδεχόμενον requirit ἀποδεχόμεθα, suffragantibus, ut videtur, triumviris Turicensibus. Hermannus autem ἀποδεχόμενος praefert. Praeterea Stephanus cum vett. edit. ἐναντίον dedit pro eo, quod codd. mss. tinentur, τούναντιον. Ex quo Hermann. extudit πον ἐναντίον. Nimirum verba per hyperbaton conturbata sic iungenda sunt: τὸ δὲ ἀποδεχόμενον τούναντιον τοῦτοις, οὐκ ὀρθῶς (ἔστιν), quod vero suscipit his contrarium, h. e. quod non habet τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ εὐτόνον membrorum, vel ab eius usu recedit, id non est rectum ac laudabile. Quo animadverso omnia intellectu sunt facilia ne-

que opus est, ut cum nupero editore continuo Platoni aliena commenta obrudas. Itaque his ita explanatis totum locum licebit Germanice sic convertere: und es ist hierbei (bei diesen Darstellungen) das Gerade und wohl Gedehte (der Glieder u. Muskeln) wann nämlich eine Nachahmung von edeln Körpern und Seelen so ausgeführt wird, dass sie, wie die meiste Darstellung durch körperliche Gliedmaßen. in gerader Richtung Statt findet, wohl das Richtige, während das, was das Gegenheil davon aufnimmt, nicht richtig ist.

ΚΑ. Ἀληθῆ λέγεις. ἀλλὰ τί καὶ φῆς τοῦτο τὸ μάθημα, ὃ θαυμαστόν μὲν λέγεις, προσήκον δ' αὖ μαθεῖν τοῖς νέοις, οὐ γινώσκειν δὲ ἡμᾶς; πειρῶ 822 περὶ αὐτοῦ τό γε τοσοῦτον φράζειν ὡς σαφέστατα.

ΑΘ. Πειρατέον. οὐ γὰρ ἐστὶ τοῦτο, ὃ ἀριστοί, τὸ δόγμα ὀρθόν περὶ σελήνης τε καὶ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἀστρῶν, ὡς ἄρα πλανᾶται ποτε, πᾶν δὲ τούτωντιον ἔχει τούτων τὴν αὐτὴν γὰρ αὐτῶν ὁδὸν ἕκαστον, καὶ οὐ πολλὰς, ἀλλὰ μίαν αἰεὶ κύκλῳ διεξ-

ἀκηκόως ex Par. A. et Voss. x. praeeunte Bekkero in locum veteris lectionis ἀκήκοα suffecimus. Porro pro σφῶν ἂν νῦν A. x. et fortasse pr. Q. σφῶν ἂ νῦν.

processit Winckelmannus, qui istud ipsum νεωστί revocari iubet. Verum ea correctione admissa sententia pervertitur. Nam οὔτε νέον οὔτε πάλαι certe nihil aliud potest significare quam nunquam, nullo unquam tempore: quod ab ipsa loci sententia prorsus est alienum. Accedit huc quod ita dicendum fuit certe, οὔτε νῦν οὔτε πάλαι. Rectissime libri οὔτε νέος οὔτε πάλαι, quibus verbis Atheniensis significat, se has tres nec puerum et adolescentem, nec antemultum tempus, sed nuper demum didicisse. Etenim quum ipse se senem esse profiteatur, facile apparet fieri potuisse, ut etiam si non in pueritia harum rerum notitia esset imbutus, tamen iam ante longum tempus earum cognitionem acciperet. Neutrum igitur ait factum esse; quo ipso significat, sese fuisse in his rerum studiorum, ut ait Horatius, atque in senectute demum nactum esse hanc scientiam et cognitionem. Fieri potest, ut Pla-

to hic quoque semet ipsum significet adeoque ad iter a se in Aegyptum et Italiam inferiorem susceptum respiciat, in quo talium rerum cognoscendarum opportunitatem ipsi fuisse suppeditatam nemo dubitabit. v. supra VII. p. 819. A. — E. Ac narrat Plutarch. Num. c. XI. et Quaest. Platonn. c. VIII. Platonem senem factum aliter de astronomicis sensisse atque antea. Ceterum si quis in adiectivi cum adverbio consociatione offendat, ei auctor sim, ut legat nostra ad Phaedrum p. 234. E. — οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ, i. q. ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ.

P. 822. ἀλλὰ μίαν αἰεὶ κ.] Eandem repetitionem habes Gorg. p. 452. E. ὃ δὲ χρηματιστὴς οὐτος ἄλλω ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος, καὶ οὐχ αὐτῷ, ἀλλὰ σοὶ τῷ δυναμένῳ λέγειν. Ibid. p. 454. C. τοῦ ἐξῆς ἐνεκα περαιοῦσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἐνεκα, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπιζήσμεθα, κ. τ. λ. Ibid. p. 521. D. οὐ πρὸς γάρῃν λέγον τοὺς λόγους — ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον

ερχεται, φαινεται δε πολλας φερόμενον· τὸ δὲ τάχιστον αὐτῶν ὃν βραδύτατον οὐκ ὀρθῶς αὐ̄ δοξάζεται, τὸ δ' ἐναντίον ἐναντίως. ταῦτ' οὖν εἰ πέφυκε μὲν οὕτως, ἡμεῖς δὲ μὴ ταύτη δοξάζομεν — εἰ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ θεόντων ἵππων οὕτως ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διανοούμεθα περί, καὶ προσηγορούμεν τὸν τάχιστον μὲν ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον ὡς τάχιστον, ἐγκώμια τε ποιούντες ἤδομεν τὸν ἡττώμενον νενικηκότα, οὔτε ὀρθῶς ἂν οὐτ' οἶμαι προσφιλῶς τοῖς δρομεῦσιν ἡμᾶς ἂν τὰ ἐγκώμια προσάπτειν ἀνθρώποις οὔσι· νῦν δὲ δὴ περὶ θεοῦς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐξαμαρτανόντων ἡμῶν, ἄρ' οὐκ οἴομεθα, ὃ γελοῖόν

P. 822. ταύτη δοξάζομεν] Sic pro vulg. δόξομεν, quod Bekker. Schneider. alii servarunt, ex uno Ricard. h. scripsi. Verum coniectura assequutus erat Astius.

ἵππων οὕτως] V. οὕτως ἵππων, invitis codd. praeter Ven. Ξ. C. οἴομεθα, ὃ γελοῖόν —] ὃ addidi ex Ricard. h. Astius illud ante ἐκεῖ excidisse putabat. Stephanus vero ante γελοῖόν requirebat et. Schneiderus ἄ post οἴομεθα inseruit.

οὐ πρὸς τὸ ἡδιστον. Protagor. p. 344. D. ὡςπερ οὖν οὐ τὸν κείμενόν τις ἂν καταβάλοι, ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπιτότῳ ποτε καταβάλοι ἂν τις ὥστε κείμενον ποιῆσαι, τὸν δὲ κείμενον οὐ, οὕτω καὶ κ. τ. λ. Quae centenis aliis augere liceat. De re ipsa v. Tim. p. 38. C. sqq. coll. Boeckhio in libro: Untersuchungen über das kosmische System des Platon. p. 49. sqq. et p. 51. sqq.

B. ταῦτ' οὖν εἰ πέφυκε μὲν οὕτως —] In his inest aposiopesis. Nam post μὴ ταύτη δοξάζομεν orator inhibet cursum orationis abruptoque sermonis filo sententiam suam comparatione aliqua illustrare instituit. Quocirca post δοξάζομεν lineolam apposuimus, abruptae orationis indicem. Intelligi autem licebit: ἄρ' οὐκ εὐηθές; aut simile quiddam. Frustra haec alii aliter expedire conati sunt. conf. ad VI. p. 752. C. Pro

vulg. δόξομεν Astius vere coniecit δοξάζομεν, quod ex cod. Ricard. restituere non dubitavimus.

προσηγορούμεν — ὡς τάχιστον] De ὡς post nominandi verbum ad praedicatum adiuncto v. supra ad p. 792. D. Mox τὸν ἡττώμενον νενικηκότα i. q. τὸν ἡττώμενον ὡς νενικηκότα. Dativum δρομεῦσιν, pro quo recentiores grammatici pervulgato errore arbitrantur δρομέσιν fuisse unice usitatum, a dubitationibus omnibus vindicavit Lobeckius ad Phrynich. p. 69. Ceterum notabis hyperbaton, quo οἶμαι in secundo membro disjunctionis post οὔτε collocatum legitur.

C. ἄρ' οὐκ οἴομεθα, ὃ γελοῖόν τε —] Vulgo aberat ὃ, quod nunc ex cod. Ricardin. inseruimus, et post ὀρθῶν comate interpungebatur. Restituendum esse pronomen iam

τε καὶ οὐκ ὀρθῶν ἐκεῖ γιγνόμενον ἦν ἂν τότε, νῦν ἐνταυθοῖ καὶ ἐν τούτοισι γιγνεσθαι;

ΚΑ. Γελοῖόν μὲν οὐδαμῶς.

ΑΘ. Οὐ μὴν οὐδὲ θεοφιλές γε, ψευδῆ φήμην ἡμῶν κατὰ θεῶν ὑμνούντων.

ΚΑ. Ἀληθέστατα, εἶπερ γε οὕτω ταῦτ' ἐστίν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἂν μὲν δείξομεν οὕτω ταῦτ' ἔχοντα, μαθητέα μέχρι γε τούτου τὰ τοιαῦτα πάντα, μὴ δειχθέντων δὲ λατίον; καὶ ταῦτα ἡμῖν οὕτω ξυγκείσθω;

ΚΑ. Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. XXIII. ΑΘ. Ἢδη τοίνυν χοῖ φάναι τε. D

ἐν τούτοισι γ.] V. τοῖτοις, praeter fidem et auctoritatem codicum. De distributione personarum in seqq. v. infra enarrationem.

Οὐ μὴν οὐδὲ θεοφιλές γε] Margo Voss. x. ἀλλὰ μὴν ἐπὶ τοῦδε, ἢ οὐδαμῶς, ἢ οὐ μόνον, ἢ εἰ μὴν, ἢ ὅμως δέ. Eadem habet Schol. Ruhnken. p. 230. Quid rei sit, in explicat. ostendimus.

Astius vidit, qui illud post οὐκ ὀρθῶν inserebat, cui rationi certe codicis auctoritas anteponenda est. Sententia totius loci haec est: nonne putamus, quod tunc illic (in victoribus Olympicis) ridiculum et ineptum foret, idem nunc etiam hic et in tali re (ubi de diis agitur) ridiculum et ineptum existere? Nam ad γιγνεσθαι sponte apparet repetendum esse γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθῶν. Ad haec vero Clinias: Ridiculum quidem istud nequaquam est; nimirum tristissimum esse hunc errorem significans, quippe qui ad res divinas pertineat. Cui Atheniensis: Neutiquam vero nec diis gratum acceptumque est, si nos de diis falsam famam decantamus. Hoc ipsum vero indicio confirmans ac probans Clinias rursus respondet: Verissime iudicas, nec diis hoc placere posse,

siquidem haec ita comparata sunt, h. e. siquidem falsa sunt et plena erroris, quae vulgo de sideribus ac diis coelestibus creduntur. Haec igitur loci sententia est, satis plana illa ac perspicua. Quo magis mireris, quod Astius omnia perturbavit miserrime. Is enim sublata post ἐν τοῖτοις γιγνεσθαι interpunctione, et nomine Cliniae atque Atheniensis ante Γελοῖόν et Οὐ μὴν deleto, omnia continuo sermone usque ad θεῶν ὑμνούντων Atheniensi tribuit et pro Γελοῖόν μὲν οὐδαμῶς refingendum censuit: ὀρθῶν μὲν οὐδαμῶς. In qua ratione quam multa sint quae locum concedant acerbiori castigationi, id nunc nec vacat exponere, nec ostendere necessarium videtur. Quamquam nuper similia molitus est Hermannus, qui ὃ ante ἐκεῖ de suo inseruit et Cliniae nomine ante Γελοῖόν sublato omnia Atheniensi continuavit.

λος ἔχειν τὰ γε παιδείας μαθημάτων περί νόμιμα. Περί δὲ θήρας ὡσαύτως διανοηθῆναι χοή, καὶ περί ἀπάντων ὅποσα τοιαῦτα. κινδυνεύει γὰρ δὴ νομοθέτη τὸ προσταττόμενον ἐπὶ μείζον εἶναι τοῦ νόμου θέντα ἀπηλλάχθαι, ἕτερον δὲ τι πρὸς τοῖς νόμοις εἶναι μεταξὺ τι νομιθετησῶς τε πεφυκὸς ἅμα καὶ νόμων, ὃ δὴ πολλάκις ἡμῶν ἐμπέπτωκε τοῖς λόγοις, οἷον περί τὴν τῶν σφόδρα νέων παίδων τροφήν· οὐ γὰρ ῥητά φασιν εἶναι, λέγοντές τε αὐτὰ ὡς νόμους οἰεσθαι τιθεμένους εἶναι πολλῆς ἀνοίας γέμειν. γε-

τὰ γε παιδείας μ.] Plerique libri cum A. Q. E. te pro γε. perperam.

τοῦ νόμου θέντα] τοὺς Q. E. v. f. r. a. c. d. o. x. Pro ἀπηλλάχθαι Flor. d. ἀπαλλάττεσθαι, sed in marg. ἀπηλλάχθαι.

E. πολλῆς ἀνοίας γέμειν] Pro vulg. γε μὴν soli Vat. f. et in marg. Q. a. c. d. o. γέμειν. Praeterea γέμει in marg. Voss. x. De toto loco v. infra.

ὡς ἄρα, ὃς ἂν τοῖς τοῦ —] Winckelmannus coni. ὡς ἄρα, ὃς ἂν — τὸν βίον, ἀκρότατος vel ἀκροτάτου ὄντος. Non opus; v. explicatt.

Ceterum de ἐπιανθεῖ v. ad Phileb. p. 15. A.

Cap. XXVII. D Περί δὲ θήρας —] Etiam venationem inter eas artes numerat, quibus iuvenilis aetas fingenda et conformanda sit. In quo philosophus Doriensium instituta sequutus esse videri potest, de quibus v. Mansonis Spart. Vol. I. P. I. p. 152. Xenoph. De Ven. I. et De rep. Laced. IV. 7. Oppian. Cyneg. I. v. 110 sqq. conf. Cicero. De N. D. II. 64. ibique Davis. p. 475. ed. Creuz.

κινδυνεύει γὰρ — ἀπηλλάχθαι] videtur enim id, quod mandatum est legislatori, ad maius quiddam spectare s. maius quiddam esse, quam ut legibus latis continuo sit absolutus suoque munere functus. De ἐπὶ μείζον v. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 552. Heindorf.

ad Phaed. p. 93. B. Frustra Steph. corrigebat ἔναυ.

E. οἷον περί τὴν τῶν σφόδρα — τροφήν] veluti quum disputarem de parvulorum educatione. Respice quaeso p. 788. A — C. et p. 793. A — D.

οὐ γὰρ ῥητά φασιν εἶναι — γέμειν] Vere, opinor, C. Fr. Hermannus De vestigg. p. 17. I. ἄρρητα legendum coniecit, quo revocato aptissima emergit sententia haec: non enim censemus ea indicta esse oportere s. ea silentio transmitti debere, ac dicentes nos credi oportere ea tamquam leges esse posita multa temeritate arbitramur repletos esse. Id ipsum scilicet Plato etiam in superioribus p. 788. A. et 793. B. diserte professus est, ubi docet, talia nec pro legibus esse venditanda nec temere praetereunda silentio, rur-

γραμμένων δὴ ταύτη τῶν νόμων τε καὶ ὅλης τῆς πολιτείας οὐ τέλος ὁ τοῦ διαφέροντος πολίτου πρὸς ἀρετὴν γίγνεται ἔπαινος, ὅταν αὐτὸν τις φῆ τὸν ὑψηροτέρων τοῖς νόμοις ἄριστα καὶ πειθόμενον μάλιστα, τοῦτον εἶναι τὸν ἀγαθόν· τελεώτερον δὲ ὡς εἰρημένον, ὡς ἄρα, ὃς ἂν τοῖς τοῦ νομοθέτου νομοθετοῦντός τε καὶ ἐπαιούντος καὶ ψέγοντος πει- 823
θόμενος γράμμασι διεξέλθῃ τὸν βίον ἀκρατον. οὗτος ὃ τε λόγος ὀρθότατος εἰς ἔπαινον πολλίου, τὸν τε νομοθέτην ὄντως δεῖ μὴ μόνον γράφειν τοὺς νό-

τοῦ νομοθέτου νομοθετοῦντος] Editt. vett.: τοῦ νομοθετοῦντός τε καὶ ἐπαιούντος, omisso νομοθέτου. Recte voc. adii- ciunt E. v. f. h. r. a. c. o. d. x., qui liber postremus quod illud tuetur, inde adeo suspicari audeamus, ne Par. A. et Vat. Q. quidem eo omnino carere. Sed hoc utut est, sententiam certe patet esse hanc: qui legislatoris, et leges ferentis et laudantis ac reprehendentis scriptis obtemperans vitam trans- egerit. Etiam Ficinus νομοθέτου interpretatione sua expressit. Receperunt νομοθέτου nuper etiam Hermann. Schneider. Baiter.

susque profitetur mox p. 823. C. Haec igitur in tuto putamus esse. Quibus explicatis reliqua nihil amplius difficultatis habere videntur. Patet enim ad ἰε- γοντες — γέμειν repetendum esse φασίν, ut nominativus rectissime sese habeat. Est enim verborum consecutio haec: ἰε- γοντές τε οἰεσθαι αὐτὰ ὡς νό- μους εἶναι τιθεμένους πολλῆς ἀνοίας γέμειν. Quamquam pro οὐ γὰρ ἄρρητα fortasse etiam rectius fuerit et sententiae alibi enuntiatae convenientius: οὔτε γὰρ ἄρρητα, ut οὔτε et τε ad se invicem referantur, sicuti Apol. Soer. p. 26. C. Sympos. 223. C. al. hoc sensu: nam quemad- modum ea censemus non indicta esse oportere, ita item nos arbitramur magna temeritatis crimen subire, si ea dicamus etc. Ad οἰεσθαι ne quis putet δεῖν intelligendum reliqui, meminisse iuvabit in verbo dicendi, ex

quo infinitivus suspenditur, in- bendi contineri vim ac signifi- cationem, de quo usu loquendi diximus ad Protag. p. 346. B. Phaedon. p. 95. B. conf. Her- mann. ad Viger. p. 743. Ex quo intelligatur, unde proven- rit nostrum illud credi oportere, quo antea usi sumus. Praeterea animadvertendum est, participium τιθεμένους praedi- cato νόμους esse accommoda- tum, quum debuerit proprie scribi τιθέμενα. Quam syntaxin iam alibi ostendimus apud Pla- tonem adeo esse frequentem, ut nihil habeat, quod quem pos- sit merito offendere. v. ad Gorg. p. 463. E. al.

τοῦτον εἶναι τὸν ἀγα- θόν] Sc. πολίτην. Ex abundan- ti haec accesserunt per anaco- luthon quoddam; poterant enim sententia incolumi plane omitti. — τελεώτερον δὲ ὡς εἰρη- μένον, perfectius, s. re- ctius, dictum erit. — ὡς

μοις, πρὸς δὲ τοῖς νόμοις ὅσα κατὰ αὐτῶ δοκεῖ καὶ μὴ κατὰ εἶναι, νόμοις ἐμπελεγμένα γράφειν, τὸν δὲ ἄκρον πολίτην μηδὲν ἤτιον ταῦτα ἐμπεδοῦν ἢ τὰ ταῖς ζημίαις ὑπὸ νόμων κατελιημένα. τὸ δὲ δὴ παρὸν ἡμῖν τὰ νῦν οἶον μάρτυρα ἐπαρόμεθα· δηλοῖ μὲν B ἂν ὁ βουλούμεθα μᾶλλον. θήρα γὰρ πάμπολυ τι πράγμα ἐστὶ, περιελημμένον ὀνόματι νῦν σχεδὸν ἐνί.

P. 823. δηλοῖ μὲν ἂν ὁ βουλούμεθα] μὲν om. marg. Q. et Flor. a.

B. ἄξιον ἐννοεῖν θήραν] ἀξίαν A. E. v. r. a. c. o. et

ἄρα, sc. τέλος ἐπαινος τοῦ πολίτου ἐστίν, vet ἀγαθὸς πολίτης ἐστίν. — τὸν βίον ἄκρατον, i. e. ὃς ἄκρατον, ὥστε ἄκρατον εἶναι, intemperatum, nullis vitis contaminatum.

P. 823. νόμοις ἐμπελεγμένα γράφειν] Simplicius erat νόμοις ἐμπελεῖν. Formulam μὴ μόνον — δέ, in his libris non ita raram, attigimus ad libr. V. p. 747. D.

τὸν δὲ ἄκρον πολίτην —] ἄκρον i. q. τέλος; v. ad Theaet. p. 201. C. — ταῦτα ἐμπεδοῦν, sc. δεῖ, haec obstrictum tenere oportet; v. ad III. 5. — κατελιημένα comprehensa et firmata, i. e. imperata. Mox τὸ δὲ δὴ παρὸν ἡμῖν est: iam vero quod ad rem praesentem attinet.

δηλοῖ μὲν ἂν ὁ βουλούμεθα μ.] Asyndeton ne cui molestum accidat, v. ad Theaet. p. 181. B. Ficinus tamen pro ἂν videtur γὰρ legisse. Vertit enim: magis enim quod volumus aperit. Non male, praesertim quum marg. Q. omitat μὲν.

B. θήρα γὰρ πάμπολυ τι πράγμα] H. e. res quae patet admodum late; res amplissimi ambitus. Usum

loquendi ad Soph. p. 254. B. Politic. p. 280. C. et p. 282. A. illustravimus. De venationis amplitudine v. Sophist. p. 221. E. sqq.

πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ πεζά —] Locus anacoluthis plenus non eget emendatione, qualem Stephanus alique suaserunt, sed accuratior explicatione. Pergi debebat: πολὴ δὲ καὶ ἡ περὶ τὰ πεζά θηρία κ. τ. λ. Pro eo autem neutro genere dicitur πολὴ τὸ περὶ τὰ πεζά, ita ut iam pro θήρα addatur aliud nomen θηρήματα, cui ipsum illud πεζά tanquam praedicatum accommodatur. Itaque deinde infertur οὐ μόνον θηρίων. Sed quod iam sequi debebat ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων, id rursus mutata repente sermonis structura aliter enuntiatur. Nam novo verbo finito adhibito dicitur: ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄξιον ἐννοεῖν θήραν, sed etiam de hominum venatione cogitare iuvat. Verum his vix ita positis, rursus alia fit constructionis mutatio. Nam post τὴν τε κατὰ πόλεμον quum deinceps dicendum esset καὶ τὴν κατὰ φιλίαν; tamen adiunguntur potius haec: πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατὰ φιλίαν, ita quidem, ut haec quoque pars enuntiati rursus exeat in anacoluthon. Nam debebat dici potius: θη-

πολλὴ μὲν γὰρ ἡ τῶν ἐνύδρων, πολλὴ δὲ ἡ τῶν πτηνῶν, πάμπολυ δὲ καὶ τὸ περὶ τὰ πεζά θηρέματα, οὐ μόνον θηρίων, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄξιον ἐννοεῖν θήραν, τὴν τε κατὰ πόλεμον, πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατὰ φιλίαν θηρευούσα ἢ μὲν ἐπαινον, ἢ δὲ ψόγον ἔχει καὶ κλοπεῖαι καὶ ληστῶν καὶ στρατοπέδων στρατοπέδοις θήραι. θήρας δὲ περὶ τιθέντι τῶ νο- C

pr. Q., ut scripsit unus Schneiderus. Dein Steph. et Astius τὴν γε legendum censent.

καὶ κλοπεῖαι] κλοπεῖαι Vat. r. et corr. A.

στρατοπέδων στρατοπέδοις] Fort. ἐν στρατοπέδοις.

ρεῖαι, omisso ante κατὰ φιλίαν articulo, ita ut denique sequeretur: ἢ μὲν ἐπαινον, ἢ δὲ ψόγον ἔχουσα. Fatemur locum hunc prorsus esse singularem atque tam negligenter scriptum, ut, quamvis Legum opus anacoluthis omnis generis paene refertum sit, tamen vix usquam in eo simile quiddam reperiri posse videatur. Nihilominus plane nobis persuasimus omnia esse integra ac sincera, ut ne levissima quidem verborum mutatio necessaria videatur. Nimirum haec quoque confirmant satis certo, verum esse quod veteres scriptores memoriae prodiderunt, qui Platonem narrant hoc opus reliquisse imperfectum neque limatum aut perpolitum.

καὶ κλοπεῖαι — θήραι.] Quod non modo latronibus sed etiam militibus tribuuntur κλοπεῖαι, latiore sensu positum est vocabulum, quo non modo dicitur de iis, qui alteri aliquid furantur, verum etiam de illis, qui alicui clandestinis consiliis et insidiose aliquid auferunt vel eum furtim aggrediuntur. Atque similiter etiam θηρῶν, θηρᾶσθαι, ac θήρα usurpari, vel ex Sophocl. Aiac. in. πείραν τῶ ἐχθρῶν ἀρπάσαι θηρώμενον, constare debet, ubi v. Lobeck. Molestiam vero crea-

vit interpretibus istud στρατοπέδοις, quod fuit quum ipsi quoque, Astii sequuti sententiam, pro subditicio haberemus. Sed nihil nunc in hoc vocabulo inesse putamus quod alicui merito possit scrupulum iniicere. Nam dativus hic interpositus est, ut significetur exercitum ab exercitu clam circumveniri atque spoliari solere. Itaque locus sic explicandus videtur: etiam furta tum latronum tum exercituum adversus exercitus sunt venationes. Quamquam praestat fortasse refingere locum sic: καὶ στρατοπέδων ἐν στρατοπέδοις θήραι, qua emendatione facillime expeditur verborum constructio alioquin utique difficilis. Significantur autem, ea ratione admissa, clandestinae hostilium castrorum aggressiones, ut inde furtim praeda capiatur. Etenim στρατόπεδα quum et castra sint, et exercitus vel milites; vocabulum per dilogiam nunc utroque sensu positum est, quod non abhorret ab usu loquendi Platoni proprio. Etiam mox p. 823. E. κλοπεῖαι δ' ἐν χώρῃ καὶ πόλει. Pro κλοπεῖαι quod in libris quibusdam κλοπεῖαι scriptum legitur, exposuit de hac scripturae discrepantia Lobeckius ad Phrynich. p. 591.

μοιθετη τοὺς νόμους οὔτε μὴ δηλοῦν ταῦθ' οἷόν τε, οὔτε ἐπὶ πάσι τάξεις καὶ ζημίας ἐπιτιθέμεντα ἀπειλητικὰ νόμιμα τιθέναι. τί δὴ δραστήον περὶ τὰ τοιαῦτα; τὸν μὲν, τὸν νομοθέτην, ἐπαινεῖσαι καὶ ψέξαι χρῆσθαι τὰ περὶ θήρας πρὸς τοὺς τῶν νέων πόνοὺς τε καὶ ἐπιτιθεύματα, τὸν δ' αὖ νέον ἀκούσαντα πείθεσθαι, καὶ μὴθ' ἰδονὴν μῆτε πόνον ἐξεργεῖν αὐτόν, τῶν δὲ περὶ ἕκαστα ἀπειληθέντων μετὰ ζημίας I) καὶ νομοθετηθέντων τὰ μετ' ἐπαινοῦ ῥηθέντα μᾶλλον τιμᾶν καὶ προσταχθέντα ἀποτελεῖν. τούτων δὲ προῤῥηθέντων ἐξῆς ἂν γένοιτο ἑμετρος ἐπαινος

C. τὸν μὲν, τὸν νομοθέτην.] Male Steph. alterum τὸν cante νομ. om. Tuentur illud codd. omnes.

C. ἀπειλητικὰ νόμιμα τιθέναι] In his νόμιμον vim habet nominis substantivi, ut saepe. Legg. I. p. 636. B. καὶ δὴ καὶ παλαιοὶ νόμιμον δοκεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτιθέμεν. VI. p. 772. B. τῶν τοιαύτων νόμιμον καὶ ἐπιτιθεύματων. VIII. p. 840. D. τὸ ἡμέτερον νόμιμον. Phaedr. p. 252. τῶν εἰωθῶτων νόμιμων. Epist. VII. p. 327. C. τὰ τυραννικὰ νόμιμα.

τὸν μὲν τὸν νομοθέτην.] Appositionem hanc, ex perspicuitatis studio profectam, attigimus ad Gorg. p. 476. E. 501. A. conf. Matthiae Gr § 288. ann. 5. Mox πρὸς τοὺς τῶν νέων πόνοὺς — ἐπιτιθεύματα est: habita ratione laborum et studiorum adolescentium. — καὶ μὴθ' ἰδονὴν μ. π. ἐξεργεῖν αὐτόν, nec decet aut voluptatem aut laborem impedire ipsum. Nam mutatum in his subiectum est.

D. ἥ τις μὲν βελτίους — τάναντία] H. e. ταίην μὲν ἐπαινοῦντος, ἥ τις βελτίους ἀποτελεῖ τὰς ψυχὰς, ἐκείνην δὲ ψέγοντας, ἢ ἀποτελεῖ τάναντία.

E. μῆτε ἐργηγοροῖσι — διαπονομένοις] Dativus

participii post accusativum infertur per anacoluthon. Quippe scriptoris menti obversatum est: εἰθ' ἤμιν μῆτε τις ἐπιτιθεύματα μῆτ' ἔρωσ — ἐγγένοιτο, pro quo antea dixit: εἰθ' ὑμᾶς — λάβοι. Designatur vero piscatio nocturna et diurna, de qua v. Sophist. p. 220. C. D. Nisi forte μῆτ' ἐργηγοροῖσι μῆτε εἰδονοῦν idem est quod οὐτ' ὄναρ οὐθ' ὕπαρ, h. e. nunquam; quod nobis minus videtur probabile. — Κίρτος est nassa, fiscella viminea angusto collo; v. ad Sophist. p. 220. C. Venatio autem sive piscatio eius ope instituta vocatur ἄργος θήρα, quoniam non requirit magnam virium humanarum contentionem aut vim quandam ac sollertiam ingenii. Respexit haec Plutarchi: De sollert. anim. c. 9. διὸ καὶ Πλάτων αὐτῶν πάλιν ἀπέπει νόμοθετῶν, μᾶλλον δ' ἐπιτίθειτο (leg. ἀπειτίθειτο), τοὺς νέους θαλασσίον θήρας ἔρωτα λαβεῖν. οὐδὲν γὰρ ἀλγῆς γυμνάσιον οὐδὲ μελέτημα σοφίας οὐθ' ὄσα πρὸς λαζὸν ἢ τάχος ἢ κινήσεις διαπονοῦσι κ. τ. λ. μῆδ' εἰς τὸν ἔοχατον ἐπέλθοι τοῦν —] Quid sit

θήρας καὶ ψόγος, ἥ τις μὲν βελτίους ἀποτελεῖ τὰς ψυχὰς τῶν νέων, ἐπαινοῦντος, ψέγοντος δὲ ἢ τάναντία. λέγωμεν τοίνυν τὸ μετὰ τοῦτο ἐξῆς προσεγορευόντες δι' εὐχῆς τοὺς νέους. ὦ φίλοι, εἰθ' ὑμᾶς μῆτε τις ἐπιτιθεύματα μῆτ' ἔρωσ τῆς περὶ θαλάτταν θήρας ποτὲ λάβοι μῆδ' ἀγκιστρίας μῆδ' ὅλως τῆς τῶν ἐνύδρων ζῶων, μῆτε ἐργηγοροῖσι μῆτε εἰδουσι E) κύρτοις ἄργον θήραν διαπονομένους. μῆδ' αὖ ἄγρας ἀνθρώπων κατὰ θαλάτταν ληστείας τε ἡμεροῦς ἐπελθῶν ὑμῖν θηρευτὰς ὤμοὺς καὶ ἀνόμους ἀποτελοῖ. κλωπέας δ' ἐν χωρῇ καὶ πόλει μῆδ' εἰς τὸν

E. κλωπέας δ' ἐν ζ.] κλωπέας Vat. r.

εἰς τὸν ἔοχατον τοῦν, nemo facile dixerit. Nihil enim est, quod Astius explicat: εἰς τοῦν τοῦ ἔοχατου, ne infimi quidem h. e. villissimi et pessimi, in mentem veniat. Qua ratione qui loquutus sit, neminem ullum reperias. Corruptum esse locum, dubitari non potest. Id enim arguit etiam constructio verbi ἐπέλθοι aut cum accusativo sine praepositionis accessione coniungi solere: Priscianus XVIII. p. 1178. ed. Putsch. „Attici, inquit, εἰς ἡλθὲ με τὸ δῶκος καὶ εἰς ἡλθὲ μοι.“ v. Thom. Mag. p. 272 sq. Valckenar. ad Phoeniss. p. 464. Dorvill. ad Charit. p. 501. intpp. ad Phaedon. p. 58. E. Matthiae Gr. Gr. §. 402. Atque hoc perspecto ipse Astius postea, eiecto εἰς et τοῦν, legendum censuit: μῆδ' ἐπὶ τὸν ἔοχατον ἐπέλθοι ἄφρασθαι. Atqui eam mutationem quis est quin largiatur violentiorem esse, quam ut ulla ex parte probari queat? Legendum, opinor, una litterula deleta, μῆδ' εἰς τὸ ἔοχατον, in

quam coniecturam incidimus, antequam animadvertentem etiam Winckelmannum eandem proponuisse. Quippe εἰς τὸ ἔοχατον dicitur adverbialiter, ita ut μῆδ' εἰς τὸ ἔοχατον significet: ne tum quidem, quum res venerit ad summum et extremum; ne ultima quidem, sive summa, urgente necessitate; auch nicht einmal im äussersten Falle. Thomas Mag. p. 372. εἰς ἄτως ἔχει, ἐπὶ τοῦ μοχθηρῶς οἱ δὲ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρωτῆρος εἰσάγουσι ἔοχατος φιλόσοφος, ubi consulendus et Trillerus, qui hunc usum voc. ἔοχατος copiose persequitur. Mox αἰμύλος ἔρωσ est blandus et fallax amor; v. Eustath. ad Odys. I. v. 56. Ilgen. ad Hymn. Hom. p. 216 sqq. Ruhnk. Epist. Crit. p. 28. Blomfield. ad Aeschyl. Prom. Vinet. Glossar. v. 214. Grammat. in Anecd. Bekker. Vol. I. p. 363. Αἰμύλος ὁ ἑμπειρὸς ἢ ἠδύς ἐν τῷ ἀπατῶν καὶ κόλαξ. Πλάτων αἰμύλος ἔρωσ τῆσιν. Schol. ad Phaedr. p. 237. B. αἰμύλος ποικίλος, πικνός, παυόργος, δολερός.

824 ἔσχατον ἐπέλθοι νοῦν ἄψασθαι, μηδ' αὖ πτηνῶν
 τινὶ νέων. πεζῶν δὲ μόνον θηρεῦσις τε καὶ ἄγρα
 λοιπῇ τοῖς παρ' ἡμῖν ἀθληταῖς, ὧν ἡ μὲν τῶν εὐ-
 δόντων αὖ κατὰ μέρη, νυκτερεία κληθεῖσα, ἀργῶν
 ἀνδρῶν, οὐκ ἀξία ἐπαίνου, οὐδ' ἡ τῶν διαπαύματα
 πόνων ἔχουσα, ἄρχυσι τε καὶ πάγαις ἀλλ' οὐ φιλο-
 πόνου ψυχῆς νίκη χειρουμένων τὴν ἄγριον τῶν θη-
 ρίων ῥώμην. μόνη δὲ πᾶσι λοιπῇ καὶ ἀρίστη ἡ τῶν
 τετραπόδων ἵπποις καὶ κυσὶ καὶ τοῖς ἑαυτῶν θήρα

P. 824. ἐπέλθοι τινὶ νέων] Sic A. pro vulg. τινά, quod
 tuentur reliqui libri. Utrumquē recte dicitur.

οὐδ' ἡ τῶν διαπαύματα] V. infra enarr.
 ὁ διειρημένος ἂν εἴη] Vulgo διερημένος, quod correctum
 ex A. Q. v. f. r. a. c. d. o. x.

B. μηδεὶς τοὺς ἱεροὺς ὄντως] τοὺς om. Steph. in vitis
 codd. omnibus. Dein ἱεροῖς A. Q. v. f. a. c. d. o. x. Sed ἱεροῦς
 in marg. Q. a. c. d. additis verbis: ἀπ' ὀρθώσεως, καλοῦς.

P. 824. εὐδόντων αὖ κα-
 τὰ μέρη] eorum qui per
 vices dormiunt, ita ut alii
 vigilant, alii somnum capiant.
 De νυκτερεία v. Sophist. p. 220.
 D. in trp. ad Xenoph. Mem.
 IV. 7. 4.

οὐδ' ἡ τῶν διαπαύματα
 πόνων] neque ea, quae la-
 borum habet intervalla.
 Mira haec accidit articuli collo-
 catio planeque inusitata videtur.
 Sed eadem recta foret, si post
 τῶν additum esset aliquid prae-
 dicatum, quod ad πόνων per-
 tineret. Legg. II. p. 657. A. τὰ
 τῶν πολλῶν σεσωμένα χρόνον μέ-
 λη. Libr. III. p. 700. A. τὴν
 τοῦ ελευθέρου κλιν ἐπιδόου βλον.
 Tim. p. 39. D. πρὸς τὴν τῆς
 δαιμονίας τιμῆων φύσεως. Ibid.
 p. 50. B. περὶ τῆς τὰ πάντα
 δεχομένης σώματα φύσεως. Po-
 litic. p. 277. B. τὸ τῆς ἐμπερο-
 σθεν ἀμάρτημα διεξόδου. Eu-
 thyphr. p. 4. C. Gorg. p. 451.
 A. B. Hipp. mai. p. 300. C.
 τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων.
 Vide igitur an scribendum sit:

οὐδ' ἡ τῶν ὄντων (i. e. παρόντων)
 διαπαύματα πόνων ἔχουσα. Asti-
 us τῶν eiecit. Winckelmann-
 us autem legendum suspica-
 tur: τῶν ἐρηγορῶτων διαπαύ-
 ματα, coniectura utique auda-
 cior. De participio χειρουμέ-
 νων sine τῶν posito v. Mat-
 thiae Gr. Gr. §. 563. Astius
 τῶν de coniectura sua ante ἄρ-
 χυσι τε interposuit.

ἡ τῶν τετραπόδων ἵπ-
 ποῖς —] venatio quadru-
 pedum, quae fit equis aut
 canibus aut corporibus
 propriis (veluti hasta et ia-
 culo). De dativo instrumenti
 cum nomine substantivo copu-
 lato v. ad p. 813. D.

τούτων δὲ πάντων ἐπαι-
 νος μὲν πέρι] Stephanus
 corrigendum arbitrat̄ur ἐπαῖνον
 et ψόγου, aut πέρι efficiendum
 censet. Sed praepositio perti-
 net ad τούτων πάντων, estque
 paululum traiecta. Similiter
 supra p. 814. D. τῶν τε ἄλλων
 ὧν εἴρηκε περὶ. Pro διειρημέ-
 νος in vitis codd. melioribus le-

σώμασιν, ὧν ἀπάντων κρατοῦσι δρόμοις καὶ πληγαῖς
 καὶ βολαῖς, αὐτόχειρες θηρεύοντες, ὅσοις ἀνδρείας
 τῆς θείας ἐπιμελές, τούτων δὲ πάντων ἐπαινος μὲν
 πέρι καὶ ψόγος ὁ διειρημένος ἂν εἴη λόγος, νόμος δὲ
 ὅδε. τούτους μηδεὶς τοὺς ἱεροὺς ὄντως θηρεύτας
 κωλύτω, ὅπου καὶ ὅπηπερ ἂν ἐθέλωσι κυνηγετεῖν·
 νυκτερευτὴν δὲ ἄρχυσι καὶ πλεκταῖς πιστὸν μηδεὶς
 μηδέποτε ἐάσει μηδαμοῦ θηρεῦσαι· τὸν ὀρυθητευτὴν
 δὲ ἐν ἀργοῖς μὲν καὶ ὄρεσι μὴ κωλύτω, ἐν ἐργασί-
 μοις δὲ καὶ ἱεροῖς ἀγροῖς ἐξαιρογέτω ὁ προστυγχάνων·

ἐν ἀργοῖς μὲν] Sic verissime A. Q. et marg. Voss. Vulgo
 legebatur ἀγροῖς.

καὶ ἱεροῖς ἀγροῖς] Vere sic A. Q. v. f. h. r. a. c. d. o. Male
 vulgo καὶ ἱεροῖς ἀγροῖς, in quibus ἀγροῖς pro glossemate habebat
 Astius. Marg. Vat. Q. pro ἀγροῖς habet καὶ ἱερατικοῖς. Schram-
 mius Quaestt. De libris nonnullis. Legum Plat. Part. III. p. 17.
 pro ἀγροῖς legi iubet ἀγροῖς.

gebatur διερημένος, de qua
 utriusque verbi confusione di-
 ctum est supra ad VII. p. 809. C.

ἱεροὺς ὄντως θηρεύτας]
 Nam horum exercitatio optima
 quaeque bona spectat. Quae
 qualia sicut, Xenophon. Cy-
 neg. XII. exponit, quamquam
 loquens ille de universa vena-
 tione. Nam §. 1. ὕλειάν τε γὰρ
 τοῖς σώμασι παρασκευάζουσι, καὶ
 ὄραν καὶ ἀκούειν μᾶλλον, γηρά-
 σκειν δὲ ἥτιον· τὰ δὲ πρὸς τὸν
 πόλεμον μάλιστα παιδεύει. Ibid.
 §. 8. ἐκ τῶν τοιούτων οὖν στρα-
 τωτάται τε ἀγαθοὶ καὶ στρατηγοὶ
 γίγνονται, et paullo post: ὧν
 γὰρ οἱ πόροι τὰ μὲν ἀσχερὰ
 καὶ ὑβριστικά ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ
 τοῦ σώματος ἀφαιροῦνται, ἐπι-
 θυμῶν δ' ἀρετῆς ἐνηύθησαν, οὐ-
 τοι ἀριστοί. Conf. ibid. Cap.
 XIII. 13. 14. et De Republ.
 Lacedaemon. IV. 7.

νυκτερευτὴν δὲ ἄρχυσι
 καὶ πλεκταῖς] Scripsimus
 ἄρχυσι pro vulg. κυσὶ de evi-
 denti coniectura Grouii, quam
 probarunt etiam Schulthes-

sius, Astius, Turicenses,
 alii. Canibus certe hic non est
 locus, quandoquidem nunc ve-
 natores, qui retibus et laqueis
 utuntur ad feras noctu capien-
 das, opponuntur iis, qui inter-
 diu equis vel canibus eas inse-
 ctantur et propriarum virium
 periculum faciunt. Dein πλε-
 κταῖς scripsimus pro πλέκταις,
 sicuti etiam Astius suavit in
 Lexico Platon. s. v. Pollux
 X. 142. Πλεκτὴν οἱ Ἀττικοὶ
 τὴν σειράν. v. Lobeck. Para-
 lip. Vol. II. p. 352.

ἐν ἀργοῖς μὲν καὶ ὄρεσιν]
 Vulgo legebatur ἐν ἀγροῖς μὲν,
 vitio manifesto, quod ope co-
 dicum sublato est. Opponi-
 tur enim ἐν ἐργασίμοις. Intelli-
 guntur autem agri, qui otiosi i-
 acent neque iam arati et culti
 sunt; das Brachfeld; vete-
 retum et vervaectum. Di-
 citur autem genere neutro ut
 ἐργάσιμα καὶ ἱερά. Quocirca
 non opus est coniectura Astii:
 ἐν ἀργοῖς μὲν ἀγροῖς.

καὶ ἱεροῖς ἀγροῖς] Pes-

ἐνυγροθηρευτήν δέ, πλὴν ἐν λιμέσι καὶ ἱεροῖς ποταμοῖς τε καὶ ἔλεσι καὶ λίμναις, ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ ἐξέστω θηρεύειν, μὴ χρώμενον ὅπῳ ἀναθλώσει μόνον.

Νῦν οὖν ἤδη πάντα χρὴ γάναι τέλος ἔχειν τὰ γε παιδείας περὶ νόμιμα.

K.A. Καλῶς ἂν λέγοις.

sime vulgo: καὶ ἱεροῖς ἀγροῖς. Recte codd meliores ἀγροῖς. Intelliguntur loca sylvestria horrida atque vasta, sed diis consecrata (geweiheter wilder Boden), in quibus venationem vult interdictam esse. De ἀγροῖς v. Libr. p. 905. B. 908. A. De regionibus in terrae distributione diis consecrandis v. Libr. V. p. 738. D. 745. D.

ἐνυγροθηρευτήν δέ — θηρεύειν] Accusativum hunc Astius putat absolute positum esse. De quo nobis secus videtur. Cohaeret enim ille cum infinitivo θηρεύειν, quandoquidem ἐξέστω nunc cum accusativo et infinitivo construitur, ut utraque constructio etiam subinde consocietur. Nimirum prave vulgo post καὶ λίμναις plenius interpungunt. Quod enim post ἐν τοῖς ἄλλοις interponitur δέ,

id ob antegressum πλὴν ἐν λιμέσι κ. τ. λ. oppositionis gratia illatum iudicari debet.

μὴ χρώμενον — μόνον] modo ne utatur mixtura succorum s. humorum. Ὅπως proprie est quivis succus et humor ex plantis et arboribus emanans. Eximie vero eo nomine appellatur succus sive lac laserpitii s. silphii, sicuti docent Galen. Gloss. Hippocr. p. 556. ed. Franz. Foësius Oeconom. Hippocrat. p. 458. ed. Francf. 1588. et in tpp. ad Theophrast. Hist. Plantar. VI. 3. De Attico vocabuli usu v. Moeris Atticist. p. 290 sq. ibique Pierson. Significat enim etiam succum lacteum; caprifici, quo coaguli loco utebantur veteres ad lac spissandum.

ARGUMENTUM

LIBRI OCTAVI.

Absoluta de institutione ac disciplina iuvenili disputatione libro octavo primum de diebus festis ac sacris solemnibus coniunctisque cum iisdem ludis publicis deque castimonia in iis necessaria exponitur (p. 828 — 842. B.); ac deinde transitur ad describendum civium victum cultumque et ad definienda iura, quae inde profiscuntur (p. 842. C. — 850. C.). De quibus rebus rursus ita explicatur, ut non pauca, data opportunitate, universe disserantur, proponanturque communia quaedam civitatis sapienter moderandae regendaeque praecepta. Quae omnia, in brevius contracta, eo modo iuvabit enarravisse, ut Atheniensem rursus inducamus perpetua utentem oratione. Is igitur haec fere ordine deinceps disputat.

Sequitur nunc, ut ope oraculorum Delphicorum dies festi constituendi et sacra sancienda sint, quibus deos colere ac venerari conveniat. Verumtamen tempus quidem et numerum eorum forsitan nobismet ipsis licebit definire et constituere. Itaque primum quidem ne ullus dies vacet religionibus, quotidie ab uno aliquo magistratu deo alicui aut daemone publicum fiat sacrificium. De qua re quoniam non omnia ac singula legibus possunt praecipere, quae in his praetermissa fuerint, ea religionum interpretes com-

munibus consiliis deliberabunt ac decernent. Lege vero constitutum atque sancitum hoc sit, ut duodecim diis, a quibus singulae tribus denominatae sunt, singulis mensibus sua cuique sacra fiant cum certaminibus tum musicis tum gymnasticis coniuncta. In qua tamen re inferorum deorum sacra seiungenda sunt a solemnibus in honorem deorum coelestium institutis, ita quidem, ut illa uno mense duodecimo, Plutoni sacro, peragantur. Quippe hunc quoque deum fas est a populo bellicoso eodemque pio rite coli atque honorari (p. 828. A. — D.). Quum vero ad vitam beatam ac felicem plane sit necessarium, ut non modo alios non afficiamus iniuria, sed etiam propulsandas hostium aggressiones; civitatem prudentem et bene moratam oportet singulis mensibus per unum alterumve diem militares instituere exercitationes. Quod quidem ita fiet commodissime, ut cum sacris solemnibus iungantur ludi militares ad pugnarum bellicarum similitudinem quam diligentissime comparati, quibus et viri et mulieres intersint. In his vero ludis boni ac fortes laudibus ornentur; ignavi contra et imbelles notentur et ignominia afficiantur, quo magis civium animi ad virtutem colendam incenduntur. Atque hoc quo certius ita eveniat, laudandi reprehendendique venia non cuivis concedatur, sed unis viris gravibus virtuteque sua spectatis permissum sit, eiusmodi carmina facere, iudicium suum interponentibus educationis praefecto reliquisque legum custodibus (p. 828. D. — 829. D. E.). Quo propius autem hi ludi ad belli similitudinem accedant, inter eos etiam armis ac telis utendum erit iis, quae armis in bello usitatis sint quam simillima; quin etiam, si quis forte in illis fuerit interfectus, hoc non erit ut maleficium aut delictum puniendum atque ulciscendum (p. 830. A. — 831. A.). Iam vero civitates pleraeque quod haec exercitia bellica fere negligunt et contemnunt, eius rei causae imprimis duae sunt. Cernitur una in prava lucri cupiditate, qua incensi homines uni quaestui potissimum inserviunt et a liberalis certaminis studio plane avocantur. Altera posita est in perverso civitatum regimine, quandoquidem ii, penes quos imperium est, sive is tyrannus sit, sive populus, sive pauci delecti, fere metuent, ne cives, ubi

militari virtute insignes extiterint, exosum ipsis imperii iugum aliquando cervicibus suis excutiant; quo efficitur, ut illos ab armorum usu omnino arcere conentur. Nos igitur, quum cives nostri nec avari sint nec habeant talis libertatis suae inimicos, omnes in usu armorum exerceamus, atque omnia corporis exercitia, cursum, pugnam armatam, sagittarum et iaculorum usum, artem equestrem, ad fingendam roborandamque eorum fortitudinem adhibeamus, etiam arte musica rite ad partes vocata. (p. 831. B. — 835. C.) —

His autem ita institutis, animum subit cogitatio rei admodum gravis ac periculosae. Quod enim diximus, ludos illos publicos adolescentibus et puellis, itemque viris ac mulieribus, quantum fieri possit, communes esse oportere, periculum sane videtur esse, ne ea re adiuvetur morum corruptio alaturque lubricitatis ac lasciviae turpitudine, praesertim quum cives nostri a durioribus laboribus, qui vim cupiditatum infringant, liberi sint et immunes, in conviviis publicis ac festis diebus concelebrandis plurimum verentur, denique etiam utantur optima corporis valetudine viriumque robore. Nec vero negari potest, legum latorem quam diligentissime cavere oportere, ne cupiditates inde oriantur ipsi naturae vel maxime contrariae. Et nos quidem iam antea nonnulla constituimus, quae ad tuendam servandamque temperantiam et continentiam valeant. Quorsum pertinet, quod divitias volumus a civitate nostra procul haberi, qua una re mirum quantum ad illam virtutem proficitur. Praeterea etiam magistratus iussimus mores vitamque civium sedulo observare, quo ipso sperare licet effectum iri, ut flagitia nequitiae prohibeantur et arceantur. Sed restant alia, quae de his rebus exponenda sint, quo rectius quum omnino de lubricitatis pravitate, tum de puerorum amoris turpitudine iudicari queat. Nam puerorum amorem, quantumvis naturae contrarium, tamen leges Spartanorum et Cretensium non videntur satis coercere. De his igitur rebus ut recte statuatur, tria omnino sunt amicitiae genera distinguenda. Ex his unum est, quod continetur animorum similitudine, quum homines simili vel aequali virtute praediti mutua inter se benevolentia et caritate coniunguntur. Alte-

rum est huic quodammodo contrarium, quod oritur ex dissimilitudine et diversitate, quum alter alterum sectatur, quoniam ipse non habet ea, quae illi sunt propria, veluti quum pauper sectatur divitem et opulentum. Tertium genus ex utroque illo mixtum est et conflatum. Appellatur autem amicitia ista et benevolentia amoris nomine, quando extitit vehementior; ut facile appareat amoris vis et natura. Iam vero haec tria genera ubi consideramus quomodo inter ipsa differant, primum illud reperimus placidum esse et commune, quod utriusque amici utilitatibus conveniat; alterum contra vehemens et communitatis negligens esse; denique tertium existere eiusmodi, ut et cupiditatem et moderationem habeat ideoque inquietum sit sibi quae ipsi saepe contrarium. Ex quo intelligi potest, quid de re nunc in quaestionem vocata statuendum sit. Est enim legislatoris, cognito variorum amorum discrimine, in civitate non alium ferre ac tolerare, nisi eum, qui ex mutua animorum benevolentia proficiscitur et cum temperantia placidaque tranquillitate coniunctus est (p. 835. D. — 837. E.). — Iam vero si quaeritur, quam ratione cives nostri a turpi lubricitate arceri queant, responsionem in promptu habemus. Quod enim vulgo fieri videmus, ut fratres a fratribus, parentes a liberis lubricitatem aversam habeant, quoniam omnes inde a prima aetate hanc animis suis susceperunt opinionem, ut rem nefandam esse existiment diisque invisam, si quis nequitiae flagitium in se admittat; idem etiam in simili causa a nobis effici debet in nostra civitate. Imbuendi enim sunt omnium animi inde ab ineunte aetate hac opinione, quam etiam magistri deinde ac poetae usque confirmant et mentibus veluti infigunt, ut nihil statuatur esse turpius et inhonestius, quam a pravis lubricitatibus vinci, nihil vero laudabilius ac diis gratius, quam, cohibitis cupiditatibus, illicitos in pueros aut feminas matrimonio iunctas amores fugere ac vitare. Haec igitur lex de amore inhonesto tanquam sacrata sit et communi hominum consensione sancita ac firmata. Fieri autem posse, ut cupiditates isto modo coercerentur, id athletarum exemplum docet, quos saepenumero animadvertere licet, quamvis laboribus et exercitationibus corporis roboratos, tamen a rebus Venereis immoderatisque voluptatibus plane

abstinere. Nimirum hi quum victoriae in gymniciis certaminibus reportandae gratia cupiditatibus suis moderandum arbitrentur; quanto gloriosius tandem existimare debebunt adolescentes nostri, lubricitates suas regere ac temperare, ut longe pulcherrimam consequantur victoriam, qua semet ipsos a saeva cupiditatum tyrannide perpetuo in libertatem vindicent atque suam sibi tueantur dignitatem? Atque etiam brutarum animantium exemplum hoc loco poterit memorari, quarum plerasque videmus caste et continenter vivere atque a vaga Venere abhorrere. Haec igitur omnia prudens legislator ad coercendam repellendamque vim pravae lubricitatis in civitate sua adhibebit. Sin autem animadverterit, nihilominus latius serpere nequitiae pravitatem, tum vero illi legi succurret ita, ut etiam gravioribus corporis laboribus et exercitationibus frangat cupiditatum vehementiam atque turpem infamemque haberi eum iubeat, qui vulgivaegae Venere deditus fuerit. Itaque, si deus voluerit, ex duobus alterutrum in rebus amatoriis obtinebimus, ut aut nemo flagitiose peccare audeat, aut masculorum amorem penitus tollamus; quod vero ad mulieres attinet, si quis cum aliqua rem habeat, quae non diis auspiciis sacrisque nuptiis in domum venerit, sive ea emta sit sive alio modo acquisita, neque id clam civibus omnibus faciat, hunc statuamus omnibus in civitate honoribus privandum esse (p. 838. A. — 843. A.).

Verum haec quidem de diebus festis atque ludis solemnibus, deque lubricitatum et cupiditatum vi sapienter refrenanda. Pergimus ad victum cultumque civium. Et de conviviiis quidem publicis iam antea satis explicatum est. De his igitur non est cur nunc aliquid addendum existimemus. Quod vero ad victus comparandi rationem attinet, dudum inter nos convenit, civitati nostrae commercium maritimum ob damna, quae inde oriuntur, prorsus vitandum esse. Quocirca leges de hac re ut scribantur, non est necessarium. Alia vero ratio est agriculturae; quae quum a nostris civibus sedulo exercenda sit, res ipsa postulat, ut de ea leges constituentur. Itaque primum curandum est, ut agrorum terminos nemo moveat, et si quis ita fecerit, is divinis pariter atque humanis poenis obnoxius habeatur. Porro ca-

veri debet, ne vicinus vicino damnum inferat, idque prohiberi oportet variis legibus pro varia possessionum ratione scribendis. Praeterea leges scribendae sunt de fontibus, aquis, puteis, et si quae sunt similia. Etiam de colligendis fructibus, veluti de uvis, ficibus, aliis, accurate definiendum, quatenus civibus, servis, inquilinis et peregrinis, alienos fructus carpere liceat. Nec frugum convehendarum aut aquarum pure servandarum cura negligenda. De opificiis vero sancendum hoc est, ut nemo civis ea exerceat, quum cives omnes iam satis in reipublicae salute iuvanda et conservanda occupati sint. Praeterea quilibet opifex unam tantum artem factitare teneatur, quandoquidem naturae humanae imbecillitas non patitur, ut quis in pluribus artibus simul elaboret feliciter. Constituatur porro ac sanciat publicis legibus, ut ne merces peregrinae, nisi si quae fuerint necessariae, importentur, neve ullae exportentur, quibus civitas ipsa indigeat (p. 843. A. — 847. E.). — Praeterea annona curandum est ut in tres partes dividatur, quarum una liberis, altera servis, tertia opificibus et advenis destinata sit. Curandum item est, ut se-iunctae sint singulorum habitationes, atque in singulis duodecim regionis partibus vicus cum templo ac foro reperiatur. Opifices porro tredecim in partes divisi sunt, ita quidem, ut una pars in urbe, reliquae in vicis sedem ac domicilium suum habeant. Etiam rerum venalium cura habeatur quam maxima, sancianturque leges de bonorum vel amplificatione vel deminutione. Denique qua conditione peregrini in urbem recipiendi sint, legibus constituatur (p. 848. A. — 850. C.).

H.

Cap. I. *Τούτων μὴν ἐχόμενα ἐστὶ τάξασθαι 828 μὲν καὶ νομοθετήσασθαι ἐορτὰς μετὰ τῶν ἐκ Δελφῶν μαντείων, αἵτινες θυσίαι καὶ θεοῖς οἰστῖσιν ἄμεινον καὶ λῶον θυσίῃ τῇ πόλει γίγνεται ἄν· ὅτε δὲ καὶ πόσαι τὸν ἀριθμὸν, σχεδὸν ἴσως ἡμέτερον ἄν νομοθετεῖν ἐνὶ γ' αὐτῶν εἴη.*

P. 828. *τῇ πόλει γίγνεται ἄν*] Sic A. Q. h. a. c. d. x. Legebatur *γίγνεται ἄν*.

Cap. I. P. 828. *μετὰ τῶν ἐκ Δελφῶν μαντείων*] adiuvantibus (nos) oraculis Delphicis, h. e. secundum Delphica oracula. Delphici enim oraculi quum apud omnes Graecos magna esset auctoritas, ut eius consilia fere ad iura et leges civitatum sancendas imprimisque ad religiones sacrandas necessaria haberentur, tum imprimis apud Dorienses maxima esse debuit, qui Pythium Apollinem ut *ἀρχαγέταν* suum colebant ac venerabantur, v. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 55. Boeckh. ad Pind. Explicat. p. 288. Conditur vero haec Platonis civitas inter Dorienses.

αἵτινες θυσίαι — γίγνεται ἄν] Stephanus

ἄστιας θυσίας malebat, quod cohaereret cum *θυσίῃ*. Nec tamen libri a vulgata scriptura recedunt, praeterquam quod *γίγνεται ἄν* pro *γίγνεται ἄν* supeditarunt. Itaque Astius ad *αἵτινες* intelligendum censet *ποιητέα* aut simile aliquod verbum. Quod cave credideris. Vere iam editor Bipontinus locum iudicavit ex anacoluthia explicandum esse. Etenim posuit philosophus ab initio nominativum, perinde ac si sequenturum esset nihil nisi *ἀρισταί γίγνεται ἄν*. Sed mutavit deinde institutae orationis tenorem, quo clarius simul significaret, ex talibus festis et sacrificiis ipsius civitatis salutem esse suspensam. De comparativo *ἄμεινον καὶ λῶον* v. annot. ad Criton. p. 54. B.

ΚΑ. Τὰχ' ἂν τὸν ἀριθμὸν.

Β. Τὸν ἀριθμὸν δὴ λέγωμεν πρῶτον ἔστωσαν γὰρ τῶν μὲν πέντε καὶ ἐξήκοντα καὶ τριακοσίων μηδὲν ἀπολείπουσαι, ὅπως ἂν μία γέ τις ἀρχὴ θύη θεῶν ἢ δαιμόνων τινὲ ἀεὶ ὑπὲρ πόλεως τε καὶ αὐτῶν καὶ κτημάτων. ταῦτα δὲ ξυνελθόντες ἐξηγηταὶ καὶ ἱερεῖς ἱερειαὶ τε καὶ μάντις μετὰ νομοφυλάκων ταξάντων, ἃ παραλείπειν ἀνάγκη τῷ νομοθέτῃ. καὶ δὴ καὶ αὐτοῦ τούτου χρὴ γίνεσθαι ἐπιγνώμονας, τοῦ παραλειπομένου, τούτους τοὺς αὐτοὺς. ὁ μὲν γὰρ δὴ νόμος ἐρεῖ δώδεκα μὲν ἑορτὰς εἶναι τοῖς δώδεκα θεοῖς, ὧν ἂν ἡ φυλὴ ἐκάστη ἐπώνυμος ᾗ, θύοντας

Τὰχ' ἂν τὸν ἀριθμὸν] Verba τὸν ἀριθμὸν Astius deletum ivit. Omittit ea Vat. r. Sed v. infra.

Cap. XVI. Utrumque coniunctum legitur etiam Phileb. p. 11. B. τὸ φρονεῖν καὶ τὸ νοεῖν — τῆς γε ἡδονῆς ἀμείνω καὶ λῶν γίνεσθαι ξύμπασιν. Ac sole mne istud λῶν καὶ ἀμείνω fuisse in oraculis, multis exemplis docet Lobeckius Aglaopham. II. p. 1093 sq. — ἡμέτερον ἂν v. etiam non consulto oraculo. Unde verecunde interponitur istud: ἐνιά γε αὐτῶν, quod antegressa restringit.

Τὰχ' ἂν τὸν ἀριθμὸν] Int. ἡμέτερον εἴη νομοθετεῖν νεὶ εἰδέναι. Astius τὸν ἀριθμὸν hic expungendum censet, ut pote errore geminatum. Et omittit Vat. r. Vix tamen adducor, ut vocabulum spurium esse existimem. Aperte certe pergitur Τὸν ἀριθμὸν δὴ κ. τ. λ. Ceterum notabile est quod 365 sacrificia in annum constituuntur.

Β. καὶ αὐτῶν] Int. τῶν πολιτῶν, quod petendum ex antecedenti πόλεως. Hoc enim dicit: für den Staat, für seine Bürger und ihre

Habe. Eadem plane ratio est Libr. III. p. 701. E. ubi ex πολιτεία intelligendum πολιταί; itemque Libr. VI. p. 780. A. et VIII. p. 828. B. quibus locis pariter atque hic post πόλεων et πόλεως infertur αὐτοῖς, ita ut intelligendum sit τοῖς πολιταῖς. Mox quoque p. 829. B. δεῖ τὴν πόλιν — στρατεῦσθαι — διεκλαβονέμενος. et p. 832. D. ex πολιτείας ad ἐλεύθεροι assumendum πολιταί. Item Libr. IV. p. 713. E. post ὅσον ἂν πόλεων infertur αὐτοῖς. Libr. XII. p. 945. E. post τὴν πόλιν sequitur: ἀποφανομένου. Ibid. p. 952. B. post τὴν πόλιν continuo subiunctam: ἀποβλέποντας. Ibid. p. 950. A. δεχομένους per synesin spectat ad πόλεων. Criton. p. 53. B. τούτων referendum ad πόλεων. Perperam Astius correxit αὐτῶν, quod ad unos magistratus sacra facientes referendum foret. Nec melius Wagnerus iudicavit ἀοίων requirens. Dein ἐξηγηταὶ sunt religionum interpretes, de quibus v. Ruhken. ad Tim. p. 109 sq. et nostra

τούτων ἐκάστοις ἐμνηνα ἱερὰ χοροὺς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς, τοὺς δὲ γυμνικούς, κατὰ τὸ πρέπον προσνέμοντας τοῖς θεοῖς τε αὐτοῖς ἅμα καὶ ταῖς ὥραις ἐκάσταις, γυναικείας τε ἑορτὰς, ὅσαις χωρὶς ἀνδρῶν προσήκει καὶ ὅσαις μὴ, διανέμοντας. ἐτι δὲ καὶ τὸ τῶν χθονίων καὶ ὄσους αὐ θεοῦς οὐρανίους ἐπονομαστῆον καὶ τὸ τῶν τούτοις ἐπομένων οὐ ξυμμικτέον, ἀλλὰ χωριστέον ἐν τῷ τοῦ Πλούτωνος μηνί τῷ δωδεκάτῳ κατὰ τὸν νόμον ἀποδιδόντας, καὶ οὐ δυσχεραντέον πολεμικοῖς ἀνθρώποις τὸν τοιοῦτον θεόν, ἀλλὰ τιμητέον ὡς ὄντα ἀεὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἄριστον· κοινωνία γὰρ ψυχῇ καὶ σώματι διαλύσεως

C. θύοντας τούτων ἐκ.] θύοντα E. c. cum Ald. Bas. I. 2. Lov. Pluralem ceteri libri tinentur. καὶ ταῖς ὥραις ἐκάσταις] μόραις ex corr. Ω. h. a. c. δ. o.

ad Legg. VI. c. 7. Mox τοῦ παραλειπομένου quod post αὐτοῦ τούτου per appositionem subiicitur, id non ab usu Platonis abhorrere docuimus ad Gorg. p. 476. E. 501. A.

C. θύοντας τούτων ἐκάστοις —] Pertexit telam orationis perinde ac si pro formula intransitivae significationis praecessisset, activum verbum ἑορτὰς ἑορτάζειν. Cuius generis exempla in his libris non pauca reperiri docuimus iam ad Libr. IV. p. 717. D. V. p. 745. B. VI. p. 759. B. 760. E. 777. E sq. Infra IX. p. 877. A. post μετὰστασιν δὲ αὐτῷ γίνεσθαι eodem modo sequitur: καρπούμενον τὴν γῆν. Sic item mox p. 848. C. ubi post χρὴ διανέμεσθαι infertur διαλαβόντα διανέμεν. et 833. D. E. ὅσαις χωρὶς ἀνδρῶν —] Int. εἶναι, ellipsi rariore.

ἐτι δὲ καὶ τὸ τῶν χθονίων —] H. e. τοῖς χθονίους, ut saepe. — τὸ τούτοις ἐπόμενον, qui ad hos pertinent. v. ad Phil. p. 46. A.

D. χωριστέον — ἀποδιδόντας] H. e. χωρίζεν δεῖ ἀποδιδόντας. v. ad Libr. VII. p. 793. E. De seiuncto horum deorum cultu v. etiam Libr. IV. p. 707. A. Secutum in his philosophum esse vulgarem Graecorum morem, docebunt quae disputavit Hermann. Gottesdienstl. Alterthümer d. Gr. C. I. §. 13.

κοινωνία γὰρ — κρείττον] nam coniunctio animi et corporis nullo modo melior est quam eorum dissolutio. Praeclara sententia, quam philosophus in sermonibus de animorum immortalitate, imprimisque in Phaedone, egregie illustravit. Hoc ipsum autem sapienter refert ad Plutonis laudem, h. e. ad Ἄδην s. Δία χθονίων. Pertinent hic illa Schol. ad Aristoph. Plut. v. 727. τὸν Πλούτων Πλούτωνα εἶπε παῖζων· ἢ ὅτι καὶ Πλούτωνα αὐτὸν ὑποκοριστικῶς ἐκάλεσαν, ὡς Σοφοκλῆς Ἰνῆχο· «Πλούτωνος δ' ἐπέσιδος» καὶ πάλιν «τοιόνδ' ἐμὸν Πλούτων» ἀμεμφίας χά-

οὐκ ἔστιν ἢ κρείττον, ὡς ἐγὼ φαίην ἂν σπουδῇ λέγων. πρὸς τούτοις δὲ διανοίαν χρῆ σχεῖν τοὺς δια-
 ρήσοντας ἰκανῶς ταῦτα τοιάνδε, ὡς ἔσθ' ἡμῖν ἢ
 πόλις οἶαν οὐκ ἂν τις ἑτέραν εὖροι τῶν νῦν περὶ
 829) αὐτὴν καθάπερ ἓνα ἄνθρωπον, ζῆν εὖ. τοῖς δὲ εὐ-
 δαιμόνως ζῶσιν ὑπάρχειν ἀνάγκη πρῶτον τὸ μὴθ' ἑ-
 αυτοὺς ἀδικεῖν μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι·
 τούτων δὲ τὸ μὲν οὐ πᾶν χαλεπὸν, τοῦ δὲ μὴ
 ἀδικεῖσθαι κτήσασθαι δύναμιν παγγάλεπον, καὶ οὐκ

D. διανοίαν χρῆ σχεῖν] ἀνοίαν A. et fortasse pr. Q. male. Praeterea marg. Q. γρ. δεῖ ἔχειν. Istud ἔχειν habent etiam libri f. h. o. et marg. a. d.

P. 829. τὸ μὴθ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδ.] V. τὸ μήτε αὐτοὺς ἀδικεῖν ἄλλους, μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι. Bekkerus scripsit: τὸ μήτε αὐτοὺς ἀδικεῖν μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι. Variant codd. sic: Par. A. teste Bastio et Voss. x.: τὸ μὴθ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν μήτε ὑφ' ἑτ. Vat. Q. τὸ μὴθ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν ἄλλους, et marg. τὸ μήτε ἀδικεῖν ἄλλους, etiam adscripta lectione: τὸ μὴθ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν, μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι: quamquam alia paullo de

ρίν. "ΑΑΑΩΣ. τὸν Πλούτων οὕτω λέγουσιν καὶ εἰκότως τὸν αὐτὸν τῷ Πλούτωνι τὸν Ἀίδην κομίζουσι. καὶ γὰρ Ἡσίοδος φησι. „εὐχθεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ Δημητρὶ θ' ἄγρη.“ De coniunctis verbis φαίην ἂν λέγων v. ad Sophist. p. 242. A. Libr. VII. p. 812. φράσεων εἰποιμ' ἂν. VI. p. 777. E. VIII. p. 830. A. at.

περὶ χρόνον σχολῆς —] quod ad temporis otium et rerum necessarium copiam et facultatem attingit, h. e. suppetere nostrae civitati tam otium quam rerum necessarium copiam, quo possit fieri quam beatissima, et sicuti unus aliquis homo bene vivere.

P. 829. τοῖς δὲ εὐδαιμό-
 ρως ζῶσιν —] Laudant haec usque ad ἀγαθόν Stobaeus Florileg. p. 557. = T. III. p.

302. ed. Gaisf. Lips. et Aristides Orat. Plat. I. p. 73. T. II. ed. Iebb. ubi libri: τὸ μήτε ἀδικεῖν ἄλλους μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι. Sed praestat lectio meliorum codicum Platonis. Sententia clara est ac perspicua: iis qui beate sint victuri, primum obtingat necesse est hoc, ut nec semet ipsos invicem iniuria afficiant, nec ipsi ab aliis iniuria lacessantur. In quibus quod ἑαυτοὺς positum est sic, ut idem fere valeat quod ἄλλήλους, attigimus hunc usum loquendi iam aliquoties in superioribus.

τοῦ δὲ μὴ ἀδικεῖσθαι — παγγάλεπον] Affert locum auctor Lexici inediti apud Osannum Philem. p. 81. qui haec habet: τίθεται δὲ ταῦτα, λέγω δὲ τὸ πᾶνδεον καὶ παγγάλεπον, ἀπὸ τῶν ὑπερθετικῶν, τοῦ δευτέρου καὶ χαλεπώτερου.

ἔστιν αὐτὸ τελίως σχεῖν ἄλλως ἢ τελίως γενομένου ἀγαθόν. ταῦτόν δὲ τοῦτο ἔστι καὶ πόλει ὑπάρχειν, γενομένη μὲν ἀγαθῇ βίος εἰρηνικός, πολεμικός δὲ ἔξωθεν τε καὶ ἐνδοθεν, ἂν ἢ κακῇ. τούτων δὲ ταύτη
 σχεδὸν ἐχόντων, οὐκ ἐν πολέμῳ τὸν πόλεμον ἐκά- B
 στοῖς γυμναστίων, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς εἰρήνης βίῳ. δεῖ
 τοίνυν πόλιν ἐκάστου μηνὸς νοῦν κεκτημένην στρα-
 τεύεσθαι μὴ ἕλαττον μιᾶς ἡμέρας, πλείους δὲ, ὡς
 ἂν καὶ τοῖς ἀρχουσι ξυνδοκῇ, μηδὲν χεῖμωνας ἢ καυ-
 ματα διευλαβουμένους, αὐτοὺς τε ἅμα καὶ γυναῖκας

his narrat Bekker. Angel. Vat. r. μὴθ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν ἄλλους μήτε. Idem a. d. in contextu, sed in marg. ἄλλους omitti testatur. Flor. in marg. τὸ μὴθ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν μήτε ὑφ' ἑτέρων ἀδικεῖσθαι. Margo Vat. Q. et Ricard. h.: τὸ μήτε ἀδικεῖν ἄλλους μήτε ὑφ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι. Reposuimus optimorum librorum scripturam. Sine causa Schneider. μὴ extrusit. Paullo inferius A. Q. ἄλλους μηδὲ μιαν.

ταῦτόν δὲ τοῦτο ἔστι καὶ πόλει] Cornarius scribendum pntabat: ἔστιν ἀνάγκη καὶ π. probante Stephano. Accepit id Astius. Dein Voss. x. ἐνδοθεν ἂν ἢ, κακῇ.

ταῦτόν δὲ τοῦτο ἔστι καὶ πόλει ὑπάρχειν] Cornarius, Stephanus atque Astius post ἔστι voluerunt interseri ἀνάγκη. Cui rationi ad-versantur verba consequentia, quae facile apparet his ipsis per epexegetin subiungi. Nempe locus explicandus est sic: hoc ipsum verò (ut nec inferat aliis iniuriam nec ipsa iniuria afficiatur) etiam civitati potest obtingere; nam ea si bona facta fuerit, vitam habebit tranquillam et pacatam; sin mala sit, bellicam ac tumultuosam habebit vitam domi atque foris. Positus est autem nominativus βίος εἰρηνικός et πολεμικός perinde ac si omisso ἔστι simpliciter scriptum esset: ταῦτόν δὲ τοῦτο καὶ πόλει ὑπάρχει. Quam rationem ne quis miretur, eodem fere modo Apolog. Socr. p. 19. E. ubi οἶός

τ' ἔστιν deinde non amplius respicitur, sed constructio verborum ita conformatur, ut formulam omissam esse putare liceat. Ac simile quid etiam de verbo δεῖν exposuimus ad Protagor. p. 316. C. Criton. p. 50. E.

B. ἐν τῷ τῆς εἰρήνης βίῳ] Sic Legg. V. p. 734. C. ὁ τῆς ἀνδρείας βίος et ὁ τῆς δειλίας βίος. Dein advertas istud ἐκάστον μηνὸς audacius trajectum, ita ut eius interpositione disiungantur quae coherent artius: πόλιν νοῦν κεκτημένην. Nec tamen quidquam sollicitandum arbitramur. — πλείους δὲ, ὡς ἂν καὶ — ξυνδοκῇ, atque etiam plures, prouti magistratibus visum fuerit. — Dein διευλαβουμένους rursus dictum per synesin, perinde ac si non πόλιν sed πολίτας antecedit; v. ad p. 828. B.

καὶ παῖδας, ὅταν ὡς πανδημίαν ἐξάγειν δόξῃ τοῖς ἄρχουσι, τοτὲ δὲ καὶ κατὰ μέρος· καὶ τινὰς αἰεὶ παιδίας μηχανᾶσθαι καλὰς ἅμα θυσίαις, ὅπως ἂν γιγνῶνται μάχαι τινὲς ἑορταστικαί, μιμούμεναι τὰς πολεμικὰς ὅτι μάλιστα ἐναργῶς μάχας, νικητήρια δὲ καὶ ἀριστεία ἐκάστοισι τούτων δεῖ διανεμῆναι, ἐγκωμιά τε καὶ ψόγους ποιῆν ἀλλήλοις, ὁποῖός τις ἂν ἕκαστος γίγνηται κατὰ τε τοὺς ἀγῶνας ἐν παντί τε αὐτῷ βίῳ, τὸν τε ἄριστον δοκοῦντα εἶναι κοσμοῦντας καὶ τὸν μὴ ψέγοντας, ποιητῆς δὲ ἔστω τῶν τοιούτων μὴ ἅπας, ἀλλὰ γεγονῶς πρῶτον μὲν μὴ ἔλαττον πενήτηντα ἐτῶν, μηδ' αὐτῶν ὁπόσοι ποιήσιν μὲν καὶ Μοῦσαν ἱκανῶς κεκτημένοι ἐν αὐτοῖς

D εἰσί, καλὸν δὲ ἔργον καὶ ἐπιφανὲς μηδὲν δράσαντες πώποτε· ὅσοι δὲ ἀγαθοὶ τε αὐτοὶ καὶ τίμιοι ἐν τῇ πόλει, ἔργων ὄντες δημιουργοὶ καλῶν, τὰ τῶν τοιού-

C. μηδ' αὐτῶν ὁπόσοι] V. αὐτῶν ὁπόσοι. Verum servavit Vat. r. v. explicatt.

D. ἐὰν καὶ μὴ μουσικὰ π.] Sic A. Q. v. f. h. r. a. d. o. Vulgo scribebatur: ἐὰν μὴ καὶ μ.

τοτὲ δὲ καὶ κατὰ μέρος] In his ponitur τοτὲ δὲ quasi ante αὐτοῖς τε ἅμα κ. τ. λ. insertum fuerit τοτὲ μὲν. Loquendi rationem non est quod illustremus post ea, quae de eadem disputavit Hermannus ad Viger. p. 792. ann. 258. conf. ann. ad Protagor. p. 320. A. 331. B. Pro πανδημίαν Winckelmannus Praefat. ad edit. min. p. XI. coni. πανδημία. Si quid mutandum, equidem πανδημίε legerim. Libr. VII. p. 814. A. πανδημίε πάση τῇ δυνάμει στρατεύεσθαι.

C. μηδ' αὐτῶν ὁπόσοι] Male vet. editt. μηδ' αὐτῶν ὁπόσοι, quod correxit Stephanus, consentiente Vat. r. De hoc usu articuli v. Matthiae Gr. §. 287. — ποιῆσαι μὲν καὶ Μοῦσαν, i. e. καὶ μουσικῆν.

D. ὅσοι δὲ ἀγαθοὶ τε] Valckenarius ad Theocrit. Tom. I. p. 43. ed. Berol. legendum censet ἀγαθοὶ. Sic VII. p. 808. D. ἀγαθοὶ δὲ καὶ τίμιοι iunguntur. Sed vereor ut mutatione opus sit, quum ἀγαθοὶ ad sententiam ipsam optime convenire videatur.

ἐὰν καὶ μὴ μουσικὰ περὶ μουσικῆ] H. e. etiamsi non sint musica, h. e. musica virtute insignia.

τοῦτο ἀποδιδόντων αὐτοῖς γέρας] Genitivus absolutus post dativum subiecti τῷ παιδευτῇ καὶ τοῖς ἄλλοις illatus, de qua ratione v. ad Phileb. p. 44. C. Legg. VI. p. 755. D. Pro τοῦτο γέρας ne quis requirat τοῦτο τὸ γέρας, v. ad Protagor. p. 341. E. τῷ θεῷ τοῦτο γέρας ἀπένευμεν. Phileb. p. 16. C. ταύτην φήμην παρέδοσαν.

των ἀδέσθω ποιήματα, ἐὰν καὶ μὴ μουσικὰ περὶ μουσικῆς κρίσις δὲ αὐτῶν ἔστω παρά τε τῷ παιδευτῇ καὶ τοῖς ἄλλοις νομοφύλαξι, τοῦτο ἀποδιδόντων αὐτοῖς γέρας, παρρησίαν ἐν Μούσαις εἶναι μόνοις, τοῖς δὲ ἄλλοις μηδεμίαν ἐξουσίαν γίνεσθαι μηδὲ τινὰ τολμᾶν ἄδειν ἀδόκιμον Μοῦσαν μὴ κρινάντων τῶν νομοφυλάκων, μηδ' ἂν ἠδίων ἢ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφεῶν ἔμνων, ἀλλ' ὅσα τε ἱερά κριθέντα ποιήματα ἐδόθη τοῖς θεοῖς καὶ ὅσα ἀγαθῶν ὄντα ἀνδρῶν ψέγοντα ἢ ἐπαινοῦντά τινὰς ἐκρίθη μετρίως δρᾶν τὸ τοιοῦτον.

Cap. II. Τὰ αὐτὰ δὲ λέγω στρατείας τε περὶ καὶ τῆς ἐν ποιήσεσι παρρησίας γυναιξί τε καὶ ἀνδράσιν ὁμοίως γίνεσθαι δεῖν. χρῆ δὲ ἀναφέρειν παραδεικνύντα ἐαυτῷ τὸν νομοθέτην τῷ λόγῳ· Φέρε, τινὰς ποτὲ τρέφω τὴν πόλιν ὅλην παρασκευάσας; ἄρ' οὐκ ἀθλητὰς τῶν μεγίστων ἀγῶνων, οἷς ἀντα-

E. ἀγαθῶν ὄντα ἀνδρῶν] ὄντων A. v. x. et pr. Ω. r. a. d. errore.

τινὰς ποτὲ τρέφω] V. τίνα, invitis A. Q. h. r. x. d.

Legg. III. p. 702. C. αὐτῶν ταύτην δώμεν γάρ. IV. p. 706. C. ταῦτα ἔγχετα φιλεῖ ξυμβαίνειν. al. Nimirum τοῦτο est subiectum, γέρας praedicatum, perinde ac si scriptum legatur ὡς γέρας. — ἀδόκιμον Μοῦσαν, carmen non probatum, examini non subiectum.

E. τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφεῶν ἔμνων] Thamyris vel Thamyris narratur cum ipsis Musis certamen musicum iniisse ab iisque visu esse privatus. v. Homer. Iliad. II. v. 594 sqq. Apollodor. I. 3. 2. Schol. ad Hom. Odys. τ. 432. Cum Orpheo consociatur etiam Ion. p. 533. B. Loquitur autem philosophus, ut videtur, de sacro poesis genere, sicuti colligi licet ex sequentibus: ἀλλ' ὅσα τε ἱερά κριθέντα ποιήματα ἐδόθη τοῖς θεοῖς. Conf. Bode

De Orpheo p. 70 sq. et 137 sqq. Hoeck. De Creta insula Vol. III. p. 198. et 436.

Cap. II. ἀναφέρειν παραδεικνύντα] Αναφέρειν intransitive positum est: se recolligere, sibi in mentem revocare; de quo verbi usu exposuerunt Wyttenbach. ad Plut. Moral. p. 126. E. — T. p. 132. ed. Lips. Boissonad. ad Eunap. I. p. 323. et 373. Jacobs. ad Philostr. Imagg. p. 60 sq. Fritsch. ad Lucian. Alexandr. c. 23. p. 236. Iacob. ad eund. p. 51. — παραδεικνύντα — τῷ λόγῳ, sibi et ipsi rem sermone demonstrantem. Nam τοῦτο, quod quis addi velit, inest vi sua iam in oratione recta, quae continuo sequitur.

P. 830. ἀθλητὰς τῶν μεγίστων ἀγῶνων] H. e. eos,

γωνισταὶ μύριοι ὑπάρχουσι; Καὶ πάνυ γε, φαίη τις ἂν ὀρθῶς λέγων. Τί δῆτα; εἰ πύκτας ἢ παγκρατιαστὰς ἐτρέφομεν ἢ τι τῶν τοιούτων ἕτερον ἀγωνισμάτων ἀθλοῦντας, ἄρα εἰς αὐτὸν ἂν ἀπηντῶμεν τὸν ἀγῶνα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ οὐδενὶ καθ' ἡμέραν προσμαχόμενοι; ἢ πύκται γε ὄντες παμπόλλας ἂν ἡμέρας ἐμπροσθεν τοῦ ἀγῶνος ἐμανθανομέν τε ἂν μάχεσθαι καὶ διεπονόμεθα μιμούμενοι πάντα B ἐκεῖνα, ὁπόσοις ἐμέλλομεν εἰς τότε χρῆσεσθαι περὶ τῆς νίκης διαμαχόμενοι; καὶ ὡς ἐγγύτατα τοῦ ὁμοίου ἴοντες ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας ἂν περιεδοῦμεθα, ὅπως

P. 830. B. συγγυμνασιῶν συνέβαιεν] V. συνέβαιεν συγγυμνασιῶν, ut habet Ven. Z.

quibus maxima pro publica salute atque civitatis securitate dextre subeunda sint certamina. Nam solent Graeci omnes eos, qui multo usu confirmati in rebus gerendis excellunt, ἀθλητὰς vocare. De Rep. III. p. 403. E. ἀθλητὰς — τοῦ μεγίστου ἀγῶνος. Demosth. c. Aristog. p. 799. ἀθλητὰς τῶν καλῶν ἔργων καὶ πάσης ἀρετῆς. v. Wesseling. ad Diodor. Sic. I. c. 53. p. 88. Vol. I. Annot. ed. Dindorf. Gataker. ad Anton. III. 4. Quocirca magnopere cavendum est, ne Platonem existimemus cives suos revera voluisse athletas fieri.

οὐδενὶ καθ' ἡμέραν προσμαχόμενοι] licet superiore tempore pugna congressi; videlicet praelusionis et exercitationis causa. Hanc enim pugiles, priusquam in certamen descenderent, multam et frequentem instituire solebant; v. Aristotel. Eth. ad Nicom. X. 9, 15. et Fabri Agonist. III. 11. Mox διαπονείσθαι quod dicitur, tenendum est huius verbi proprium esse usum in gymniciis exercitationibus, de qua re

iam aliquoties ad librum superiorem monuimus.

B. ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας ἂν περιεδοῦμεθα] pro caestibus nobis pilas alligaremus. Nam in pugilatu (πυγμαῖ) pugnus armatus erat vel caestus, sicubi vehementius feriendum et verum certamen ineundum esset, vel pila circumdatus, quando ferebatur lenius vel merum exercitium instituebatur. ἱμάντες, caestus, sunt lora bubula, interdum etiam massis plumbeis munita et confixa, quibus pugiles solebant manus illigare, quo vehementiores ictus adversariis infligerent. v. Mercurial. Art. Gymn. II. 9. Krause Gymnast. u. Agonist. d. Hellen. Vol. I. p. 503 sq. Descriptio rei extat apud Apollon. Rhod. II. 50 sqq. et Valer. Flacc. IV. 250 sqq. ubi describitur pugna Pollicis et Amyci. Stat. Theb. VI. 730 sqq. ubi Pollux in hac arte instituit Alcідamantem. Imagines et picturas eiusdem hodie adhuc superstites laudat Krausius l. c. p. 558. Iam vero pro caestibus subinde etiam utebantur sphaeris, h. e. pilis, quae a pilis in puerorum lusi-

αὶ πληγαὶ τε καὶ αἰ τῶν πληγῶν εὐλάβειαι διεμελετώντο εἰς τὸ δυνατόν ἰκανῶς; εἰ τὲ τις ἡμῖν συγγυμνασιῶν συνέβαιεν ἀπορία πλείων, ἀρ' ἂν δεισαντες τὸν τῶν ἀνοήτων γέλωτα οὐκ ἂν ἐτολμῶμεν κρεμαννύντες εἰδῶλον ἄψυχον γυμναζεσθαι πρὸς αὐτό; καὶ ἔτι πάντων τῶν τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἄψυχων ἀπορησαντες ποτε, ἐν ἑρημίᾳ συγγυμνασιῶν ἄρα γε οὐκ ἐτολμήσαμεν ἂν αὐτοὶ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σκιαμαχεῖν ὄντως; ἢ τί ποτε ἄλλο τὴν τοῦ χειρονομεῖν μελέτην ἂν τις φαίη γεγονέναι;

C. ἐν ἑρημίᾳ] ἐν, vulgo neglectum, post Bekkerum restitimus ex A. Q. h. r. d. x. In Q. corr., f. r. a. o. scriptum extat ἑρημίαις.

bus usitatis probe sunt distinguendae, eo quidem consilio, opinor, ut ictus leniores inferrentur. Quamquam non est existimandum, earum usum ab omni periculo fuisse liberum. Id quod vel hic ipse locus Platonis docet. Vult enim philosophus p. 830. E. cives suos πᾶσαν μιμουμένους τὴν πολεμικὴν ὄντως σφαιρομαχεῖν τε καὶ βολαῖς ὡς ἐγγύτατα τῶν ἀληθῶν χρωμένους ἐποικιδύνους βέλεσθαι κ. τ. λ. Verum illud tamen indidem intelligitur clarissime, sphaeras caestibus minus fuisse periculosas pugnantibus, quandoquidem philosophus scripsit: ὡς ἐγγύτατα τοῦ ὁμοίου ἴοντες ἀντὶ ἱμάντων κ. τ. λ. Quocirca minime assentimur Krausio l. c. p. 505 sqq. de sphaerae usu aliter iudicanti. Dicebatur autem hoc negotium σφαιρομαχεῖν et σφαιρομαχία. Phrynichus apud Bekker. Anecd. I. p. 62. σφαιρομαχεῖν τὸ τὰς σφαίρας περιδινόμενον διαμάχεσθαι. Pollux. III. 150. εἰποῖς δ' ἂν ἐπὶ τοῦ πύκτου χεῖρες ὀπλισμέναι, χεῖρες ὀπλίτιδες, καὶ τὰ ὅπλα σφαιραὶ ἀρ' ἂν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία παρὰ Ἀριστοτέλει

ἐν Διονυσίῳ ἀσκητῇ. Iam vero his ita expositis, facile apparebit, opinor, mire errasse Astium locum sic interpretantem: pro caestibus simplicibus pilas circumligaremus, h. e. caestibus insueremus pilas. Qua explicatione sententia verborum plane pervertitur. κρεμαννύντες εἰδῶλον ἄψυχον —] „Similiter etiam Romani ad palum se exercebant. v. Iuvenal. Lat. VI. 246. Senec. Epist. XVIII. 6. Veget. de re militari I. 11. II. 23. Astius.

C. ἀρὰ γε οὐκ ἐτολμήσαμεν ἂν] h. e. a nobis impetragemus. Σκιαμαχεῖν et pugnare sic, ut, quamvis nullo praesente adversario, tamen fingas eum adesse, ideoque eum statum obtineas atque eos ictus mediteris, quibus in vera pugna opus futurum videatur. Ea exercitatione utebantur etiam in gymnasiis et palaestris, pulcreque illam describit Lucianus Hermitim. §. 33. οὐκοῦν ἦν τινα τῶν ἀθλητῶν ἴδη ἀσκούμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, λακτίζοντα εἰς τὸν αἶρα ἢ πύξ κενὴν πληγὴν τινα καταφέροντα, ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν δῆθεν παῖοντα

ΚΑ. Σχεδόν, ὡς ξένε, οὐδὲν ἄλλο γε, πλὴν τοῦτο αὐτό, ὃ σὺ νῦν ἐφθεγγαι.

ΑΘ. Τί οὖν; τὸ τῆς πόλεως ἡμῖν μάχιμον ἢ χεῖρόν τι παρασκευασάμενον τῶν τοιούτων ἀγωνιστῶν

διαμαχοῦμενον περὶ ψυχῆς τε] V. διαμαχόμενον, ut Schneider. quoque dedit, quod ex Vat. Q. corr. et Vat. r. emendatum. Verum coniectura assequutus Stephanus erat. Dein vulgo:

κ. τ. λ. Hinc *σπαιρομαχεῖν* et Lat. cum umbra pugnare etiam proverbialiter dicitur de iis, qui vana specie delusi aliquid moliantur inaniterque aliquid faciunt. v. ad Apol. Socr. c. 2. p. 19. D. Ex quo intelligi licebit, cur hic *ὄντως* apponatur. Proprio enim sensu nunc verbum ponitur. Nihil aliud vero ait esse etiam *τὸ χειρονομεῖν*, h. e. artificiosos in pugilatu gestus facere, quo declinentur adversariorum ictus. Nam hoc sensu vocabulum nunc accipiendum est, quod alibi omnino dicitur de quovis artificioso manuum et brachiorum motu, etiam in re scenica. v. Valckenar. ad Herodot. VI. 129. T. VI. P. I. p. 249 sq. ed. Schweigh. Wytttenbach. ad Plut. Mor. T. VI. P. I. p. 814. Salmasius ad Vopisci Carin. p. 830 sqq. De *χειρονομία* pugilum satis erit laudasse Krausium l. c. p. 509 sq.

τὸ τῆς πόλεως — μάχιμον] pars civitatis ad pugnam idonea s. militaris.

D. καὶ ταῦτα δὴ φοβηθεῖς —] atque haec igitur verens eorum legislator, ne scilicet exercitationes inter ipsos instituendae quibusdam videantur ridiculae, intermittet praescribere, ut militiam faciant, iubens maxime quidem quotidie minores exercitationes sine armis fieri atque ad eam rem

choros omnemque gymnasticam comparans? ceteras autem maiores pariter atque minores exercitationes non rarius quam singulis mensibus institui iubebit, ita ut certamina inter se committant per universam regionem, certantes in expugnandis castellis struedisque insidiis, omnemque rem bellicam revera imitantes, atque pilis ctr. Periodus multis impedita difficultatibus ac, sicuti videtur, etiam maculis quibusdam contaminata, quas abstersisse nonnihil certe iubebit ad eius intelligentiam. Ac primum quidem notandum est anacoluthon, quo oratio ab instituta via et ratione avocatur ac deflectitur. Nam post ista: *προσάτιον μάλιστα μὲν — ξυνομένων*; certe pergi debuit hunc in modum: *τὰς δὲ — μείζους τε καὶ ἐλάττους γυμν. — ποιέσθαι κελύων*; quamquam *κελύων* etiam poterat omitti; nam ex antegressis laud inepte *προσάτιον* huc quoque retuleris. At enim vero transiit scriptor in altera orationis parte a participii usu ad verbum finitum, adeoque in locum antegressi *προσάτιον* substituit iam *προσάξει*, memor scilicet superioris: *οὐκ ἔρα νομοθεήσει*. Oportuisse vero proprie poni participium, clarissime intelligitur ex eo, quod formulae *μάλιστα μὲν* respondet istud *δέ*, quod deinceps sequitur in verbis

εἰς τὸν μέγιστον τῶν ἀγώνων ἐκάστοτε τολμήσει παρίεναι, διαμαχοῦμενον περὶ ψυχῆς καὶ παιδῶν καὶ χρημάτων καὶ ὅλης τῆς πόλεως; καὶ ταῦτα δὴ φοβηθεῖς αὐτῶν ὁ νομοθέτης, τὰ πρὸς ἀλλήλους γυ-

περὶ ψυχῆς τε καὶ παιδῶν. Sed Par. A. et pr. Q. cum marg. Flor. a. post *ψυχῆς* om. *τε*, quam lectionem primus restituit Bekkerus.

τὰς δὲ οὐδὲν τινος κ. τ. λ. Atque hoc quidem tenuisse quum iam aliquid facturum sperare liceat ad veram loci interpretationem; tum quae modo memoravimus verba: *τὰς δὲ οὐδὲν τινος μείζους τε καὶ ἐλ.*, in iis quod vitium insedit animadvertisse, certe non minus iuvabit. Nam corrupta illa esse, vel unum istud *οὐδὲν* arguit, quod quid nunc sibi velit, iuxta cum ignarissimis ignoramus. Ut igitur rem brevi praedicam, legendum videtur: *τὰς δὲ ἐνοπιλοῦς, μείζους τε κ. τ. λ.* Etenim opponuntur inter se minores exercitationes, quae absque armis fiunt, et exercitationes armatae, quae vel minores vel maiores esse possunt. Illas igitur philosophus iubet institui quotidie; has vult singulis mensibus semel saltem haberi, sive maiores sint sive minores. Hoc igitur tenendum opinor, siquidem loci sententiam penitus voluerimus perspicere. Atque inde etiam protenus apparebit, opinor, quo iure Astius et C. Fr. Hermannus verba *τε καὶ ἐλάττους* efficienda statuerint. Enimvero si ullum additamentum iniuria in controversiam est vocatum, certe hoc videri debet, quod ad sententiam est longe convenientissimum. Iam vero deinceps novum admissum anacoluthon videtur. Nam pro *σπαιρομαχεῖν τε*, quoniam haec verba illustrationi verborum proxime superiorum, καὶ πᾶσαν μμ. — ὄν-

τως, inserviunt, dici oportebat utique *σπαιρομαχοῦντας τε*. At vero scriptor hic similiter atque antea ab usu participii deflexit et ad infinitivum transit, quem voluit, opinor, ex *προσάξει* pendere. Quod si quaeris, quamobrem ita fecerit, responso in promptu est. Nam hic quoque molestum complurium participiorum concursum vitare et infinitivi usu quamvis licentiore tanquam temperare studuit. Ad haec omnia autem in ipso periodi exitu etiam accedit liberior subiecti mutatio. Nam quam verborum *γίγνηται* et *δείματα παρέχη* subiectum sit *παιδιά*, tum ad consequentia: *καὶ τοῖς μὲν τιμὰς — παρασκευάζη χρησίμην*, rursus ὁ νομοθέτης intelligi oportet; quae tamen subiecti variatio Graecis neutiquam inusitata est. Atque haec quidem de universa periodo eiusque structura. Restat, ut alia quaedam de singulis verbis commonenda sint. Itaque de formula: *μάλιστα μὲν — δέ*, consulas Legg. VI. p. 758. C. De Rep. VIII. p. 564. B. ibique ann. VIII. p. 568. C. al. De *ἄρα* vero ab initio enuntiati longius remoto et post *οὐκ* demum interposito v. annot. ad Politic. p. 304. C. ubi affatim exemplorum dedisse videmur. Denique *ἐπὶ κατάληψιν χωρίων κ. τ. λ.* interpretare: ad castellorum occupationem, s. ut castella capiant, et situant insidias. Nam *ἐξῆρας* pro accusativo pluralis ex

μνάσια μὴ φαίνεται τισι γελοῖα, οὐκ ἄρα νομοθε-
 τήσει στρατεύεσθαι, προστάτων μάλιστα μὲν ἐκά-
 στης ἡμέρας τὰ γε σμικρὰ χωρὶς τῶν ὀπλων, χορούς
 τε εἰς ταῦτα ἅμα καὶ γυμναστικὴν πᾶσαν ξυντείνων,
 τὰς δὲ οἷον τινὰς μείζονας τε καὶ ἐλάττους γυμνασίας
 μὴ ἐλάττων ἢ κατὰ μῆνα ἕκαστον ποιῆσθαι προσ-
 τάξει, ἀμίλλας τε πρὸς ἀλλήλους ποιουμένους κατὰ
 E πᾶσαν τὴν χώραν, ἐπὶ κατάληφιν χωρίων ἀμιλλω-
 μένους καὶ ἐνέδρας, καὶ πᾶσαν μιμουμένους τὴν πο-
 λεμικὴν ὄντως, σφαιρομαχεῖν τε καὶ βολαῖς ὡς ἐγγύ-
 τατα τῶν ἀληθῶν χρωμένους ὑποκινδύνοις βέλαιν,
 ὅπως μὴ παντάπασιν ἄφοβος ἢ πρὸς ἀλλήλους γί-
 γνηται παιδιὰ, δαίματα δὲ παρῆχῃ καὶ τινὰ τρόπον
 831 δηλοῖ τὸν τε εὐψυχον καὶ τὸν μὴ, καὶ τοῖς μὲν τι-
 μάς, τοῖς δὲ καὶ ἀτιμίας διανεμῶν ὀρθῶς τὴν πό-
 λιν ὅλην εἰς τὸν ἀληθινὸν ἀγῶνα διὰ βίου παρα-
 σκευάζῃ χρησίμην, καὶ δὴ καὶ τινος ἀποθανόντος
 οὕτως, ὡς ἀκουσίον τοῦ φόνου γενομένου, τιθῆ τὸν
 ἀποκτείναντα, κατὰ νόμον καθαρθέντα, καθαρὸν

D. προστάτων μάλιστα μὲν ἐκ.] μὲν om. A. δ. et pr.
 Q. male.

μείζονας τε καὶ ἐλάττους] Verba τε καὶ ἐλάττους Her-
 mann. uncis seclussit, sed v. infra.

ἐπὶ suspensio accipiendum, quan-
 tumvis dissentiente Astio, qui
 illud voluit pro genitivo ex κα-
 τὰληφιν apto haberi. Signi-
 ficat vero ἐπὶ in talibus finem
 et consilium, usu loquendi ad-
 modum pervulgato. Ceterum
 totius loci interpunctionem, vul-
 go vitiosissime factam, perspi-
 cuitatis legibus convenienter
 emendavimus. Quod quomodo
 instituerimus, narrare piget.

P. 831. οὐ σμικρῶ — ἐκεί-
 νου] id quod civitati haud
 paullo maius est malum,
 quam illud, si quis caede
 non voluntaria sit inter-
 fectus. Pertinet enim haec
 appositio ad integram senten-
 tiam praecedentem, de quo lo-

quendi genere v. ad Gorg. p.
 507. E. Matthiae Gr. §. 431.
 5. p. 970. ed. 3.

Cap. III. B. εἰ μὴ πάν-
 τι σμικρῶ] Winckelman-
 nus, C. F. Hermannus, Bai-
 terus pro τι corrigendum cen-
 sent τις. Quo non opus, siqui-
 dem πάντι in unum est con-
 iungendum, usu loquendi per-
 vulgato. Theaet. p. 150. C. οὐ
 πάντι σοφός. De Rep. IV.
 419. A. μὴ πάντι εὐδαίμονας.
 Deinde αὐτοῖς rursus refer per
 synesin ad antegressum ἐν ταῖς
 πόλεσιν.

αἰτίας εἶναι καὶ μάλα
 ἐκανάς] H. e. admodum
 profecto idoneas. In his

εἶναι χεῖρας, ἠγούμενος ἀνθρώπων μὲν τελευτησάν-
 των μὴ πολλῶν ἑτέρους πάλιν οὐ χεῖρας φύσεσθαι,
 φόβου δὲ οἷον τελευτήσαντος ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις
 βάσανον οὐχ εὐρήσειν τῶν τε ἀμεινόνων καὶ χειρό-
 των, οὐ σμικρῶ πόλει μείζον κακὸν ἐκείνου;

ΚΑ. Συμφαίμεν ἂν ἡμεῖς γε, ὦ ξένη, τὰ τοι- B
 αῦτα δεῖν καὶ νομοθετεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν πόλιν
 ἅπασαν.

Cap. III. ΑΘ. Ἄρ' οὐν γινώσκομεν ἅπαντες C
 τὴν αἰτίαν, διότι ποτὲ νῦν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ τοι-
 αῦτη χορεία καὶ ἀγωνία σχεδὸν οὐδαμῆ οὐδαμῶς
 ἔστιν, εἰ μὴ πάντι σμικρὰ; ἢ φῶμεν δι' ἀμαθίαν
 τῶν πολλῶν καὶ τῶν τιθέντων αὐτοῖς τοὺς νόμους;

ΚΑ. Τὰχ' ἂν.

ΑΘ. Οὐδαμῶς, ὦ μακάριε Κλεινία. δύο δὲ χρῆ
 γάναι τούτων αἰτίας εἶναι καὶ μάλα ἐκανάς.

ΚΑ. Ποίας;

ΑΘ. Τὴν μὲν ὑπ' ἐρωτος πλοῦτου πάντα χρό- C

E. τῶν ἀληθῶν χρωμένους] ἀληθῶς pr. Ω. et v. f. h.
 r. a. δ. ο. x.

P. 831. βάσανον οὐχ εὐρ.] βασκ. pr. A. βασκανταν Voss. x.

καὶ non copulat, sed ut in καὶ
 σφόδρα, καὶ πάλα, aliis simi-
 libus formulis, vim intendendi
 habet. Quocirca sustulimus ὑπο-
 στικμὴν vulgo post εἶναι inter-
 positam.

C. Τὴν μὲν ὑπ' ἐρωτος
 —] Hic quoque comma sustu-
 limus male vulgo post μὲν in-
 sertum. Cohaerent enim Τὴν
 μὲν (αἰτίαν) ὑπ' ἐρωτος πλού-
 του, alteram a divitiarum
 cupiditate effectam s.
 proficiscentem. Phaedon. p.
 99. B. ὁ μὲν τις δόλην περιτι-
 θεὶς τῇ γῆ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ.
 De Rep. II. p. 359. A. τὸ ὑπὸ
 τοῦ νόμου ἐπιταγμα. Ibid. II. p.
 358. A. εὐδοκίμησεις διὰ δόξαν.
 Ibid. III. p. 390. C. Ἀρεῶς τε

Plat. Opp. Vol. X. Sect. II.

καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου
 δεσμός. Politic. p. 291. D. τὴν
 ὑπὸ ὀλλῶν δυναστειῶν. Legg.
 III. p. 698. A. ἐλευθερία ἀπὸ
 τῶν ἀρχῶν. Infra VIII. p. 832.
 E. δεξιῆς ἢ μὲν ἀπὸ τῶν πο-
 δῶν, ἢ δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν. Xe-
 noph. Cyrop. III. 3, 2. ἢ ὑπὸ
 πάντων τιμῆ. al. Dein τῶν ἀ-
 λων ἐπιμελεῖσθαι rursus idem
 est quod ὥστε τῶν ἄλλων ἐπι-
 μελεῖσθαι; de quo usu infinitivi,
 in his libris frequentissimo, v.
 ann. ad VII. p. 797. B. 799. A.
 814. A. Itaque sententia ver-
 borum haec est: Alteram di-
 co causam a cupiditate
 divitiarum oriundam
 omneque tempus ita oc-
 cupantem, ut non vacet

νον ἄσυχλον ποιούντος τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι πλὴν τῶν ἰδίων κτημάτων, ἐξ ὧν χωραμένη πᾶσα ψυχὴ πολίτου παντός οὐκ ἂν ποτε δύναίτο τῶν ἄλλων ἐπιμελείαν ἔχειν πλὴν τοῦ καθ' ἡμέραν κέρδους· καὶ ὅ τι μὲν πρὸς τοῦτο φέρει μᾶθημα ἢ καὶ ἐπιτηδεύμα, ἰδίᾳ πᾶς μανθάνειν τε καὶ ἀσκεῖν ἐτοιμότης ἐστὶ, τῶν δὲ ἄλλων καταγελά. τοῦτο μὲν ἐν καὶ ταύτην μίαν αἰτίαν χρεῖν φάναι τοῦ μήτε τοῦτο μήτ' ἄλλο μηδὲν καλὸν κάγαθόν ἐθέλειν ἐπιτηδεύμα πόλιν σπουδαζειν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀπληστίαν πᾶσαν μὲν τέχνην καὶ μηχανὴν, καλλίω τε καὶ ἀσχημονεστέραν, ἐθέλειν ὑπομένειν πάντα ἄνδρα, εἰ μέλλει πλούσιος εἶσθαι, καὶ πρᾶξις πράττειν ὅσιόν τε καὶ ἀνόσιον καὶ πάντως αἰσχρὰν, μηδὲν δυσχεραίνοντα, ἐὰν μόνον ἔχη δύναμιν καθάπερ θεῖται τοῦ φαγεῖν παντοδαπὰ καὶ πιεῖν ὡσαύτως καὶ ἀφροδισίων πᾶσαν πάντως παρασχεῖν πλησμονήν.

C. ἄσυχλον ποιούντος] Sic A. h. r. a. c. d. et pr. Q., corr. o. Vulgō scribebatur ποιούντες. De interpunctione v. explicat.

D. καθάπερ θεῖται] Steph. conī. θεῖται.

(ἄσυχλον) ceteras res praeter opes privatas curare. Nam τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι arcte iungendum cum voc. ἄσυχλον. Haec qui non perspexit, Astius, constructionem verborum non expedivit, sed intricatorem argutando reddidit.

D. καλλίω τε καὶ ἀσχημονεστέραν] sive honestam sive turpem, ut recte interpretatur Matthiae Gr. S. 626. p. 1502. ed. 3. Mox ὅσιον πρᾶξις pro ὅσιον dictum propter oppositum ἀνόσιον, quocum iunctum est. Isocrat. Panath. p. 271. C. ὅσιους ἀτίως, ubi tamen cod. G. ὅσιως tuetur.

καθάπερ θεῖται τοῦ φαγεῖν] Librorum scripturam θε-

ῖται Stephanus mutari iubet in θεῖται. Dativum Heusdium Specim. Crit. p. 64. defendit ex anacoluthia, qua Plato sic scripsisse putandus sit, quia ipsi obversatum sit ἢ δύναιμις, pro quo tamen dixerit antea ἔχη δύναμιν. Sed fateor hanc rationem in ista enuntiati brevitate mihi videri improbabilem. Multo minus etiam placet quod Winckelmannus coniecit γαστρεὶ καθάπερ θεῖται. Nimirum θεῖται dixit Atheniensis ὁ vel ἑαυτῷ reticens, quod nullo negotio sponte intelligitur. De παρασχεῖν post δύναιμις illato v. Reip. II. p. 364. C.

αἰτία τοῦ μήτε ἄλλο καλόν — ἐῶσα ἀσκεῖν] Articulum τοῦ Stephanus in τοῦ-

ΚΑ. Ὁρθῶς.

ΑΘ. Αὕτη μὲν τοίνυν, ἣν λέγω, μία κείσθω διακωλύουσα αἰτία τοῦ μήτε ἄλλο καλόν μήτε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἱκανῶς ἐῶσα ἀσκεῖν τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐμπόρους τε καὶ ναυκλήρους καὶ διακόνοους πάντως τοὺς φύσει κοσμίους τῶν ἀνθρώπων ἀπεργαζομένη, τοὺς δὲ ἀνδρείους ληστὰς καὶ τοιχωρύχους καὶ ἱεροσόλους καὶ πολεμικοὺς καὶ τυραννικοὺς 832 ποιούσα, καὶ μάλ' ἐπιτε οὐκ ἀφνεῖς ὄντας, δυστυχοῦντας γε μὴν.

ΚΑ. Πῶς λέγεις;

ΑΘ. Πῶς μὲν οὖν αὐτοὺς οὐ λέγοιμ' ἂν τὸ παράπαν δυστυχεῖς, οἷς γε ἀνάγκη διὰ βίου πεινώσει τὴν ψυχὴν αἰετὴν αὐτῶν διεξελθεῖν;

ΚΑ. Αὕτη μὲν τοίνυν μία τὴν δὲ δὴ δευτέραν αἰτίαν τίνα λέγεις, ὧ ξένη;

ΑΘ. Καλῶς ὑπέμνησας.

αἰτία τοῦ μήτε] τοῦ in τοῦτο mutari iubebat Steph. sed v. explicat.

P. 832. ΚΑ. Αὕτη μὲν τ.] His Megilli nomen praefigit Hermann.

το mutabat, Astius efficiendum censebat. Sed recte ille defensus a Winckelmanno est. Etenim habet sane explicationem idoneam ex duarum constructionum permutatione. Poterat enim dici: τοῦ μήτε — ἀσκεῖν, omisso ἐῶσα; poterat item: μήτε — ἐῶσα ἀσκεῖν omisso articulo. Itaque scriptor ab altera ratione ad alteram transiit et utramque miscuit. Exempla participii ita cum articulo coniuncti adscripsimus ad Phileb. p. 58. C. ubi pluribus de hoc loquendi genere disputavimus. Atque hinc etiam explicandus est locus Thucydidis Libr. I. 2. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλείστον διὰ τὸ λεπτόγειον ἀστασίαστον οὖσαν

ἀνθρώποι ἄκον οἱ αὐτοὶ αἰετὴν ubi miramur interpretum taciturnitatem. C. Fr. Hermann. ἐῶσα vult exterminari; quo iure, nunc non dicam.

ἐμπόρους τε καὶ ναυκλήρους —] Hos cum contemtu nominat tanquam homines illiberales atque sordida negotia tractantes. De re conf. etiam Reip. II. p. 373. A. B. et mox p. 342. D.

P. 832. οἷς γε ἀνάγκη — διεξελθεῖν] Ficinus: qui fame coguntur per omnem vitam animam suam cruciari. Hinc suspicaris scriptum fuisse διακωλύειν aut simile quiddam. Eurip. Heraclid. v. 297. ὡς δὲ ἐπὶ ἐπαθεν.

B ΚΑ. Αὐτὴ μὲν δὴ, φῆς σύ, μία, ἢ διὰ βίου ἄπληστος ζήτησις· παρέχουσα ἄσχολον ἕκαστον ἐμπόδιος γίνεται τοῦ μὴ καλῶς ἀσκεῖν τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἕκαστους, ἔστω· τὴν δὲ δὴ δευτέραν λέγε.

ΑΘ. Μῶν οὐ λέγειν ἀλλὰ διατρίβειν δοκῶ δι' ἀπορίαν;

ΚΑ. Οὐκ, ἀλλὰ οἷον μισῶν δοκεῖς ἡμῖν κολάζειν τὸ τοιοῦτον ἦθος μᾶλλον τοῦ δέοντος τῷ παραπεπτωκότι λόγῳ.

ΑΘ. Καλλιῶτα, ὦ ξένοι, ἐπεπλήξατε· καὶ τὸ μετὰ τοῦτο ἀκούοιτ' ἂν, ὡς εἶποιε.

ΚΑ. Λέγε μόνον.

C ΑΘ. Τὰς οὖν πολιτείας ἔγωγε αἰτίας εἶναι φημι, ἅς πολλάκις εἶρηκα ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις, δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν καὶ τυραννίδα. τούτων γὰρ δὴ πολιτεία μὲν οὐδεμία, στασιωτεία δὲ πᾶσαι λέγονται ἂν ὀρθότατα· ἐκόντων γὰρ ἐκοῦσα οὐδεμία, ἀλλ' ἀκόντων ἐκοῦσα ἄρχει σὺν αἰετινῇ βίᾳ, φοβούμενος δὲ ἄρχων ἀρχόμενος οὔτε καλὸν οὔτε πλού-

μια, ἢ διὰ βίου ἄπληστος] Articulum ἢ in editt. omnibus omissum restitui ex Ricard. h. et Flor. δ.

B. ΚΑ. Οὐκ, ἀλλὰ] Etiam hic Herm. Megilli nomen posuit.

καὶ παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι. Sed salva est et intemerata lectio librorum. Nam ad διεξελθεῖν intelligendum τὸν βίον, de qua ellipsi v. Lambert. Bos. De Ellips. p. 59 sqq. ed. Schaefer. Istud διὰ βίου αἰετινῇ ψυχῇ. Itaque sententia haec est: Quidni istos miseros esse dicam, quos per totam vitam semper suo ipsorum animo sentientes cupiditatis sitim aetatem degere necesse est? Quocirca nec Astius audiendus est, qui pro ψυχῇ requirit potius τύχην.

B. Αὐτὴ μὲν δὴ, φῆς σύ, μια, ἢ διὰ βίου] Interpuncti-

mus commate orationem post μια, propterea quod ex antegressis repetendum est αἰτία, ita ut reliqua per appositionem accedant. Hoc autem si ita est, facile apparet, necessarium esse plane articulum ἢ ante διὰ βίου, quem ex duobus codd. ms. iam olim revocavimus. — ζήτησις, nunc est simpliciter quaerendarum opum ac divitiarum studium. Dein quod post ἐμπόδιος γίνεται apud infinitivum τοῦ adicitur, etiam omissio articulo post ἐμπόδιος infinitivum usurpari, docuit Heindorf. ad Cratyl. §. 71. p. 110.

Μῶν οὐ λέγειν — δι

σιον οὔτε ἰσχυρὸν οὔτ' ἀνδρεῖον οὔτε τὸ παράπαν πολεμικὸν ἐκὼν εἴσει γίνεσθαι ποτέ. ταῦτ' οὖν ἐστὶ τὰ δύο πάντων μὲν σμικροῦ διαφερόντως αἰτία, τούτων δ' οὖν ὄντως διαφέρει. τὸ δὲ τῆς νῦν πολιτείας, ἣν νομοθετούμενοι λέγομεν, ἐκπέφυγεν ἀμφοτέρα· σχολὴν τε γὰρ ἄγει πον μεγίστην, ἐλεύθεροί τε ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶ, φιλοχρήματοι δὲ ἥκιστ' ἂν, οἶμαι, γίνονται ἂν ἐκ τούτων τῶν νόμων· ὥστ' εἰκότως ἅμα καὶ κατὰ λόγον ἢ τοιαύτη κατάστασις πολιτείας μόνη δέξαιτ' ἂν τῶν νῦν τὴν διαπερανθεῖσαν παιδείαν τε ἅμα καὶ παιδίαν πολεμικὴν ἀποτελεσθεῖσαν ὀρθῶς τῷ λόγῳ.

ΚΑ. Καλῶς.

Cap. IV. ΑΘ. Ἄρα οὖν οὐ τούτοις ἐφεξῆς ἐστὶ μνησθῆναι ποτέ περὶ ἀπάντων τῶν ἀγῶνων τῶν γυμνικῶν, ὡς ὅσα μὲν αὐτῶν πρὸς πόλεμόν ἐστιν ἀγωνίσματα, ἐπιτηδευτέον καὶ θετέον ἄθλα νικητήρια, ὅσα δὲ μὴ, χαιρεῖν ἐατέον; ἃ δ' ἐστὶν, ἐξ ἀρχῆς ἀμεινον ὀηθῆναι τε καὶ νομοθετηθῆναι.

Τὰς οὖν πολιτείας ἔγωγε] οὐ pro οὖν A. et pr. Ω. In Vat. r. νῦν. Illud οὐ Bekker. Schneider. et Turicensis dederunt. Vereor ut recte.

D. ἐλεύθεροί τε] δὲ Ω. prim. et v. h. probante Schneidoro.

ἀπορίαν] Diutius enim moraturus est in illustranda rei causa priore.

C. τούτων γὰρ δὴ πολιτεία μὲν οὐδεμία] Eadem severitate iudicii usus est philosophus etiam antea Libr. IV. p. 713. A sqq. p. 714. A sqq. conf. De Rep. IV. p. 422. E. ἐκάστη γὰρ αἰτιῶν πόλις εἰσι πᾶσαι πολλαί, ἀλλ' οὐ πόλις· δύο γὰρ καὶ οἰοῦν ἢ, πολεμία ἀλλήλων, ἢ μὲν πενήτων, ἢ δὲ πλουσίων· τούτων δὲ ἐν ἐκάστῳ πάντων πολλὰ, αἷς ἂν ὡς μία προσέβη, παντός ἂν ἀμείνοιο.

ταῦτ' οὖν ἐστὶ τὰ δύο —] Hae igitur sunt illae duae prope omnium (ma-

lorum) causae praecipuae harum autem rerum prorsus praecipuae.

D. ἐλεύθεροί τε ἀπ' ἀλλήλων εἰσὶ,] Intell. οἱ πολιταί, de qua synesi v. ad p. 828. B.

Cap. IV. E. ὡς ὅσα μὲν αὐτῶν —] Ante ἐπιτηδευτέον intell. τοσαῦτα s. ταῦτα. Dein ἄθλα νικητήρια sunt praemia victori destinata. Sic ap. Xenoph. Symp. I. 6. νικητήριον φίλημα est osculum victori praemii loco datum. Perperam Stephanus et Astius post ἄθλα censuerunt καὶ inseri oportere. Mox καὶ τὰς ὁλοῖς i. q. καὶ ὁλοῖς περὶ τὰς.

καὶ πρῶτον μὲν τὰ περὶ δρόμον καὶ τάχος ὅπως
ἄρ' οὐ θετέον;

ΚΑ. Θετέον.

833 ΑΘ. Ἔστι γοῦν πάντων πολεικώτατον ἢ σώ-
ματος ὀξύτης πάντως, ἢ μὲν ἀπὸ τῶν ποδῶν, ἢ δὲ
καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν φνεῖν μὲν καὶ ἐλεῖν ἢ τῶν
ποδῶν, ἢ δ' ἐν ταῖς συμπλοκαῖς μάχη καὶ σύστασις
ισχύος καὶ ῥώμης δεομένη.

ΚΑ. Τί μὴν;

ΑΘ. Οὐ μὴν χωρὶς γε ὄπλων οὐδετέρω τὴν με-
ρίστην ἔχει χρεῖαν.

E. ἢ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν χ.] καὶ om. Ric.

P. 833. εἰσεισιν ὄπλα ἔχων] Verba ὄπλα ἔχων om. pr. A.
Q. Mox ἐφίππειον corr. A. et Vat r. x. et δολιχόν hic et infra v.
f. h. r. ac secundum Bastium etiam A. et Q. De accentu v. Lo-
beck Parat. p. 340.

P. 833. ἢ μὲν ἀπὸ τῶν πο-
δῶν] V. ad p. 831. C.

φνεῖν μὲν καὶ ἐλεῖν ἢ
τῶν ποδῶν —] Leve anacoluthon. Debebat enim pergi: μά-
χεσθαι δὲ καὶ ξυρίσασθαι ἐν
ταῖς συμπλοκαῖς, ὅπου δὲ ἰσχύ-
ος καὶ ῥώμης δεῖ, ἢ τῶν χειρῶν.
Nunc vero per inversionem
quandam oratio conformata est.
Sententia totius loci haec est:
Est certe res omnium ma-
xime bellica (ad belli usus
plane necessaria) corporis ce-
leritas omnino, vel a pedi-
bus vel a manibus profi-
ciscens. Ac pedum quidem
celeritas cernitur in eo,
ut fugere ac persequi ali-
os possimus; altera autem
(manuum celeritas) est pugna
et conflictio in congressi-
bus, (ubi manus conseruntur),
quae vim et robur postu-
lat. Male haec quoque expe-
divit Astius, quem nec offen-
dere debebat coniunctio nomi-
num ἰσχύος καὶ ῥώμης, qua pro-
fecto nihil est Graecis usitatus.
Plat. Symp. p. 190. B. ἢν οὖν
τὴν ἰσχύον δεῖν καὶ τὴν ῥώμην.
ubi v. ann.

καθάπερ νῦν] sicuti no-
stris fieri solet tempori-
bus. — παρακαλεῖ, fut. Au.
provocabit. ψιλῶ, armis
non instructo.

πρῶτος δὲ εἰσεισιν ὁ τὸ
στάδιον —] Primus autem
ingreditur qui de stadio
certaturus est armis in-
dutus; secundus, qui de
diaulo etc. Itaque apertum
est, δὲ recte dici, neque cum
Astio in δὴ commutandum
esse. — Σταδιοδρόμος est om-
nino, qui in stadio cursu
certat; qui quidem etiam στα-
διεύς et σταδίας appellabatur;
v. Pollux Onom. III. 146.
Statuit autem Plato, consentiente
Polluce, habita curriculi ratione
quattuor cursus armati genera
constituat, longe est verisimili-
tudo. Et στάδιον quidem s.
δρόμος dicebatur, quum quis
semel in stadio decurrebat; δι-
αυλος erat, quum cursores idem
stadium bis emetiebantur, ita
quidem, ut sicubi ad metam per-

ΚΑ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΑΘ. Σταδιοδρόμον δὲ πρῶτον ὁ κήρυξ ἡμῖν,
καθάπερ νῦν, ἐν τοῖς ἀγῶσι παρακαλεῖ. ὁ δὲ εἰσει-
σιν ὄπλα ἔχων ψιλῶ δὲ ἄθλα οὐ θήσομεν ἀγωνι-
στή. πρῶτος δὲ εἰσεισιν ὁ τὸ στάδιον ἀμιλλήσομενος
σὺν τοῖς ὄπλοις, δεύτερος δὲ ὁ τὸν διαυλον, καὶ τρί- B
τος ὁ τὸν ἐφίππειον, καὶ δὴ καὶ τέταρτος ὁ τὸν δό-
λιχον, καὶ πέμπτος δὲ ὃν ἀφήσομεν πρῶτον ὠπι-
σμένον, ἑξήκοντα μὲν σταδίων μῆκος, πρὸς ἱερὸν
Ἄρεός τι, καὶ πάλιν βαρύτερον ὀπλίτην ἐπονομάζον-
τες λειοτέρας ὁδοῦ διαμιλλώμενον, τὸν δὲ ἄλλον το-

B. πρὸς ἱερὸν Ἄρεος] V. Ἄρεως. Alterum praebuerunt v.
f. h. r. a c. et teste Bastio Q. corr. itemque A. quem Bastius sim-
pliciter narrat Ἄρεος habere. v. Schneider. ad Remp. III. p. 390. C.
λειοτέρας ὁδοῦ] λειοτέρας δι' ὁδοῦ unus Stephan.

venissent, flectentes cursum eo
recurrerent, unde cursum inie-
rant, ita ut cursus esset duplex,
a carcere ad metam et meta ad
carcerem. Porro δολιχος, h. e.
longus cursus, habebat locum,
quum sexies vel saepius etiam
stadium decurrebatur. Et haec
quidem nulli obnoxia sunt du-
bitationi. Sed controversum est,
qualis sit iste cursus ἐφίππειος,
quem philosophus medium inter
διαυλον atque δολιχον esse vult.
Eum vero et ipsum intelligi
oportere pedestrem, non eque-
strem, ex Platonis verbis satis
est perspicuum. Itaque nomen
hoc ad cursum pedestrem cer-
tam aliquam ob causam transla-
tum sit necesse est, de qua
re nolimus accuratius disqui-
rere. Quum autem inter δόλι-
χον et διαυλον medius ponatur,
atque Plato cursus genera se-
cundum curriculi longitudinem
constituat, longe est verisimili-
tudo, ἐφίππειον cursum intel-
ligi eum, qui diauli longitu-
dinem excesserit nec tamen do-
lichum plane aequaverit, h. e.
cursum mediocris mensurae; id
quod statuit etiam Herman-

nus Opusc. Vol. VI. p. 9. Ex-
posuit de his rebus omnibus
Krausius De Gymnast. et
Agonistic. Graecor. Vol. I. p.
344 sqq. conf. etiam eundem
in libro: Die Pythien, Ne-
meen und Isthmien aus
den Schrift- und Bildwer-
ken des Alterthums dar-
gestellt p. 135 sq. et Car.
Fr. Hermann. Gottesdienstl.
Alterthümer der Griechen p.
143. Ceterum ad τὸν διαυλον
et τὸν ἐφίππειον int. δρόμον.

B. καὶ πέμπτος δὲ ὃν
ἀφήσομεν —] Solemne erat in
ludis gymnasticis, ut qui graviora
subirent certamina, ii post eos,
qui leviora haberent, provoca-
rentur. v. Fabri Agonist. I.
28 et Krause l. c. Eam igitur
rationem etiam Plato ser-
vat, qui quinto loco emitti iu-
bet πρῶτον ὠπισμένον sexa-
ginta stadiorum longitudinem
emensurum, atque ordine dein-
ceps alios. Quod vero hic me-
morat πρῶτον ὠπισμένον, quum
tamen etiam superiores cursores
ξὺν ὄπλοις exire iusserit, id ne
cui mirum accidat, tenendum
est intelligi nunc cursorem gravi

ζῴτην πᾶσαν τοξικὴν ἔχοντα στολήν, σταδίων δὲ ἑκατόν πρὸς Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν τὴν δι' ὄρων τε καὶ παντοίας χώρας ἀμιλλώμενον. καὶ

C τινέντες τὸν ἀγῶνα μενοῦμεν τούτους, ἕως ἂν ἔλθωσι, καὶ τῷ νικῶντι τὰ νικητήρια δώσομεν ἑκάστων.

K.A. Ὁρθῶς.

AΘ. Τριτὰ δὴ ταῦτα ἀθλήματα διανοηθῶμεν,

πᾶσαν τοξικὴν] πᾶσαν τὴν τ. h. r. d. et. corr. Q. Dein Astius coni. δι' ἑκατόν. sed v. explicatt.

C. ἐν μὲν παιδικόν.] Sic A. Q. v. f. h. r. a. c. d. o. x.

armatura indutum, quem etiam ὀπλίην appellari meminimus, veluti apud Pindarum Isthm. I. 23. et Aeschyl. Sept. adv. Theb. v. 699. Unde continuo subiungitur καὶ πάλιν βαρύτερον ὀπλίην.

B. σταδίων δὲ ἑκατόν πρὸς Ἀπόλλωνος.] Sagittario quod plurimum iniungit negotii atque ultimum concedit locum, in Creta insula conditi meminisse iuvabit Platonis civitatem. Quod monuisse non inutile erit, ne quis forte hinc de communi aliquo Graecorum omnium instituto aliquid colligat. Pro σταδίων δὲ ἑκατόν Astius de coniectura scripsit σταδίων δι' ἑκατόν. Quod nollemus factum. Nam σταδίων ἑκατόν pendet ex sequenti ἀμιλλώμενον, prorsus ut antea dicitur τὸ σταδίων τὸν δίαυλον, τὸν ἐφίππιον et τὸν δόλιχον ἀμιλλώμενος. — τὸν δὲ ἄλλον, et qui iam unus reliquus est, sagittarium; ac praeterea sagittarium.

C. ἕως ἂν ἔλθωσι] donec redierint; de qua verbi significatione v. ad Protagor. p. 310. C. Dein ἑκάστων iunge cum ἑκάστων, ut intelligantur victoriae praemia, quae singulis debentur. Perperam alii cum τῷ νικῶντι coniunxerunt.

Τριτὰ δὴ ταῦτα ἀθλήματα —] Rursus triplicia, h. e.

triplicis generis esse vult haec certamina pro aetate certantium, unum puerorum, alterum adolescentium, tertium virorum. Male vulgo παιδικόν scribebatur, καὶ τοῖς μὲν τῶν ἀγενείων —] Intell. ἀθλήσεων. — τὰ δύο τῶν τριῶν τοῦ μήκουσ, duas partes longitudinis curriculi tribuimus, h. e. duas partes de tribus totum curriculum efficientibus ($\frac{2}{3}$) constituemus. — τοῖς δὲ παισὶ τὰ τούτων ἡμίσεα, pueris vero harum dimidium; dimidium huius longitudinis partem. — τοξόταις τε καὶ ὀπλ. ἀμιλλ. sive ut sagittarii sive ut cursores gravis armaturae decertant.

γυναιξὶ δὲ, κόραις μὲν ἀνήβοις —] Liberior haec orationis conformatio est. Nam datus pendet ex antegresso θήσομεν ἀθλήματα. Locum exscripsit Eusebius Praep. Evang. XIII. 19. p. 707. b. usque ad καὶ δύο πρὸς δύο. Is vero in his quum alia reprehendit, tum quod philosophus puellas nondum maturas γυνάς curriculum emetri iubeat; nam virgines inde ab aetatis anno tertio decimo usque ad vigesimum nique ipse philosophus vult decenti stola amictas prodire. At nimirum non vidit bonus Eusebius, quo sensu

ἐν μὲν παιδικόν, ἐν δὲ ἀγενείων, ἐν δὲ ἀνδρῶν καὶ τοῖς μὲν τῶν ἀγενείων τὰ δύο τῶν τριῶν τοῦ μήκουσ τοῦ δρόμου θήσομεν, τοῖς δὲ παισὶ τὰ τούτων ἡμίσεα, τοξόταις τε καὶ ὀπλίταις ἀμιλλώμενοις. γυναιξὶ δὲ, κόραις μὲν ἀνήβοις γυναιξὶ σταδίων καὶ δίαυλον καὶ ἐφίππιον καὶ δόλιχον, ἐν αὐτῷ τῷ δρόμῳ ἀμιλλώμεναις. ταῖς δὲ τριακαδικέτεσι μέχρι γάμου με-

Vulgo παιδικόν.

κόραις μὲν ἀνήβοις] ἀγήμοις Voss.

D. μέχρι γάμου μενούσης —] Libri Platonis μὲν οὕτως.

nunc istud γυναιξὶ dicatur. Nam γυναιξὶ constat non modo eos vocari, qui omnes vestes exueant planeque nudati sunt, sed etiam illos dici, qui utuntur tantum vestimentis interioribus, abiectis vel non indutis exterioribus. Sic iam Hesiod. Opp. et DD. v. 389. γυνῶν σπειρεῖν, γυνῶν δὲ βοιωτῶν, γυνῶν δ' ἀμᾶσθαι iubet, quod Virgilius Georg. I. 299. reddidit verbis: Nudus ara, sere nudus. ubi de eo, qui una tunica est indutus, cogitandum. v. Graevii Lectt. Hesiod. p. 551. Voss. ad Virgil. l. c. Demosth. Mid. c. 59. p. 583. γυνῶν ἐν τῷ χιτῶνίσκῳ γενέσθαι. Aristoph. Lysistr. v. 150. εἰ γὰρ καθόμειθ' ἔνδορ ἐπτεριμμεῖται, κἂν τοῖς χιτῶνίοισι τοῖς ἀρογυροῖς γυναιξὶ παρίστωμεν. Sed de hac re v. Manso Sparta T. I. P. 2. p. 162 sqq. Böttiger. in Opuscul. Lat. ed. Sillig. p. 343 sq. et in libello: Ueber den Raub der Cassandra p. 59 sqq. Müller. Doriens. Vol. II. p. 263 sqq. Becker. Charicl. Vol. I. p. 321 sqq. Krause Gymnast. et Agonist. l. c. Vol. II. p. 682 sqq. Et respondet fere usus loquendi nostrorum, qui ubi latera exterioribus liberarunt indumentis, et solis indusiis ac braccis vestiti incedunt, sese vocare solent entblösst. Iam

vero hoc loco quid rei sit, ex eo intelligi licet, quod opponitur: προπόση στολῆ ἑσταλμενας. Itaque apertum est, philosophum adultiores virgines velle stola indutas certare, quae totum fere corpus velet et obtegat; puellas autem levius vestitas, nec tamen omni veste nudatas, iubere incedere. Ceterum animadvertas puellas tantum ac virgines adultiores, non item mulieres et uxores in horum certaminum societatem admitti. Quod nescio an Doricum referat morem. Lacedaemonios certe constat nuptas, disciplina publica solutas, in vitae domesticae umbra continuisse, (v. Dionys. Hal. Archaeol. Rom. XX. 2.) postquam virgines iisdem, quibus iuvenes, artibus fingi et educari iussissent. v. Müller. Doriens. T. II. p. 314. Aliter Plato De Rep. V. c. 6. p. 457. ubi etiam nuptas certaminum publicorum iubet participes esse atque socias. Enimvero illic philosophus perfectae civitatis speciem intuens ita statuit; in Legibus autem condit republicam ad ipsius vitae veritatem propius accedentem ac diligentius comparatam.

D. ταῖς δὲ τριακαδικέτεσι μέχρι γ.] Explenda oratio sic est: ταῖς δὲ τριακαδικέτεσι θήσομεν ἀθλήματα μενούσης κοίτωνίης (αὐτῶν) μέχρι γάμου. τοῦ

νοῦσης κοινωνίας, μὴ μακρότερον εἴκοσιν ἐτῶν μὴδ' ἑλαττον ὀκτωκαίδεκα· προπεύουσι δὲ στολῇ ταύτας ἐσταλμένας καταβατέον ἐπὶ τὴν ἀμιλλαν τούτων τῶν δρόμων.

Καὶ τὰ μὲν περὶ δρόμους ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ ταῦτα ἔστω· τὰ δὲ κατ' ἰσχύν, ἀντὶ μὲν πάλης καὶ τῶν τοιοῦτων, τὰ νῦν ὅσα βαρέα, τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις μάχην, ἕνα τε πρὸς ἕνα διαμαχομένους καὶ δύο πρὸς δύο, καὶ μέχρι δέκα πρὸς δέκα διαμιλλωμένους ἀλλήλοις. ἃ δὲ τὸν μὴ παθόντα ἢ ποιήσαντα

Verum servavit Euseb. Praep. Ev. XIII. 19. p. 707. B. Idem Eus. τριςκαίδεκάτεσι, et mox ταύταις ἐσταλμένας.

ἀντὶ μὲν πάλης καὶ] Post πάλης interponunt τε v. f. h. r.

ἔσσι μὴ μακρότερον εἴκοσιν ἐτῶν, μὴδ' ἑλαττον ὀκτωκαίδεκα (ἐτῶν): quae vero annum attigerint tertium decimum, iis certamina constituemus sic, ut eorum communio perduret usque ad nuptias, hoc est, non diutius, quam usque ad vigesimum aetatis annum, nec brevius, quam usque ad annum duodevicesimum. Cum his pugnare nonnihil videtur, quod philosophus Libr. VI. p. 785 extr. puellis matrimonii ineundi tempus annum aetatis sextum decimum constituit. Videri igitur potest hic sciti illius sui immemor fuisse, id quod Gronius arbitratur. Nisi forte μέχρι γάμου est: usque ad illud tempus, ubi nuptiae adventant. Ceterum μενούσης pro vulg. μὲν ούσης leg. apud Euseb. unde verum restituit Boeckh in Min. p. 180.

ταύταις ἐσταλμένας καταβατέον] H. e. καταβατέον δεῖ; unde ponitur accusativus ἐσταλμένας ταύτας. v. Libr. VII. p. 793. C. et VIII. p. 828. D. Euseb. ταύταις ἐσταλμέναις. Ante προπεύουσι cum Bekkero in lo-

cum commatis colon suffecimus, quo facto protenus omnes evanescent difficultates, quas Astius hic sibi deprehendisse visus est.

τὰ δὲ κατ' ἰσχύν] Periodus abrupta ac prope dissoluta, quam sic explicamus: Quod vero ad certamina robore indigentia (non una velocitate) attinet, pro lucta atque talibus, quae nunc gravia sunt (videntur), pugnam gravis armaturae sanciemus (repetendum enim θήσομεν ex superioribus), ita ut singuli contra singulos, bini contra binos certarent. Accusativus διαμαχομένους et διαμιλλωμένους ex anaecoluthia explicandus, positus ille perinde ac si praecesserit fere hoc: θήσομεν μάχεσθαι ἐν ὅπλοις. Nimirum pertinet haec quoque orationis forma ad illud loquendi genus, quo explicavimus supra ad pag. 828. C.

E. ἃ δὲ τὸν μὴ παθόντα —] Hoc dicit: Quemadmodum nunc luctae periti constituerunt, quid quis non perpressus esse aut

δεῖ νικᾶν καὶ εἰς ὅποσα, καθάπερ νῦν ἐν τῇ πάλη διανομοθετήσαντο οἱ περὶ τὴν πάλην αὐτὴν τί τοῦ καλῶς παλαίουτος ἔργον καὶ μὴ καλῶς, ταῦτον δὴ καὶ τοὺς περὶ ὀπλομαχίαν ἄκρους παρακαλοῦντας χρῆ τοῦτους συννομοθετεῖν κελύειν, τίς νικᾶν ἄρα δίκαιος περὶ ταύτας αὐτὰς μάχας, ὅτι μὴ παθῶν ἢ δράσας, καὶ τὸν ἠτιώμενον ὡσαύτως ἦτις διακρί- 834 νει τάξις ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῶν θηλειῶν ἔστω νομοθετούμενα τῶν μέχρι γάμου. Πελαστικὴν δὲ ὄλην ἀντιστήσαντας δεῖ τῇ τοῦ παγκρατίου μάχῃ, τόξοις

E. ἢ ποιήσαντα δεῖ v.] ἢ μὴ π. vet. editt. Vere Cornarius μὴ efficiendum statuit, quod teste Bekkero non agnoscunt A. h. et pr. Q. Sed de cod. A. et Q. mirum quod prorsus silet Bastius.

fecisse debeat, ut consequatur victoriam, et in quibusnam rebus, ac definirunt, quodnam sit laudabiliter luctantis opus, et quod minus; ita etiam hoplomachiae summos artifices advocare nos oportet atque iubere constituere, quis victoria dignus sit in his pugnis, et quid non perpressus aut aggressus; ac similiter etiam devictum quaenam lex diiudicet. Hoc vero insolentius paullo enuntiatum. Nam ab initio periodi inversa ratione dictum iri certe quilibet expectabit sic: ἃ δὲ τὸν νικῆσοντα δεῖ μὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι, καὶ εἰς ὅποσα κ. τ. λ. Itaque participium et infinitivus, vicibus mutatis, per anaecoluthon posita sunt. At nimirum etiam alibi participium novimus per quandam constructionis inversionem continere notionem primariam, sicuti ad Phileb. p. 23. C. et alibi ostendimus. Praeterea vero etiam ἦτις τάξις διακρίνει facta constructionis enalage dictum pro eo, quod esse debebat: καὶ τίς δίκαιος ἠτιώ-

μενος διακρίνεσθαι. Praeterea tenendum, τοὺς ἄκρους hic quoque idem esse, quod τοὺς τελέους, de quo usu vocabuli v. Theaet. p. 201. C. Legg. IV. p. 710. D.

P. 834. Πελαστικὴν δὲ ὄλην —] Constructio verborum sic expedienda: πελαστικὴν δὲ ὄλην δεῖ ἀντιστῆσαι τῇ τοῦ παγκρατίου μάχῃ, τόξοις καὶ πέλιταις καὶ ἀκοντίοις καὶ λίθων βολῇ ἐκ χειρὸς τε καὶ σφενδόκαις ἀμιλλωμένον (ita ut arcu et peltis et iaculis et iactu lapidum e manu et funda inter se contendant), καὶ διαθεμένους αὐτοὺς περὶ ταύτων νόμους τὰ γέγραφα καὶ τὰς νίκας διανέμειν τῷ κάλλιστα ἀποδιδόντι τὰ περὶ ταῦτα νόμιμα (ei qui optime perfecit ac praestiterit quae de his sunt lege constituta). De genitivo absoluto ἀμιλλωμένον, intellecto αὐτῶν, v. ad Phileb. p. 45. B. = p. 261. ed. Goth. Voc. σφενδόκαις, sicuti ἐκ χειρὸς, pertinet ad βολῇ, quod nomen verbale de more cum dativo instrumenti iungitur; v. ad Cratyl. p. 423. A. Remp. III. p. 397. B. Matthiae Gr. Gr.

